



Über dieses Buch

Dies ist ein digitales Exemplar eines Buches, das seit Generationen in den Regalen der Bibliotheken aufbewahrt wurde, bevor es von Google im Rahmen eines Projekts, mit dem die Bücher dieser Welt online verfügbar gemacht werden sollen, sorgfältig gescannt wurde.

Das Buch hat das Urheberrecht überdauert und kann nun öffentlich zugänglich gemacht werden. Ein öffentlich zugängliches Buch ist ein Buch, das niemals Urheberrechten unterlag oder bei dem die Schutzfrist des Urheberrechts abgelaufen ist. Ob ein Buch öffentlich zugänglich ist, kann von Land zu Land unterschiedlich sein. Öffentlich zugängliche Bücher sind unser Tor zur Vergangenheit und stellen ein geschichtliches, kulturelles und wissenschaftliches Vermögen dar, das häufig nur schwierig zu entdecken ist.

Gebrauchsspuren, Anmerkungen und andere Randbemerkungen, die im Originalband enthalten sind, finden sich auch in dieser Datei – eine Erinnerung an die lange Reise, die das Buch vom Verleger zu einer Bibliothek und weiter zu Ihnen hinter sich gebracht hat.

Nutzungsrichtlinien

Google ist stolz, mit Bibliotheken in partnerschaftlicher Zusammenarbeit öffentlich zugängliches Material zu digitalisieren und einer breiten Masse zugänglich zu machen. Öffentlich zugängliche Bücher gehören der Öffentlichkeit, und wir sind nur ihre Hüter. Nichtsdestotrotz ist diese Arbeit kostspielig. Um diese Ressource weiterhin zur Verfügung stellen zu können, haben wir Schritte unternommen, um den Missbrauch durch kommerzielle Parteien zu verhindern. Dazu gehören technische Einschränkungen für automatisierte Abfragen.

Wir bitten Sie um Einhaltung folgender Richtlinien:

- + *Nutzung der Dateien zu nichtkommerziellen Zwecken* Wir haben Google Buchsuche für Endanwender konzipiert und möchten, dass Sie diese Dateien nur für persönliche, nichtkommerzielle Zwecke verwenden.
- + *Keine automatisierten Abfragen* Senden Sie keine automatisierten Abfragen irgendwelcher Art an das Google-System. Wenn Sie Recherchen über maschinelle Übersetzung, optische Zeichenerkennung oder andere Bereiche durchführen, in denen der Zugang zu Text in großen Mengen nützlich ist, wenden Sie sich bitte an uns. Wir fördern die Nutzung des öffentlich zugänglichen Materials für diese Zwecke und können Ihnen unter Umständen helfen.
- + *Beibehaltung von Google-Markenelementen* Das "Wasserzeichen" von Google, das Sie in jeder Datei finden, ist wichtig zur Information über dieses Projekt und hilft den Anwendern weiteres Material über Google Buchsuche zu finden. Bitte entfernen Sie das Wasserzeichen nicht.
- + *Bewegen Sie sich innerhalb der Legalität* Unabhängig von Ihrem Verwendungszweck müssen Sie sich Ihrer Verantwortung bewusst sein, sicherzustellen, dass Ihre Nutzung legal ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass ein Buch, das nach unserem Dafürhalten für Nutzer in den USA öffentlich zugänglich ist, auch für Nutzer in anderen Ländern öffentlich zugänglich ist. Ob ein Buch noch dem Urheberrecht unterliegt, ist von Land zu Land verschieden. Wir können keine Beratung leisten, ob eine bestimmte Nutzung eines bestimmten Buches gesetzlich zulässig ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass das Erscheinen eines Buchs in Google Buchsuche bedeutet, dass es in jeder Form und überall auf der Welt verwendet werden kann. Eine Urheberrechtsverletzung kann schwerwiegende Folgen haben.

Über Google Buchsuche

Das Ziel von Google besteht darin, die weltweiten Informationen zu organisieren und allgemein nutzbar und zugänglich zu machen. Google Buchsuche hilft Lesern dabei, die Bücher dieser Welt zu entdecken, und unterstützt Autoren und Verleger dabei, neue Zielgruppen zu erreichen. Den gesamten Buchtext können Sie im Internet unter <http://books.google.com> durchsuchen.



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

Hi
0305



CHEEK GENT



ed by Google

ACTA ERUDITORUM

ANNO

MDCC XXII

publicata.

*Cum S. Cæsareæ Majestatis & Regis Pol.
atque Electoris Saxoniae Privilegiis.*

L I P S I Æ,

Prostant apud JOHAN. GROSSII Hæredes,
JOH. FRID. GLEDITSCHII B. FIL.

&

THOMAM FRITSCHIUM.

Typis BERNHARDI CHRISTOPH. BREITKOPFII.
A. M DCC XXII.

N. I.
ACTA
ERUDITORUM,

publicata Lipsia
Calendis Januarii Anno MDCCXXII.

THESAURUS ANECDOTORUM NOVIS-
simus seu Veterum Monumentorum, præcipue Ecclesiasti-
corum, ex Germanicis potissimum Bibliothecis, adornata
Collectio recentissima: omnia nunc primum cum Præfa-
tionibus, Observationibus præviis & Indicibus necessariis
publici juris facta a R. P. BERNARDO PE-
ZIO, Benedictino & Bibliothecario Mellicensi.

Tomus I, II & III.

Augustæ Vindelicorum & Græcii, sumtibus Philippi, Martini &
Joannis Veith, Fratrum, 1721, fol.

Alph. 36.

Fratrum Peziorum nomina viris doctis commendasse, &
eorundem in patriæ antiquitates merita multis ver-
bis prædicasse, illius est, qui otio se abundare existimat,
cum suis illi factis egregiis, & rei litterariæ causa susceptis itine-
ribus, odiis, laboribus, monumenta ære omni magis perennia
exegerint. Quantum Austria, & omnis Germania doctissimo
Hieronymo debeat, nuper indicavimus, cum in Scriptoribus
Austriacis pro more & instituto nostro versaremur; nunc post-
quam Reverendi Bernhardi *Thesaurus Anecdotorum*, post Mar-
tenii puta & Durandi incredibilem diligentiam, *novissimus* in no-
stras pervenit manus, de eo etiam nonnulla proferemus in me-
dium, cum, si de eximio opere in nostris annalibus taceremus, di-
ci omnino possit, id a nobis fieri injuria.

Bibliothecæ Benedictinæ scribendæ provinciam cum suam
esse volueris doctissimus Bernhardus, mox deprehendit id nego-

Diff. II. pag.
Tom. I.
p. I.

2

A

tii

ti nequitiam sibi feliciter esse cessurum, nisi suscepto in monasteria etiam longius disjuncta itinere, lustrandoque bibliothecas, & manuscriptorum codices coram inspiciendo videret, quid in rem suam verti possit. Periculum primum fecit in Vindobonensibus propiusque Mellicio adfuitis collegiis, & monasteriorum inclytorum *B. M. V. Scotorum, S. Dorothæe & Trysteinensis* opes eruditae non sine fructu inspexit. Mox ad majora conversus, adjuncto sibi socio fratre Hieronymo, qui Austriacorum Scriptorum causa ageret, quod ipse Bibliothecæ Benedictinæ, & aliorum Monasteriorum Ecclesiasticorum gratia sibi agendum esse putavit, anno hujus Seculi supra decimum quinto Anstriam superiorem, sequenti sexto inferiorem peragravit, excussis in illa *Garstensis, Glanicensis, Florianensis, Cremisaniensis, Lambaensis, & Montis Pomarii*, in hac *Claustro-Neoburgensis, Murbaconensis, S. Crucis, Mariacellensis, Campilicenses, Gortwicensis, Zwetlensis, & Altenburgensis* codicibus, ea vero animi contentione, & intrepido studio, ut Fratres nullis in verum molestis dubiisve viarum erroribus, nec vitæ denique ipsius discrimine, quale secundo Danubio proficiscentes prope Tulnam atrocissima tempestate coorta adierunt, a proposito sedimoveri passi sint. Resectis per autumnum hyememque viribus serio cogitare coeperunt de itinere Bajorico, Suesvicoque, quod demum die tertia Maji, anno hujus Seculi decimo septimo ingressi sunt, non alius cujuscumque rei nisi veterum codicum cupiditate aut studiosi. Hæserunt autem hoc nomine *Lunaticis*, ubi in Historiam desponsationis Friderici III cum Leonora Lusitana, autore Nicolao Lanckmanno, impensis Jacobi Wacker de Salzburga Anno domini 1503 IV Id. Decemb. in 8. maj. Augustæ Vindelic. typis excusam inciderunt, a Petro Lambecio pro inedita habitam; *Salisburgi* in D. Petri Abbatia, quam præter spem divitem veterum chartarum & librorum invenerunt, secus ac Joannes Mabillonius in itinere Germanico affirmaverat, cujus oculis tum pleraque monumentorum veterum; mandato celsissimi Principis & Archiepiscopi, esse subducta, amici nostris retulerunt; *Rome*, ubi Monasterium est Ordinis Benedicti SS. *Marine & Aniano Sacrum*, inter alia *Codicem mille annorum servans,*

vand,

vans, qui Apulejum Perihermenias & Ciceronem de Amicitia complectitur; *Tegurini*, quod monasterium mille fere Codicibus, aliquando sat egregiis superbit, inter quos Codicis Theodosiani L. VIII a mille prope annis exaratos merito referas; *Benedictobura*, ubi sibi vixi sunt eos reperisse Codices manuscriptos, qui cum totius Bavariæ, ac forte etiam Germaniæ præstantissimis conferri possunt; *Pollingæ*; *Wessobruni*, in monasterio calligraphorum Ludovici Monachi, & Sanctimonialis Diemudis Codicibus locuplete; *Andecæ*, ubi Benedictus Fripeis inter suos Subprior Historiam veterum Comitum Andecensium antiquis chartis & monumentis probe instructam molitur; *Monacbt*, ubi supellex veterum Codicum Græcorum & Latinorum Electoralis sane multa bonæ frugis continens Nostris patuit; *Weibenslepbane*, cujus loci Bibliotheca inter alia Horatium & Virgilium Seculi duodecimi, & sui monasterii Annales a primis incunabulis ad medium Seculum XIV a cœvis productos continet; *Frisinga*, ubi Canonici trecenta fere manu exarata volumina servant, quorum quædam ad mille annos proxime accedunt, jucundum Nostris spectaculum, adeundi prius venia ab illustrissimo Capitulo impetrata, quod ad Bibliothecam non nisi per Archivum, immensa diplomatum & chartarum mole oppletum, iri possit; *Schyra*, cujus vetustiores codices diligentis elegantis Librarii, Conradi Monachi debentur; *Augusta* denique *Vindelicorum*, ubi cum Sodalium San&Udalricanorum opes, in quibus eminent: Conradi Urspergensis Chronicon Seculo XV scriptum, Epistolarum Volumen ad Vitum Bild Acropolitannum Monachum Udalricanum a Nicolao Ellenbogio, Cœnobita Ottoburano, Conrado Peutingero, Joanne Cæsare Ajustano, Georgio Spalatino, Jo. Oecolampadio, Joana & aliis scriptarum, alia Epistolarum Collectio ad Carolum Stengelium, ex Cœnobita Udalricano Abbatem Anhusanum, Gretseri, Raderi, Constantini, Cajetani, aliorum, Georgii Sûnder vel Sender Cœnobitæ Udalricani Chronographia XI Voluminum ab O. C. ad A. 1540, cujus tamen pars insignis res ab A. 1315 usque ad 1440 completens perit, aliud fragmentum Ingolstadii editum, hoc titulo: Relatio de ortu & progressu hæresium in Germania, præsertim

p. 12.
16.
18.
22.
23.
24.
26.
28.
31.

vero Augustæ Vindelicorum ex antiquis Annalibus MStis cujusdam contemporanei fideliter descripta & nunc publici juris facta anno 1654, tum Cathedralis Ecclesiæ supellex codicum CLXXIX, avidis Peziis patuerunt.

P 37.

Augustæ de reditu cogitandum erat Fratribus, & quamvis opulentæ codicibus Bibliothecæ, Weingartenfis, Ottoburam, Augiensis salivam moverent, San-Gallensis etiam Amicus ad pervolvendos vetustissimos libros bonos illos Viros invitaret, receptui tamen canendum, quod valetudo indies esset afflictior, fastidio primum stomachi, dein etiam capitis vertigine ex tot & tam gravibus laboribus, ut pronum est credere, exortis. Ingressi itaque sunt viam, sed alio itinere, quam quo intraverant Bavariam, obviis nempe Bibliothecis, incomparabili illa apud Ratisponenses *Emmeramensi* mille Codicum vetustissimorum & exquisitissimorum, *Oberaltaichensi* Voluminum quingentorum, *Winbergensi*, quæ Henrico Canisio & Jacobo Gretsero magnofuit, vetera publicantibus, *Canonica S. Nicolai Pataviensi* trecentorum codicum, & *Formbacensi*, ne hic etiam reditus sit æuris vacuus, aut literariæ rei infructuosus, in patria fides Pontæ, Epistolam vulgo vocant, Matre clarissima & honestissima, quæ una parentum superest, salutata tandem Mellicium redierunt. Hæc ita ex Dissertationis Hægologicæ Tomi primi parte prima, quam ipse diligentissimus Bernardus Iter Literarium Bajoaricum appellat, excerptimus; in altera parte de Scriptorum Tomi I ærate, meritis, operibus, codicibusque variis doctè & copiose describitur, quali Hægoge reliqui etiam Tomi in fronte ornati sunt, ornabunturque. Sex enim minimum Tomi diligentissimo Patri edendi restant. Cæterum uniuscujusque Tomi scriptores in tres veteri cohortes dispersiti sunt: in prima censentur divinarum literarum interpretes, in secunda Theologi, Patres, Philosophi, Ascetæ, in tertiâ Chronica, Codices diplomatici, Monasteriorum Historiæ, Sanctorum Vitz, Itineraria, alia Monumenta Historica. Nihil superest, quam ut ipsos Scriptores, librorumque titulos, ut & ipse Pezius in fronte cujuslibet Tomi facere consuevit, ordine recensamus.

56.

Tom:

MENSIS JANUARIJ A. MDCCXXII

Tom. I Pars I. 1 Notkeri Balbuli Liber de Interpretibus divinarum Scripturarum. Notkerus Sangallensis ordinis S. Benedicti obiit A. DCCCCXII. col. 1. 2 Ejusdem liber Sequentiarum, quæ ad missas dici solebant. col. 17. 3 Angelomi Monachi & Diaconi Luxoviensis Ord. S. Ben. qui Anno Christi DCCCCXXXV floruit, Commentarius in Genesim. col. 45. 4 Candidi Presbyteri B. Alcuini discipuli, Expositio Passionis Domini nostri Jesu Christi, col. 241. 5 Ejusdem Epistola: num Christus corporeis oculis Deum videre potuerit? col. 309. 6 Anonymi, forte Cosnobotæ Lunælacensis Ord. S. Benedicti, Glossarium Latino-Theoticum in Biblia sacra. col. 337. 7 Miscellanea Theotisca ex diversis MSS. Codicibus collecta & in duas partes distributa. col. 373. 8 Engelberti Abbatis Admontensis Ord. S. Bened. qui sub Rudolpho Habsburgico. Imp. claruit, Epistola de studiis & scriptis suis. col. 429. 9 Ej. Liber de Causis Longævitatis Hominum ante diluivum, col. 439. 10 Ej. Tractatus seu Liber amplus de Gratiis & Virtutibus B. Mariæ. col. 505.

Tom. I Pars II. 1 S. Paschassii Radberti, Corbejensis in Francia Abbatis Ord. S. Ben. de Fide Spè & Charitate Libri III. col. 1. 2 Gerberti, postea Sylvestri II. Pont. Max. Ord. S. Ben. Libellus de Corpore & Sanguine Domini. col. 133. 3 Ejusdem libellus ad Ottonem III Imp. de Rationali & ratione uti. col. 149. 4 Gerhohi Præpositi Reicherspergontis Ord. Canon. Regul. S. Augustini, qui Seculo XII. celebris fuit, Liber de Gloria & Honore Filii Hominis. col. 165. 5 Ejusdem liber adversus duas Hæreses sui temporis. col. 283. 6 Ejusdem Epistola de sensu verborum S. Hilarii & Athanasii de æqualitate & inæqualitate Christi cum Deo. col. 312. 7 Ejusdem Epistolæ aliquot anecdotæ. col. 329. 8 Adami Præmonstratensis Candidæ Casæ in Scotia Abbatis & Episcopi Soliloquiorum de Instructione Animæ Libri II. col. 337. 9 B. Richalmai, Abbatis speciosæ Vallis in Franconia, Ord. Cisterciens. Revelationes de Insidiis & Versutiis dæmonum. col. 375. 10 Alani Magni Ord. Cisterc. E. V. de Arte Catholica Fidei ex rationibus naturalibus demonstrata. col. 475. 11 Henrici de Hassia Liber adversus Telesphori Eremitæ Vaticinia de

ultimis temporibus. col. 507. 12 Joannis, forte Gersonis, Ab-
 batis liber aureus de Professione Monachorum. col. 567.

Tom. I Pars III. 1 Codex diplomaticus Ratisbonensis. col. 1.
 2 Codex Traditionum Sancti Emmeramensium. 8 1. 3 Anamodi
 Subdiaconi Traditionum Emmeramensium seculo IX. factarum
 Lib. II. 195. 4 Agii Monachi Ordinis S. Bened. de vita S. Hathu-
 modæ primæ Abbatis Gandersheimensis Liber, 289, a Cl. Ec-
 cardo in Quaternione Monumentorum veterum editus, & a no-
 bis nuper memoratus. 5 Ej. Dialogus metricus de obitu S. Hathu-
 modæ, 309, qui & apud Eccardum extat. 6 Anonymi Zweth-
 lensis Ord. Cisterc. Historia Romanorum Pontificum a S. Petro
 usque ad Cælestinum III. 329. 7 Gerhohi Præpositi Reicher-
 spergensis Liber de vita BB. Abbatum Formbacensium Beringeri
 & Wirntonis. 399. 8 Angeli Rumpleri Abbatis Formbacensis
 Historia Monasterii sui. 425. 9 Joannis Wirzburgensis descri-
 ptio Terræ Sanctæ. 385. 10 Alberti Oberaltahensis O. S. B. Liber
 de vita S. Alberti Oberaltahensis. 535. 11 Jodoci Metzleri San-
 Gallensis de Viris Illustribus Monasterii sui Libri II. 557. 12 Jo-
 annis Egonis, Prioris Augiensis, O. S. B. de Viris illustribus Mona-
 sterii sui Tractatus. 629.

Tom. II Pars I. 1 B. Flaccii Alcuini opusculum de Com-
 paratione Veteris & Novi Testamenti a denario usque ad unum,
 cum Epistolis VII ad Arnonem Archiepiscopum Salisburgen-
 sem. col. 1. 2 S. Wolfgangi Episcopi Ratisponensis Paraphrasis
 Psalmi L. 13. 3 Erhardi de Lainiz, Abbatis Petrensis, Paraphra-
 sis Psalmi XII. 23. 4 Walafridi Strabonis, Augiensis Abbatis,
 O. S. B. Homilia de Genealogia Christi. 41. 5 Theodorici Ca-
 nonici Paterbrunnensis Commentatio in Orationem domini-
 cam. 59. 6 Honorii Augustodunensis O. S. B. circa Annum
 MCXX Hexameron. 71. 7 Ejusdem de X Plagis Ægypti spi-
 ritualiter. 91. 8 Idem in Psalmos selectos. 97. 9 Ejusdem Sca-
 la Cæli major. 157. 10 Ejusdem Scala Cæli minor. 171. 11 E-
 jusdem Summa Gloria de Apostolico & Augusto. 179. 12 E-
 jusdem Liber XII Quæstionum. 13 Ejusdem Libellus VIII
 Quæstionum de Angelo & Homine. 215. 14 Ejusdem Libellus
 de Animæ Exilio & Patria. 228. 15 Ejusdem Libellus de Libe-

MENSIS JANUARI A. MDCCXXI.

10 Arbitrio. 237. 16 Ejusdem Sacramentarium. 249. 17 Ejusdem Eucharistion seu Liber de Corpore & Sanguine Domini. 349. 18 Ejusdem de vita Clausurali. 363. 19 Irimperti Abbatis Admontensis O. S. B. Commentarius in Cantica Canticorum. 369. 20 Ejusdem Liber de X Oneribus Isaia. 427. 21 Thomæ Abbatis Vercellensis ad S. Andream Ord. Can. Regul. S. Augusti. Commentarius Hierarchicus in Cantica Canticorum. 503.

Tom. II Pars II. 1 Maxentii Patriarchæ Aquilejensis Epistolæ de ritibus Baptismi ad Carolum M. col. 1. 2 Adelheri Episcopi O. S. B. ad Nonfundam Reclusam Admonitio de laude Charitatis seu Liber de studio Virtutum. 19. 3 Galtheri Veteris Theologi Liber de Computo Ecclesiastico. 53. 4 Placidii Nonantulani Episcopi Liber de Honore Ecclesiæ. 75. 5 Helperici Monachi San-Gallenensis Liber de Computo Ecclesiastico. 183. 6 Gerstohi Præpositi Reicherspergenensis Liber de Edificio Dei seu de studio & cura disciplinæ Ecclesiasticæ. 275. 7 Ejusdem Dialogus de differentia Cleri Regularis & Secularis ad Innocentium II. Pont. Max. 439. 8 Idungi Cœnobitæ Emmenhamensis, circa Annum M CXC, Liber IV Questionum de Clericis Monachis & Sanctimonialibus. 507. 9 Anonymi Benedictini circa Seculum duodecimum dialogus de esu Volatilium. 545. 10 Joannis de Spira Prioris Mellicensis circa Annum MCCCCXXX Tractatus de esu carnium monachorum infirmorum. 569. 11 Antiquus & amplius ordo publice penitentium. 611. 12 Ordo diffusior probandi homines de crimine suspectos per ignitos vomeres. 635.

Tom. II Pars III. 1 Supplementum Historiæ Miraculorum S. Matthiæ Ap. Autore Anonymo Benedictino Trevirensi. col. 1. 2 Acta S. Christophori M. versu & prosa descripta a Walthero Subdiacono Spirensi, qui Ottonæ III imperante floruit. 19. 3. Acta integra & hætenus inedita Miracula S. Herculani Ep. Perusini & Martyris, autore Anonymo Perusino. 125. 4. S. Liutbirgis Reclusæ in diocesi Halberstadiensi Sec. IX Vita, autore Anonymo. 147. 5. Vita S. Alberti Archiepiscopi Castellensis in Hibernia. 181. 6. Hermanni ex Episcopo Babenbergeri Monachi Schvvarzhafensis Vita, aut ore Andrea, Monacho
Mons

Monasterii S. Michaelis Bambergæ. 187. 7 Henrici Archidiaconi Salzbürgensis & Præpositi Berchtolgadensis Historia Calamitatum Ecclesiæ Salzbürgensis Adelberto Episcopo. 199. 8 Vita Chunradi I Archiep. Salzbürgensis, autore anonymo Reitenhaslacensi Ord. Cisterc. Synchro. 221. 9 Vita S. Alrunæ Marchionissæ Chambensis, autore Anonymo Niedertahensi Ord. S. Ben. 253. 10 Ludovici Barbi, Episcopi Tarvisini O. S. B. Liber de initio & progressu Congregationis S. Justinæ de Padua, nunc Cassinensis. 269. 11 Vita B. Nicolai de Prussia, autore Juliano Januensi. 311. 12 Anonymi Epistola de rebus anni MCCCCLVI. 342. 13 Monumenta Vetera Res S. Simpertii Episcopi Augustani illustrantia. 354. 14 Georgii Prioris Gemnicensis Ord. Carthus. Diarium peregrinationis transmarinæ per Ægyptum & Syriam. 455.

Tom. II Pars I. Hervei Monachi Dolensis Commentariorum in Isaiam Prophetam Libri VIII.

Tom. II Pars II. 1 Gerberti postea Sylvestri II P. M. Geometria col. 5. 2 Ejusdem Epistola ad Adelboldum Episcopum Trajectensem de causa diversitatis arearum in Trigono æquilatere. 82. 3 Adelboldi Episc. Traject. Libellus de ratione inveniendi crassitudinem Sphæræ. 86. 4 Hermanni Contracti Monachi Augiens. Liber de Mensura Astrolabii. 94. 5 Ejusdem de utilitatibus Astrolabii L. II. 108. 6 Othloni Monachi Sanct-Emmeramensis Dialogus de tribus quæstionibus, id est, de divinæ pietatis agnitione judiciorumque divinorum diversitate, & varia bene agendi facultate. 141. 7 Ejusdem Epistola de permissionis bonorum & malorum causis. 251. 8 Ejusdem liber de cursu spirituali. 257. 9 Ejusdem Narratio de quodam miraculo, quod nuper accidit cuidam Laico. 398. 10 Ejusdem Liber de Admonitione Clericorum & Laicorum. 402. 11 Ejusdem Liber metricus de doctrina Spirituali. 430. 12. Ejusdem Liber proverbiorum 484. 13 Ejusdem Sermo de Natali Apostolorum 538. 14 Ejusdem liber visionum tum suarum tum aliorum. 543. 15 Ejusdem præfatio in vitam S. Wolfgangi Episcopi Ratisponensis a se emendatam. Accessit Vita quædam Rhythmica ejusdem Sancti. 416. 16. Petri Abælardi Ethica seu Liber: scito te ipsum. 626.

Tom.

MENSIS JANUARI A. M DCC XXII.

Tom. III. Pars III. 1) Vlti Araupackii Prioris Eberspergensis Chronicon Bajoariz Libris V. col. 1. 2) Monumenta vetera historiam inclyti monasterii Tegerascensis in Bajoaria illustrantia. 1) Historia foundationis Tegerascensis, antore, ut videtur, Froumondo Monacho Tegerascensi. 2) Chronicon Monasterii Tegerascensis a prima origine ad nostra usque tempora. 3) Historia consecrationis altarium ecclesie Tegerascensis. 4) Tres vetustissimæ Sequentiæ de S. Quirino Rege & Martyre Tutelari Tegerascensi. 473. 3) Monumenta vetera historiam inclyti Monasterii Benedicto-Burani illustrantia. 1) Breve antiquum Chronicon Benedicto-Buranum. 2) Rerum Benedicto-Buranorum notitiæ antiquæ. 3) Epistolæ Benedicto-Buranæ. 4) Anonymi Benedicto-Burani Historia Fontis Salutis. 595. 4) Codex diplomaticus inclyti monasterii Admontensis in Stiria O. S. R. 657.

Cæterum cum inter omnes, qui has literas amant, pervulgatum sit, quantum olim spem Codicis diplomatici Udalriciani in lucem publicam edendi excitaverit Rev. Autor, quæ nunc ejus de toto isto negotio sit sententia, ipsis Reverendi Patris verbis, ex dissertatione Isagogica Primi Thesauri hujus Tomi depromtis, explicare lubet. *His, inquit, tribus diplomaticis Codicibus, puta Ratisponensi, alio Traditionum Sanctemmeramenium, & Anamodi Traditionum Libris II, in isto primo Tomo editis, utique satis his factum fuerit, qui Codicis diplomatici, ab Udalrico Babenbergensi collecti editionem tam vehementer, etiam post repetita cujusdam adversus nos scripta, contenderunt. Nam & lectiorem Udalriciani Codicis partem, quæ in Germanicis diplomatibus versatur, longe hic emendatiorem & plenorem habent: & reliqua omnia necdum edita, etiam ea, quæ ille in publicum efferræ quam indignissime tulit, in alio quodam nostro Codice diplomatico-Historico Epistolari, prælo propemodum jam parata habebunt. Supprimimus itaque integram Udalriciani Codicis editionem, nequaquam ob allatas ab adversario rationes, quæ viros doctos & eruditos non potuerunt impedire, quo nos minus ardentè ad exsequenda prima consilia publice ac privatim cohortarentur: sed propterea, ne quædam melioris notæ monumenta semel integra*

p. 33.

Et plena, qualia in his tribus Codicibus Emmeramensibus a nobis producta sunt, Et iterum mutila Et truncata atque adeo inutilia, quomodo ea in Codice Udabrichiano existant, eodem integre recusò edere cogamur. Quæ ratio nostra si quibus viris eruditis minus probatur, nulla re alia opus est, quam ut suam nobis voluntatem publice demonstrant. Habebunt illico etiam integrum controversam Codicem in aliquo sequentium Voluminum, si istis expensis adhuc Respublica nostra commodum fore judicabunt, quod ante hoc opus in lucem emissum nos præstituros polliciti sumus. Utinam vero tandem in lucem prodire liceat integro Codici, tot hæcenus historiarum & rei diplomaticæ curiosorum votis expedito! Utinam & brevi prodeant reliqui Thesauri hujus Tomi! quibus si Theologici argumenti paulo minus, historici vero plurimum inferuerit Rev. Autor, haud amplius Gallis Dachérios suos, vel Baluzios ac Martenios invidēbimus.

*HISTORIA NATURALIS CURIOSA REGNI Poloniae, Magni Ducatus Lituaniae, annexarumque Provinciarum, in Tractatus XX divisa: ex Scriptoribus probatis, servata primigenia eorum phrasi in locis plurimis, ex MSS. variis, Testibus oculatis, relationibus fide dignis, experimentis, desumpta. Opera
P. GABRIELIS RZACZYNSKI,
Soc. Jesu.*

Sandomiriæ, typis Collegii Soc. Jesu, 1721, 4

Alph. 2 pl. 15.

CL. Autor, qui singulari & inusitato nationis suæ exemplo, perscrutationi Historiæ Naturalis incubuit a longo jam tempore, ægre audiens, quod multorum capitum infederit illa opinio, ac si natura alibi matrem, in Polonia novercam egerit, siquidem præter frumenta, sal & boves, nihil singulare ab ipsa huic Regno concessum esset, eruere, pandere abdita, rariora patriæ suæ allaboravit, simulque advertit, tantam latere rerum naturalium curiosarum in hoc Regno opulentiam, quæ

quanta par esset implendo grandi ærario. Digessit igitur has suas de rebus naturalibus Poloniæ observationes in præsens Volumen, & methodum eruditiss. Merret in Pinacoth. Rer. Britann. Sibbaldi in Scotia Illustr. Balbini in Histor. Natur. Bohemiæ, ut in præfatione ipse dicit, imitatus, non omisit in enarratione sua ubivis obvia etiam nota ac viliora, & totam hanc Historiam de cætero in XX Tractatus divisit, quorum I Terræ abdita pandit, II Terræ felicitatem continet, III Montes exhibet, IV singularia aquarum exponit, V notabilia profluentium & aquatilium concludit, VI Mare Balticum ingreditur, VII arboreta invisit, VIII Animalium quadrupedum fera repræsentat, IX Animalia venenata & exanguia producit, X Aves; feras & familiares commemorat, XI memorabilia Hominum manifestat, XII Qualitates rariores Hominum adfert, XIII Ostenta varia enumerat, XIV extraordinaria mortuorum adducit, XV calamitates occurrentes describit, XVI Anni 4 partes complectitur, XVII Meteora illustrat, XVIII Phasmata aerea explicat, XIX Præfagia refert, XX Misa Naturæ & Artis attingit.

Ex singulis rariora quæ sunt, hic recensere operæ pretium ducimus.

De Fossilibus agens, ex MS. quodam refert, Reginæ Ludovicæ, Joh. Casimiri consorti, cum salis fodinas Vieliscenses iustraret, anno 1661 a fossoribus glebam, vulgo bancum salis præsentatum fuisse, qui in aliquot concisus partes, ramum betulæ protulit, æquantem crassitudine sua radium sive 6s minis cubiti humani. In terra Leopoliensi arboretum inveniri, sub nomine Sylvæ Lapidæ, vernacula *Las kamienny*, meminit, ita appellatum propter lithoxyla numerosa in radicibus, si non truncis etiam & corticibus arborum reperiunda: sicut in Podolia etiam fagi antiquissimæ esse dicuntur, quarum partes terræ proximiores inservire solent villanis filicis loco ad ignem chalybæ provocandum. Ollas fossiles seu nativas, prope Szernum in Majori Polonia sub terra copiose nascentes, ab urnis sepulchralibus gentilium veterum omnino diversas esse, cum Polon. Historico Dlugosso, qui L. II Historiæ suæ de his ollis, jussu Re-

p. 4.

5.

6.

- p. 15. gis Jagellonis 1415 erutis & examinatis in præsentia ejus, singulare adducit exemplum, asserit. De subterraneis cryptis verba faciens, præter Kiovienses, ex relatione *Herbini* & *Beauplan in descript. confin. Polon.* satis notas, meminit cavernæ ingentis in Podoliæ Palatinatu ad pagum *Krzywocze*; fornices ibi amplitudine & altitudine spectabiles, in parietibus lapides varii, specularibus alii, alabastriti alii, cæteri fractis rupibus similes, marmoris rubri etiam referentes speciem, una cum hominum, avium, animalium figuris; forte phantasticis. Longitudo quanta sit antri, etiam rivulos limpidos continentis, sciri non posse perhibet, nemine hactenus ad ipsam extremitatem progredi auso.
19. In proxime sequenti cap. de Gemmis & Lapidibus figuratis, inter alia mentio fit *Amnitis*, ex arenis ita compositi, ut ovis piscium similis videatur, mole juglandem æquantis, ad *Vistulæ* margines *Thorunio* viciniore frequenter occurrentis. Sub finem ejusdem capituli refert ad *Podhayce* *Roxolanæ* oppidum stagnum quoddam fovere uniones testaceis clausos, itemque in terra *Leopoliensi* ad pagum *Kubaïow*. Poloniæ nec deesse marmoris speciem, *Secl. III Tractatus* primi docet, ubi certiores nos reddit Auctor, *Sigismundum III Regem*, prope *Chenciniam* columnas binas marmoreas excidi jussisse, altitudine pedum fere triginta octo, e quibus unam postea magno molimine *Vladislaus Rex Warlaviz* ante *Cracoviensem* portam, memoriz patris sui dedicatam erexit, adhuc dum in singulare urbis ornamentum superstitem: altera, dum extrahebatur, & machinæ ponderi non sufficerent, per medium fracta fuit. De
40. Nitri ingenti proventu in *Podolia* & *Ukraina* ex autore Polono quodam, *Siemianowicz* appellato, qui de *Artilleria* tractatum scripsit, singularia allegat: tam ferax autem hujus salis terra *ibid.*, ut unus ex familia *Konieczpolsiorum* Nobilis regnante *Johanne III* ex bonis suis hæreditariis salis Nitri octo millia pondi (*Polonis Kamieni* 24 libras continens) singulis annis perceperit. De Metallis perfectis agens in *Capitaneatu Mevensi*, *Corylum* implevisse narrat venam argenti purissimi, casu a villa, quodam inventam, & *Illust. Gniaski* *Palatino Pomeraniæ*
46. quon-

quondam dono datam. Descriptionibus salis fodinarum a varijs Auctoribus factis adjungit relationem de statu earundem novissimo, a quodam per septem annos Vielsici commorante, ibidemque labores circa sal quotidianos ex officio lustrante, communicatam. Fertilitatem Poloniz laudans, Tract. II. Sect. I inter alia exempli loco etiam Milii meminit, & quod fere incredibilis hujus frumenti proventus in Ukraina fit, ex hoc constare docet, quia unus Nobilis Ostrogio vicinus, duo millia & quadringentos medimnos decorticati Milii anno 1716 Gedano intulerit. Non defecisse quondam Poloniz Vites viniferas, ex Archivo Civitatis Leopoliensis liquere existimat, utpote quod testatur, in montibus & collibus circa Leopolin jacentibus extitisse vineas, ex quibus antiqui Russiz Duces centena aliquot doliorem vini decimando perceperunt; in Majori Polonia etiam quondam cultas fuisse vineas, ex privilegio urbi Posnaniensi a Prinslao & Boleslao, fratribus, Poloniz Ducibus concessio, patet, utpote in quo sequentia leguntur: *Fluvium, qui Varta dicitur, per milliare unum ex utraque parte cum omnibus utilitatibus in perpetuum concedimus civibus, exceptis Vincis &c.* Acta hæc fuerunt Posnanz, Anno 1252. Sectione II hujus Tractatus de Plantis officinalibus agens, Podolicam tellurem, præ aliis provinciis, plantas multifarias Medicinales proferre asserit, quod Turcæ animadvertentes, aliquando exclamasse traduntur: O quantum thesaurum Polonia possidet, ad sanitatem conservandam, & amissam recuperandam! circa finem hujus Sectionis, de vernantibus pratis agens, narrat, dari prata circa Cracoviam, Lublinum & Sandomiriam, quæ dum æstate defecantur, pluviam accersunt, siccissimis etiam diebus, restante longa œconomorum observatione. Sect. I Tract. IV de Aquis Medicatis & Venenatis agit. Ex prioribus notabilis descriptio Montis Admirabilis dicti, in Palatinatu Cracoviensi, unâ cum fonte salinari, a Conrado Reginz Mariz Archiatro a. 1684 visitati, cujus visitationis relationem Actis nostris eodem anno insertam fuisse meminit. In petrificantis autem aquis, Montis Kiciern inter Lubowlam & Podoleneciam Scephuffi siti, fontis & profluentis fit mentio, cu-

p. 56.

68.

84.

91.

115.

116.

- p. 121. jus aqua statim ac ex terra prorumpit hinc inde lapidescit. Ad mortiferas aquas refert fontem illum, qui in pago Sklo, circa Jaworowiam scaturit: non congelatur sæva hyeme rivus ex illo emanans, verum vapores densos emittit, ligna, si diutius injecta manserint, instar facis, si accendantur, ardent; a scabiosis equis sanatis has aquas detectas fuisse asserit. Sect. I Tractatus V de Fluminibus & Piscibus agit, ubi refert, in Polesia Litwana tam divitem Cancrorum piscationem esse, ut his porci faginentur, Lapidum Cancrorum de Nobilitate quidam inde Gedanum detulit unica vice ducenta pondera; quodlibet autem pondus triginta libras continebat. Sub finem hujus Sectionis Lucii piscis fit mentio prægrandis, qui in Roxolania vulpem siti afflictam accedentem ad lacum tam fortiter apprehendit, ut post tactam non brevem, in illa dentes relinqueret ipsique evadendi modum præcluderet, atque sic a villano accurrente, simul cum præda caperetur prædator, captus ad Johannem III Regem deferrebat, rari muneris titulo. De stagnis Russiæ Sect. III Tract. V agens, amplitudinis tam magnæ hæc esse, ut ad milliare Germanicum & ultra extendantur, refert Cl. Autor: in his bicubitalis magnitudinis carpiones piscantur accolæ: reliqua autem profunditate superat Grodecense appellatum, ubi de cavitatibus frequenter Carpiones grandes ac vetuli, 20, 30 imò & 40 annorum, extrahuntur: piscatores enim ex notis maxillæ ætates horum piscium agnoscere non dubitant. De Succino singularia Sect. II Tract. VI in medium afferuntur: nobis ex his sufficere annotasse, non in mari Balthico solum, sed etiam in lacibus variis a mari remotioribus, e. g. in Warmiensi lacu ad pagum Lautry, ad villam Wirzchucin ultra Bidgostiam, in lacu Zbonszinenfi Posnaniensis Palatinatus, in Lubicoviensi distante milliari uno a Medereco &c. Succinum inveniri: imò & in collibus sabulosis & sylvis Masoviz ad Narviam fluvium, collectum fuisse succinum testatur. De arboribus & fruticibus rariora Sect. II Tractatus VII sistuntur, atque inter singularia refertur, quod in Podolia nulla penitus inveniantur Pineta, cum tamen per totam alias Poloniam Sylvæ Pinis instructæ occurrant vastissimæ. De Pinastro Bellonii, vulgo Krumbholtz, præter jam nota ex ali-

is autoribus, sequentem communicat ab accola Carpathi sibi datam relationem: *Krumboltz humilis est arbuscula conifera, Pinosimilis, copiose frutescens & per terram serpens, forsitan propter vim tempestatum deprimentium virgas, dum sunt adhuc tenera: summitates virgarum intra annum enatae, abscissa & in fragmenta divise sunt materia olei &c.* Inter ratiore non minus numeranda Quercus illa annosa,* cujus in eadem hac Sectione mentionem facit Autor; vidit ipse illam ad ripam Zarnovecensis lacus extremitate una vicini villae Zymanowo, orgias quinque in ambitu superantem. Cum de Animalibus quadrupedibus seris Sect. I Tract. VIII agit, Ursorum inauditam hactenus aetatem asserere non dubitat Venatorum Polon. experimento: ipsi observarunt, quolibet anno glandulam unam Urso in renibus accrescere, & aetatem sic indicare; numeravit quidam in Roxolania renulos tales centum & quadraginta: renium enim corpus in Urso refert racemum uvarum aut potius pineum conum, de qua structura Willughby Anglus a Rajo citatus in Synopsi Animalium quadrupedum. Ibidem de Thuro, Uri specie, refert, venatores, capto Thuro cor eximere, quo per medium dissecto, officulum crucis formam exhibens reperiunt, praegnantibus & graviter parturientibus salutare observatum, ad modum ossis de corde Cervi. Boum greges Russiae & Podoliz praesertim numerosas esse, omnibus notum: Autor noster compertum se habere dicit, quendam Nobilem in Russia, singulis annis, plusquam mille boves pro decimis saltem a villanis suis accepisse. Singulare est Podoliz & Ukrainz, quod greges pecorum tantum per Decembrem & Januarium medium, diu noctuque sub dio iacentes, pabulum domi accipiant, reliquo hyemis decursu campos obambulant nive contactos, qua unguis remota, gramina carpunt. Aves ferae sylvestres & aquat. sistit Sect. I Tract. X. Annotari ex hac meretur observatio, de extraordinaria Anatium serarum multitudine in fluvio Styr Volhyniz, etenim ibi duae aut tres sexagenae fagopyro allectae frequenter simul & semel involvuntur panthero ab aucupe. De incredibili copia Attagenarum & Perdicum in Polon. & Lithuan. p. 272 & p. 291 datur notitia, per specialia roborata exempla, quale est illud,

p. 201

228.

238.

269.

- quod in nuptiis Magnatis cujusdam Grodnæ celebratis Comitiorum Regni tempore tria millia & quingentas perdices, inter alia
 p. 284. fercula, appofitas fuiſſe menſis, obſervatum. Ad allegatam jam Sectionem de avibus pertinet etiam obſervatio de Hirundinibus ſequens: *Hirundines ad maritimas oras feruntur gregatim ſub æquinoctium autumnale, ac totos ſex meſes ſub altit rupibus, promontoriis mari imminentibus deliteſcunt, mutuis complexibus coherentes. Deprehenderunt maris Balthici accole & piſcatores hirundinum cumulos, dum ſuccinum ſub rupibus legerunt. Non omnes tamen ad maris rupes avolant, ſed nonnulla alia querunt receptacula, lacuum & ſtagnorum ampliorum & profundiorum littora hinc inde in Polonia, Lithuania, ſpeciatiim autem in Ruſſia &c.* De quibus ſingularia & plura adducit Cl. Autor documenta. Locum inter rariora, reſpectu ad
 288. alias terras, merentur aves ſoli fortassis Poloniz familiares, quarum altera *Nivalis* appellatur, Polonice *Sniegulka*, & in territorio Lowicenſi ſpecialiter reperitur, quæ cum nive ſimul advenit, & diſparet etiam iterum cum nive: inveniuntur tales etiam in Warmia, ſed pauciores, plures in Pomerellia, ubi dum advolant in Novembri, coloni inde ſumunt præſagium hyemis tempeſtivæ & rigidæ: altera eſt *Avis S. Remigii*, Polonice *Remiz*; de hac ex Bonanno in Muſeo Kircher, refert mirum nidos coſficiendi modum, qui nidi ex Lithuania & Volhynia deportantur ad alias
 294. Polon. provincias & catarrho equorum mederi obſervantur, ſi ſub eorum naribus comburantur, imo & hominum anginz, ſi cum lacte decocti cervici applicentur. Ex Sect. II Tract. XI locum hic invenire debet relatio de Monticolis ſub
 320. Cracovia, Polonis *Gorale* appellatis, qui tam agiles ſunt & curſu præſtantes, ut cum generoſiſſimis equis curſu certent nonnulli ſtatuta meta & præmio. In ejuſdem Tract. ſectione III
 325. mentio fit voracium hominum, & in medium adducitur exemplum Viri ex Equeſtri ordine, in Palatin. Cracov. qui ordinario ſumebat jentaculum paratum ex capone aſſo, Indico gallo, anſere & aſſatura bubula, non ſine congio medio mulſi & vini Hungarici pro potu, ſimile erat jentaculo prandium, prandio
 334. coena, ad annum vitæ ſeptuageſimum uſque. De Imaginatio-

nis

his viribus per idiosyncrasiam corruptis, notabile exemplum
 allegat Sect. I Tract. XII: narrat enim, optimum sibi notum vi-
 rum in Palatinatu Calisiensi ex iacuitu cultri acie sursum po-
 siti inquietudine notabili affici, latensque in eodem situ, ac
 conclavi ferrum sentire. Filius pariter idem objectum averfatur.
 Sect. II Tractatus XII de sensibus externis agitur, & non sine
 ratione, ut rarissimum de Cæcis colores distinguentibus, addu-
 citur sequens exemplum: a nativitate cæcus quidam Koldyns-
 ki singulari inclinatione in columbas ferebatur, easque, post-
 quam apprehendit, qua colorum varietate præditæ essent, exa-
 minabat, ut post prolixius temporis spatium, quibus ornata co-
 loribus, potuerit enarrare. Tractatu XIV Sect. I mortuorum
 miranda sistens, Munnias etiam in Polonia inveniri docet. Nu-
 merosa scilicet cadavera instar Mumiarum indurata in Podoliz
 quibusdam cryptis iaveniuntur: unde prodire hinc nolentes
 tempore belli cum Tartaris homines, fumo de straminibus &
 lignis excitato, suffocati quondam fuerunt. Sectione II de
 Cruentationibus cadaverum in specie agens, mira profert de
 mortuis in tumulis adhuc voracibus, & vicinos viventes spectro-
 rum modo trucidantibus, a Polonis speciali nomine *Upiers* & *U-
 pierzyca* appellatis, de quibus quæ producit authentica docu-
 menta, ulteriorem fortasse disquisitionem merentur, antequam
 pro veris assumantur. De Peste Sectione II Tract XV histori-
 as recenset, quando & quomodo in Polonia grassata sit, nullam
 autem Contagionem tam diu Regnum esse pervagatam, quam
 ultimam illam magnam, quæ ab anno 1704 initium trahens in
 Ukraina ad Niemiroviam, invasit Roxolaniam, inde pro-
 movit virus in Minorem Poloniam, & cæteras Regni provinci-
 as, duravitque, una cum bellis civilibus, exercituum irruptio-
 nibus, innumerisque calamitatibus, pene decennium, quo fere
 exacto in Majori Polonia tandem plene fuit consopita Anno 1713.
 Eadem Sectione de Plica morbo agit, quam in Pokucia ad Bies-
 ciadicos montes quondam originem habuisse, ex *Sixti Leopo-
 lensis Medici Tract. de thermis Sklo* probare satagit. Observati-
 ones de rigidissima hyeme anni 1709 specialiores invenimus in
 Sect. II Tract. XVI, Eandem Sectionem claudit Cl. Autor obser-

p. 347.

362.

366.

377.

379.

388.

392.

observatione de Rusticis in Lithuania, Russia, Ukraina, frigoris
 asperitatem mira fortitudine excipientibus: non solum enim il-
 li aperto pectore & nudipedes hyemali tempore incedunt, sed
 solent etiam tunc balnea seu vaporaria ex igneis lapidibus aqua
 perfusis facere, in eisque ad sudorem eliciendum scopis ex be-
 tulæ ramis foliatis confectis se flagellare, peracta flagellatione, se
 totos frigida proluunt, vel in profluentem, aut stagna glacie te-
 nuï obrigata insiliunt. De Meteoris Sect. III. Fract. XVII discurs-
 sum faciens, meminit etiam Iridis Lunaris candido colore tin-
 ctæ, quam ipse observavit Autor Sandomiriæ, anno 1720 die
 8 mensis Octobris.

P-427.

Hæc sunt ex Historia hac Natur. Poloniæ notabiliora, maxi-
 mam partem ex propria Cl. Autoris observatione & experien-
 tiâ profecta. Longe plura restant ex Guagnino, Dlugosso, Cro-
 mero, aliisque Historicis Polonicis desumpta, non minus cu-
 riosa, ast quæ hic recensere superfedemus, cum Autores isti in
 eruditorum versentur manibus. Hoc ultimo loco tacere nolu-
 imus, supplementum hujus Historiæ promittere nostrum Au-
 torem, ad quod elucubrandum novam se quotidie invitare ma-
 teriam in præfatione fatetur. Ceterum non minus avide exspe-
 ctamus celeberrimi Medici Cracoviensis, Bonfigli Historiam
 naturalem Poloniæ, quam prope absolutam aliquot in folio,
 quod ajunt, Voluminibus prodituram, spes nobis nuper facta
 est.

A NATURAL HISTORY OF ENGLISH INSECTS.

i. e.

*HISTORIA NATURALIS INSECTORUM
 Anglicorum, figuris æneis centum ad vivum expressis illu-
 strata, Autore ELEASARE ALBINO,
 Pictore.*

Londini, apud Wilh. & Jo. Innys, 1720, 4. reg.

Alph. 1 pl. 4 tabb. æn. 100.

Pergratam rerum naturalium Studiosis operam præstitit Au-
 tor maxime industrius, edito hoc opere splendidissimo,
 quod

quod manu Autoris, colores figuris inducentis, singulare pretium nanciscitur. Nam cum is a Daudridgio, Viro ingenioso, qui in observanda insectorum generatione ingentem operam posuit, tum a fœminis nonnullis illustribus sæpe adhibitus fuisset, ut papilionum varia genera in charta nitide designaret, & coloribus exornaret, tanta harum rerum voluptate captus est paulatim, ut species papilionum circiter ducentas adnotaverit, quas omnes hic in tabulis æneis nitidissime repræsentat. Exhibet vero non modo ovula, vermem, papilionem, utriusque sexus, tum masculum tum fœmellam, ac demique chrysalidem, variasque adeo insectorum transformationes, verum etiam fruticum, arborum ac plantarum folia, quibus adrepere ac delectari insecta hæc solent. Atque hæc deinde addita succincta descriptione ita explicat Cl. Albinus, ut simul, quibus potissimum in regionibus quavis species commoretur, quo tempore ovula excludat, vermemve producat, vel in papilionem ac chrysalidem transeat, diligenter ostendat, subinde quoque autores idoneos, Gœdartium, Rajum, Johnstonum, Mousseaux, Listerum, Merianam, aliosque adducens. Ceterum cum oculos potissimum oblectare voluerit Autor, excerptis descriptionibus haud prolixis suppeditandis super sedemus.

PHYSICES ELEMENTA MATHEMATICA, experimentis confirmata, sive Introductio ad Philosophiam Newtonianam, Autore GUIELMO FACOBUS GRAVESANDE, A. L. M. Jur. Utr. & Phil. Doctore, Regiæ Societ. Lond. Socio, Astron. & Math. in Acad. Lugd. Bat. Professore Ordinario.

Tomus II.

Lugduni Batavorum, apud Petrum & B. & P. Janssonios
vander Aa, 1725, 4.

Alph. 1 plag. 5 Tabb. zn. 25.

CL. Autor in Præfatione monet, ex hoc altero Tomo Elementorum Physices demum apparere, cur iisdem Introductionis ad Philosophiam *Newtonianam* titulum imperitus fuerit: in eo enim explicat, quæ *Newtonus* de lumine atque coloribus detexit & in Optica publici juris fecit, quæque idem in Principiis Philosophiæ naturalis Mathematicis de mundi systemate ac causis motuum cœlestium physicis tradidit, quamvis etiam alia subinde admisceat, quæ ante *Newtonum* cognita fuerunt. Incipit Tomus secundus a Libro tertio, qui in tres partes dividitur. Prima de igne, secunda de lumine, tertia de coloribus agit. Desinit idem Tomus in Libro quarto, qui in duas partes abit. Prior de mundi Systemate, posterior de motuum cœlestium causis physicis tractat.

Lib. 3.

c. I.

2.



3.

4.

5.

De igne primum aliquas proprietates in genere recenset, veluti quod corpora facillime penetret, quod celerrime movetur, quod corporibus sese jungat eaque expandat, quod a corporibus ad certam distantiam attrahatur. Ignem omnibus corporibus contineri probat, quod ex attritu calefiat, cumque corpora electrica vocentur, quæ, si ex attritu calefiat, alia leviora ad distantiam sensibilem trahunt & repellunt, ideo varia experimenta de electricitate profert. Constat vel ex his Actis Supplementi Tom. V Sect. IX p. 404. & seqq. *Franciscum Hawksbee* in experimentis Physico-Mechanicis varia dedisse de electricitate vitri, de productione luminis ex corporum attritu, de phosphoro in vacuo & Mercurio in tenebris lucente, eadem quoque *Gravesandus* repetit, cum ab igne deriveret phænomena ista. Calorem habet pro motu ignis in corpore contenti: ideam luminis ortu statuit, si ignis per lineas rectas oculos intrat & motum fibræ in fundo oculi communicat. Affert experimenta notissima de igne in vacuo extincto. Dilatationem ex calore explicaturus de thermometris & zolipilis breviter agit. Progreditur deinde ad proprietates luminis: ubi primo commemorat radiorum inflexionem, ex qua patere arbitratur, Immen a corporibus attrahi, a quibus radii inflectuntur. Ut aliquam hujus inflexionis ideam animo concipiamus, & quo jure inde attractio luminis inferatur, intelligamus; lubet experimentum huc transferri

22 M. Jan.
21.



scribere. In superficie Tabellæ T longitudinis & altitudinis circiter sex pollicum est cavitas cc, in qua moventur frusta duo chalybea, quorum acies similis aciei cultri. Amborum acies in medio tabellæ concurrunt & exacte conjunguntur. Ubi concurrunt, per foramen quadratum in tabella, cujus latus fere pollicem æquat, ad eas penetrat radius per foramen in cameram obscuram immissus. Quod si tabella T tribus pedibus a fenestra distet, acies vero decima circiter pollicis unius parte a se invicem removeantur, & lumen ad distantiam quinque pedum a tabella super charta A excipiat, ad latera ejus ab utraque parte lumen simile caudæ cometæ apparebit. Altera luminis proprietas, quam Autor considerat, est refraction, ubi modos exponit eam observandi. Statuit refractionem oriri ex eo, quod radii a densiori medio magis quam a rariore attrahantur, & experimento legem refractionis a *Snellio* inventam & *Cartesio* repetitam probat. Speciatim deinde differit de refractione in medio superficiebus planis terminato atque in medio superficie sphericæ, cum convexæ, tum concavæ, & inde vitrorum politorum seu lentium proprietates derivat, a scriptoribus *Dioptricæ* demonstratas. Pergit ad visum, in quo refractioni est locus; ubi initium fit a structura oculi, usu partium experimentis confirmato. Docet etiam, quomodo quædam oculorum vitia per vitra convexa & concava corrigantur. Tandem microscopia & tubos describit ac utriusque instrumenti rationem exponit. Tertia luminis proprietas est reflexio, ubi non solum communem reflexionis legem in cubiculo obscuro experimento manifestam reddit, verum etiam ex *Newtono* docet, lumen minime reflecti ex impactu in partes solidas corporis. Occasione reflexionis recenset speculorum planorum & sphericorum phænomena. Colophonem parti secundæ imponit descriptio laternæ Magicæ ac phænomenorum ejus. Quæ de opaco & coloribus habet, ex *Newtoni* potissimum *Optica* desumuntur. Cum eo igitur adstruit, opacitatem non oriri ex eo, quod viz, per quas lumen transire posset, obturentur a materiæ particulis, sed eam potius a poris pendere, medio diversæ densitatis cum particulis corporis repletis. Monstrat cum eodem, radios solares diversos ad-

TAB. L.
Fig. I.

- c. 6.
- 7.
- 8.
- 9.
- 10.
- 11.
- 12.
- 13.
- 14.
- 15.
- 16.
- 17.
- 18.

- mittere refrangibilitatis gradus, eamque non a medio refringente, sed ipsorum radiorum constitutione pendere. Docet cum eodem, diversos radiorum solarium colores cum diversis refrangibilitatis gradibus conjunctos, & eorum immutabilitatem experimento stabilit. Postquam de colorum permixtione & albore differuit; ortum iridis explicat. Antequam ad corporum naturalium colores digreditur, tenues lamellas ante omnia examinat: ubi ex *Newtono* repetit, radios luminis ope laminæ tenuis & translucidæ inter se separari & pro varia crassitie laminæ radios quorundam colorum transmitti, aliorum reflecti, & eandem laminam tenuissimam alius esse coloris, si radii transmissis, quam si reflexis videatur. Corpus unumquodque illius apparere coloris cum *Newtono* statuit, qui oritur ex permixtione radiorum reflexorum. Radios, qui a corpore non reflectuntur, in hoc penetrare ibique innumeras reflexiones & refractiones pati, donec tandem sese jungant particulis ipsius corporis.

Lib. 4.
c. 1.

- Postquam adeo Libro tertio in primis explicavit, quæ in *Optica* docuit *Newtonus* & in *Experimentis Physico-Mechanicis* monstravit *Hauksbejus*; ad *Physicam cœlestem Newtoni* pedem promovet. Explicatis terminis astronomicis, planetarum ordinem, eccentricitatem, distantiam a Sole, tempus periodicum, motum vertiginis, inclinationem orbitæ definit, una cum distantia secundariorum a suis primariis & eorum temporibus periodicis. Habet quoque nonnulla de orbitis planetarum. Sequuntur primum generatim motus planetarum apparentis phenomena: mox in specie recenset Autor phenomena Solis ex motu Telluris in orbita, nec non planetarum cum inferiorum, tum superiorum ex eorum & Telluris motibus in orbitis. Nec in super habet phenomena satellitum ex motu horum in orbitis, in quorum numero cum sit Luna, de Solis quoque ac Lunæ eclipsibus agit. Expendit præterea phenomena ex motu Solis & planetarum circa axes, nec non phenomena Telluris superficiem ac peculiare hujus partes spectantia, ubi & zonarum differentia exponitur. Commemorat denique phenomena ex motu axis Telluris,

Teris, ubi potissimum dierum atque noctium vicissitudines locum habent. Narrat quoque, quæ de stellis fixis in libellis astronomicis obvia, ubi inprimis distributio in asterismos occurrit. Causas physicas motuum cœlestium cum *Newtono* a gravitate petit. Sumit: omnia corpora in se mutuo gravitare; gravitatem esse materię quantitativè proportionalem; eandem ad inæquales distantias esse inverse ut quadratum distantię. Affert argumenta pro vacuo, quæ nimia forte confidentia demonstrationum titulo insignire non dubitat. Probat motum Telluris circa Solem, ubi inter alia utitur argumento a mutua Solis ac Telluris gravitatione in se invicem desumpto. Addit argumenta pro motu vertiginis circa axem. Densitates planetarum definiturus sumit: quantitates materię in variis corporibus esse inter se ut gravitates ad eandem distantiam ab iisdem, quæ gravitates sint inter se inverse ut quadrata temporum periodicorum corporum revolventium circa variã illa corpora ad eandem illam distantiam. Unde tandem deducit: quantitates materię corporum in nostro systemate esse inter se directe ut cubos distantiarum, ad quas circa hæc corpora alia revolvantur, & inverse ut quadrata temporum periodicorum horum corporum revolventium. Calculo subducto, prodeunt quantitates materię in Sole 10000, in Jove 9. 248, in Saturno 4. 223, in Tellure 0. 0044; pondera in superficie Solis 10000, Jovis 797. 15, Saturni 534. 337, Telluris 407. 832; densitates Solis 10000, Jovis 7404, Saturni 6011, Telluris 39214. Mox distinctius declarat, quomodo motus ellipticus planetarum circa Solem ex motu projectionis & gravitate prodeat & quæ inde pendeant. Inprimis theoriam Lunæ ex causis iisdem physicis explicat: quod est inter palmaria *Newtoni* inventa referendum. Planetis tam primariis, quam secundariis figuram sphericam tribuit, quam ex mutua partium attractione deducit. Hanc tamen figuram addit aliquam mutationem subire ex motu vertiginis, ob quem in figuram sphaeroidis depressam polis degenerat. Exhibet explicationem physicam motus axes Telluris, & ubi *Newtonianam* de æstu maris hypothesein proposuit, tandem loco ultimo densitatem & figuram Lunæ determinat. Pōnit densitatem Solis ad densitatem Lunæ ut 10000 ad 48911.

OBSER-

c. 10.

11.

12.

13.

14.

15.

16.

17.

18.

19.

20.

OBSERVATIONES ET EXPERIMENTA
 nova de Anatomia Foliorum, quibus integra Plantarum
 Anatomia illustratur, Autore LUDOVICO PHI-
 LIPPO THUMMIGIO.

1 **P**etiolum vocamus eam folii partem, quæ per medium ejus
 extensa ultra ipsum producitur & furculo adhærescit: quæ
 inde per folii latitudinem disperguntur partes petiolo, *ramos*
 appellamus; *furculos* vero, qui perinde ex ramis ac rami ex
 petiolo educuntur in varios plexus reticulares tandem desinen-
 tes, quorum interstitia utriculorum congerie replentur. Peti-
 olum, ramos ac furculos esse fibrarum secundum longitudinam
 extensarum fasciculos, tum avtopsia constat, tum ab Autoribus
 annotatum reperitur. Fibras in omni arboris parte in fistulas
 succiferas & tracheas distinguunt, quarum istæ succo turgent,
 hæ aere plenz sunt. Fistulas succiferas in venas & arterias di-
 stinguunt *Leitwenbækius*, quarum istæ succum a radice versus ex-
 tremas arboris partes vehunt, hæ eundem ab extremis partibus
 versus radices revehant: id quod experimentis comprobavit
Perraultus. De Trachearum existentia *Cel. Fontenellius* vide-
 tur adhuc subdubitare, quod nec microscopiorum acie distincte
 videri possint.

2. Equidem in Actis Eruditorum Anni 1715 p. 344 annota-
 tur, tracheas vel oculum nudum, nedum armatum in vite di-
 stinguere, neque hæc a vero abludunt: ipsimet enim tracheas
 non sine voluptate conspeximus, cum a furculo vitis orbem te-
 nuem resectum microscopio subjiceremus. Quoniam tamen
 cum orbiculos similes ex aliarum arborum furculis microscopiis
 etiam exquisitissimis admoveremus, istiusmodi tracheas discer-
 nere haud valuimus, alia via incedendum esse duximus. Aquam
 vitro cylindrico vix trium digitorum alto, diametro tertiam
 digiti partem parumper excedente, infusam ab aere purgavimus
 ope Autliæ pneumaticæ, ne scilicet bullulæ ex aqua ascendentes
 eum iis confunderentur, quæ ex petiolo folii egrederentur. Quo
 facto petiolum e folio separavimus, extremitatibusque resectis,
 ut tracheæ, si quæ adessent, magis apertæ forent, in aquam im-
 mi-

matus, ut extremitas a fundo vix intervallo quodam abesset. Campana vitrea usi sumus angusta, et sub eodem contentus insigniter statim rarefieret, utque erumpens in oculos magis incurreret, clauso epistomio embolum eduximus: quo facto, prima statim vice varix bullularum admodum exiguarum, ut cum minimo arenæ subtilioris granulo vix componi possent, series, instar fluenti continui furtum per aquam ascendebant. Quoniam bullularum ordo aliis intervenientibus neutiquam turbabatur, manifesto id nobis indicio fuit, singulas singularum serierum per oscula sibi propria exire. Cum cæteroquin ex osculo quovis bullulæ serie non interrupta sese exciperent, hinc collegimus, aerem ibi locorum, unde procedit, esse continuum. Patet ergo dari intra petiolum per totam folii longitudinem receptacula aeris. Esse vero eadem tubulos, inde primum arguere haud dubitavi, quod sectione ad arbitrium facta prodierint oscula per basin petioli secti ordinatim disposita, hincque facile constaret, eadem in quavis alia sectione horizontali seu priori parallele facta exsurgere. Mox experimento fidem feci: sectione enim in diversis petiolis ad diversam altitudinem facta, oscula eo, quem diximus, modo sese exhibuerunt conspicua. Præter ista aeris fluente per integram petioli superficiem hinc inde erumpebant bullulæ, sed insigni admodum discrimine. Cum enim primum emergerent, ob exilitatem oculorum aciem vix subire poterant; mox sensim sensimque aliquod molis ceperunt augmentum, licet singulæ non idem, adeoque sub magnitudine diversa superficiem veluti agglutinata hærebant, donec nova successibus peracta in majorem adhuc molem expansæ avellerentur & summa peterent. Primum bullularum illarum augmentum bullulis æreis in unam confluentibus debetur: quoniam igitur bullula sequens de sede sua non dimovit antecedentem, sed cum eadem coaluit; impetus, quo fuerunt lata, exiguus fuit. Non multum ergo aeris ibi conjunctum fuit unde bullulæ processerunt, nec bullula sequens directe impigit in antecedentem. Cum bullulæ ex osculis basium exeuntes, ejusdem essent molis, qua cæteræ in superficie, ubi primum prodire, conspiciebantur, ac continuis serie aliæ alia succederent, numerum bullularum per unicam

eum osculum affluentem multum excessisse numerum earum, quæ eodem temporis spatio per poros superficiei enitebantur, quis non capiat? Quodsi tamen quis dubitet, utrum argumentatione valida ex hoc bullularum procedentium discrimine trachearum a cavitatibus disseminatis differentia inferatur, nec ne, eum ad experimenta tritissima, quibus aer ex tubis altera extremitate clausis, altera apertis & aquæ immixtis extrahitur, remittimus.

3) Ut experirer, num petiolo & ejus ramis in sit medulla, ex eo lamellas tenues sectione transversim basi parallele facta excidi, tum ubi extra folium constituitur, tum ubi intra idem continetur: quas cum microscopiis Musschenbroekianis lumine tum Solis tum candelæ accensæ collostratas subjicerem: statim in oculos vesicularum quædam congeries incurrit candore perpulchro ornatarum, quarum alias oculis deprehendi medullam in arborum furculis contemplatus. Enimvero quemadmodum sectio petioli a figura circuli abit; ita nec ejus medulla eandem retinet, neque in medio sectionis continetur, sed per irregram fere latitudinem per modum ungu læ extenditur. Mox sectionem furculi per medullam mediam denuo dissectam juxta istam lamellam apposui, & utrobique vesiculæ tenues exilesque se obtulerunt nullo discrimine, nisi quod in Syringha Lusitanica medulla furculi arboris esset candidior instar sacchari, in petiolo vero sphaerularum vitrearum colorem æmularetur.

4) Partem etiam petioli instrumento decenter applicato ita submissi, ut visus per lenticulam in sectionem horizontalem candelæ lumine collostratam dirigeretur, & tunc medulla veluti in cumulum assurgere visa perimetro a substantia reliqua intervallo quodam se junctâ. Secundus autem est petiolus cultello acuto, ne partium turbetur situs. Quoniam vero experientia multiplici convictus didici, idem objectum ratione diversa ad microscopia eadem multo magis ad diversa applicatum uno casu spectanda exhibere, quæ in altero latent, tenuissimam lamellam e medio petioli resectam vitro nondum perpolito agglutinaui, ut per exignam sphaerulam eandem contuseri daretur. Visus sunt fistulae succiferae perspicue atque virides, quamvis non

omnes

Color ejusdem prorsus coloris, et in eam inter annulos viridescens medium occupabat locum alio paululum albicans; medulla autem obscura apparuit, nisi quod hinc inde foramina ejusdem cum vesiculis medullarum diametri, per quæ oculo prospectus parebat, occurrentes. Quoniam Vir illustris *Newtonus* in suis optice operibus ostendit, in corporibus opacis occultos eorum medullarum materia aliqua repleri, quæ a partibus ipsis densitate plurimum differt, æquis non videt insignem in lamella admodum tenui medullæ obscuritatem arguere, quod vesicularum cavitates subtilissimo quodam fluido repleantur, ab ære utique diverso, cum gemmas arborum ex medulla extrahi constat.

Fistulæ medullæ contiguae viridiores erant coloris, his succedebant quæ quodammodo albescerent & flavedinis quidpiam etiam partes habebant. Eas demum exceperunt albi colore viridi primis paræ. Cum fibræ istæ oculo nudo vel microscopiis non nimium argentibus instructæ candidæ apparerent, color ille viridis non fistulis ipsis, sed fluido in istis contento inesse debet. Componuntur itaque eisdem ex tenui admodum lamella, cum earum color præ colore inter contenti fluidi, consequenter etiam, quæ lamellæ præ diametro cavitatis evanescat, atque diversus in ipsis color diversi generis fluida in iisdem contineri innuit. Imo per ea, quæ ex *Newtoni* Opticæ modo adduximus, liquor in fistulis herbeis cum minus perspicuus sit altero, qui in intermediis continetur, refertus est particulis a densitate ipsius multum dissidentibus, consequenter ad densitatem materiam, ex qua fistulæ componuntur, magis accedentibus. Porro cum partes solidæ potissimum nutriantur, fluidæ vero in nutrimentum impendantur, atque fluidum in fistulis herbeis partes albet densitate ad ipsam fistularum materiam, consequenter ad partes solidas proxime accedentes, imo ex inferius dicendis constat, materiam fistularum esse densiorem aquea; haud obscure intelligimus, fistulas herbeas vehere succum nutritum, cæteras autem fluidum magis aquosum. Atque hac demum ratione vincitur, quod ex quibusdam experimentis obscure conjecit *Perthius*. Lamellæ, quæ usi sumus, e petiolo folii perfici; quas vero in perferenda medulla adhibuimus, ex ex petiolo folii armeniæ nobilioris erant excisæ.

6) Petioli a furculo ortus ortum expiscaturi, folio abscisso, ut inferior petioli pars furculo arboris adhereret, portionem aliquam ligni ac medullæ una cum gemma, cui eadem annectebatur, a furculo rescuimus. Mox gemmam separavimus & lignum atque medullam plano petioli remota superfluis adæquavimus. Tandem juxta longitudinem medullæ portionem ligni ad furculum pertinentis & petiolum in duas partes dissecuimus, planumque sectionis contemplati præsertim in vite oculo nudo fibras ligneas furculi perinde ac ipsius medullam contra petioli longitudinem extendi observavimus. Eiusdem ligni ac petioli cum microscopio adproveremus, fibrarum continuitas multo evadebat illustrior. Fibræ ligneæ furculi non procul a sede gemmæ fiebant bifurcæ, altera pars in gemmam, altera in petiolum excurrente. Quæ in petiolum ingrediebantur, in ipso statim limine deano videbantur disceptæ, ita ut ad utrumque medullæ status sub cortice secundum petioli longitudinem protraherentur. Sunt ergo fibræ petioli continuatio fibrarum furculi, ac ipsius medulla per petiolum expanditur, consequenter petiolum cum folio ex fibrarum quarundam ac medullæ furculi ultra eundem continuatarum explicatione oritur. Unde apparet, quomodo succus nutritius ex foliis in arborem descendere atque in gemmam deferri queat.

7) In ramorum folii ex petiolo exortum inquisituri & oculos in petiolum convertentes, eum versus summitatem folii continuo gracilescere observavimus. Quamobrem suspicari fieri forsitan posse, ut per fibrarum distractionem ramuli emergant, oculos ad eosdem defleximus; fortuna autem favente contigit, ut folium occurreret a malo decerptum, in quo ramus tertius, qui a petiolo producebatur, ab eodem jam separatus conspiciebatur, & juxta eum parallelus decurrebat intervallo trium decimarum digiti Rhenani, ubi cum ipso coaluerat. Mox oculo armato distinctissime cernebamus, per collectionem fibrarum a petiolo avulsarum novum fasciculum formari & ad latus deflecti. Lanuginem, qua aversa folii a malo decerpti pars vestitur, scalpelli acumine integumento petioli atque ramuli salvo abrasimus, ut connexio rami cum petiolo distinctius contuere-

HBR.

Adhibitis microscopiis ex quibuslibet distinctissime videmus, quomodo tandem fibræ ramuli creta in coalitu evanescentes in fibras petioli abeant. Reiteravimus observationem in aliis foliis eodem semper successu, etsi oculum nudum omnis fibrarum separatio prope coalitum effugeret.

8) Ramuli subinde fiunt bifurci per fibrarum distractionem in duos fasciculos: id quod in folio mali microscopium eadem claritate & distinctione ac in ramorum ex petiolo exortu nobis exhibuit. Ramos sic divisos de novo fieri bifurcos observavimus: atque ita nascuntur furculi. Ex ramis pariter atque furculis alii minores excurrunt furculi ab uno ramo vel furculo progredientes ad alterum, atque ex his de novo alii ab uno furculo minore ad alterum protensi: unde plexus reticulares, quos non modo oculis nudis, sed etiam inter oculum & lumen posito, verum etiam armatus imprimis distinguit, formantur. Intra areolam unius plexus subinde excurrunt furculi minores, quibus plexus reticulares minores intra majorem efformantur, & qui aliquid viriditatis secum ferentes ceteris minus pellucidis comparent, imo lumine desuper in faciem folii aversum illis collustrati, ceteris existentibus candidis nigrescunt, & quasi crene in substantia utriculosa exhibentur.

9) Nihil in tota folii anatomia nobis plus fecit negotii, quam utriculi. Inter lumen Solis & lentem microscopiam collocati, obscuri apparent: constat tamen, hinc situm observationibus maxime conveire. Idem etiam accidit, si obtutus dirigatur in faciem a lumine collustratam, tuncque haud parum confunditur cuticula, quæ difficillime separatur. His tamen non obstantibus primum in portuincula folii perfici plexus reticulares vidimus repletos corpusculis quibusdam globosis propemodum se invicem tangentibus, quemadmodum utriculorum ordines delineat *Malpighius*. Separavimus deinde cuticulam cuspea acuminata scalpelli, sed non vidimus, nisi massam viridem ex particulis adeo exiguis compositam, ut pulvisculorum solidorum species præ se ferrent, etiam si massam per microscopium contemplaremur, quo animalcula spermatica stopenæ prorsus, uti notum est, existatis, in femine animali alias distinximus. Nul-

la itaque spes affulget fore, ut earum figura distincte cernatur. Forte fortuna sese obtulit folium cerasi, ubi insectum cuticulam separaverat & utriculos hinc inde exederat. Ejus portiunculam per varia microscopia intuentes vidimus, quædam interval- la inter plexus reticulares nihil massæ utriculose amplius conti- nere, sed tantummodo cuticulam ab altera folii parte ostentare. In aliis intervallis supererat aliqua massæ viridis portio: enim- vero sive multum, sive parum adesset, nihil tamen amplius di- scernere valebamus, quam quod modo retulimus, etsi cætero- quin massulæ residuæ admodum perspicuæ essent coloris paulo viridioris quam fistulæ herbeæ, de quibus supra diximus.

10) Restat ut, quæ de poris utriculorum nobis innotuere, ex- ponamus. Vitro cylindrico, quo supra usi sumus, aquam fonta- nam limpidam infudimus & ab aere purgavimus. Mox folium mali persicæ in eam ita immisimus, ut juxta longitudinem vitri extenderetur & faciem lumini per fenestram illabenti averfam obverteret. Cum more solemnè ad antliam aptaretur vitrum, prima suctione facta, ingens bullularum perquam exilium nu- merus per omnem folii superficiem prorupit, quarum moles suc- cessive varia in singulis quantitate crescebat: alicubi bullulæ adeo erant exiguæ, ut visus aciem fere eluderent. Cum antlia ulterius exerceretur, volumen quarundam eousque augebatur ut a folio separatæ per aquam ascenderent. Vix autem major fo- lium reliquerat, cum alia exilis in locum ejus succederet. Aere omni exhausto, folium adhuc undiquaque bullulis obsitum con- spiciebatur, quæ tamen externo admisso decreverunt, atque jam evanuerant, cum nondum tantum aeris intromissum esset, quan- tum per antliam fuerat eductum. Omnis autem color per in- tegram fere folii superficiem immutabatur in obscuriorem, ut hinc pateret, aquam in utriculos folii penetrasse, atque adeo cu- ticulam innumeris iisque valde exiguis pertusam esse poris. In altera folii facie non nisi paucissimis in locis bullulæ emerge- bant. Folium mali armeniæ generosioris ad bilancem exa- ctissimam appendimus, ubi vel octava unius grani æquilibrium tollit, atque octodecim gran. pondus ejus deprehendimus. Facto experimento, cum idem linteo absterissemus, pondus quatuor

gra-

quod reperimus: id quod iudicio erat, quatuor aqua
 per poros cuticulæ in utriculos penetrasse. Cæterum
 cubas cæteris horis elapsis folio rediit pristinus color. Cum
 inferiorem tantum petioli partem aquæ immergeremus, facto
 experimento, nec ulla in colore, nec in pondere observabatur
 mutatio. Unde constat, non facilem per tubulos petioli in utri-
 culos patere accessum. Fragmentum folii ab experimento ob-
 scurioris coloris factum in aqua subsedit, cum antea eidem imma-
 taret. Folium ergo ob aerem in eo disseminatum aqua specifi-
 ce levius existit; ipsa vero ejus materia eadem gravior:

Allerhand nützliche Versuche 11.

h. e.

VARIA EXPERIMENTA, QUIBUS AD
 Naturæ ac Artis cognitionem accuratam via sternitur;
 Autore CHRISTIANO WOLFIO, P. R. B. Gon-
 sil. Gulico, Math. & Nat. P. P. O. Societ. Reg. Brit. &
 Boruff. Sodali, Ordin. Phil. p. Decano.

Tomus I.

Halæ Magdeburgicæ, sumptibus Rengerianis, 1721, 8.

Alph. 1 plag. 16 Tabb. 211. 17.

Postquam Cel. Autor Logicam, Metaphysicam, Ethicam atque
 Politicam absolvit, ad Systema Philosophiæ complendum
 nil amplius restare videbatur, quam ut Physicam adderet, dis-
 multamque desideratam. Enimvero cum in physicis ab hypo-
 thesibus fictitiis abstinere, neque in principiorum loco habeat,
 nisi quod vel experientia clara, vel demonstratione nitatur, nec
 adeo ulterius progrediatur, quam observationes ac experimenta
 permittant, quemadmodum monuimus in Actis A. 1719 p. 124.
 ideo Physiæ experimenta præmittere decrevit, quibus tanquam
 fundamento inconcusso dogmata physica superstruere possit.
 Quosnam sibi fines in experimentorum descriptione proposue-
 rit, in Actis hinc l. c. indicavimus. Ut eos consequeretur, sin-
 gula experimenta in collegiis experimentalibus sæpius repetita,
 sum-

summa tamen cum cura deano iteravit; instrumenta, quibus usus est, accuratissime descripsit, & sicubi opus fuit, singulas eorum partes seorsim delineatas æri incidi curavit; singula phænomena multa cum circumspectione annotavit, principia, quæ inde stabiliri possunt, legitima consequentia deduxit, usus anterioribus tanquam præmissis in argumentando; ubi opus erat, principia Geometrica in subsidium vocavit; si quæ supererant, dubia novis experimentis sustulit, & aliis vim consequentiarum legitimam comprobavit. Atque inde factum est, ut continuus consequentium cum antecedentibus appareat nexus, non secus ac in systematibus Metaphysicæ atque Philosophiæ practicæ, de quibus alibi diximus in his Actis.

Tomus primus, qui jam prodit, novem capitibus absolvitur. C. 1 Autor agit de gravitate specifica corporum, atque ostendit, quomodo ponderando determinetur cum in fluidis, tum in solidis. Exempli loco determinat gravitatem unius digiti cubici Rhenani aquæ 495 granorum, Mercurii vero 6618. Unde gravitatem specificam Mercurii ad aquam deducit paulo majorem quam $13\frac{1}{3}$ ad 1. Differit quoque de usu cognitionis gravitatis specificæ corporum tam in scientiis, quam in vita communi. Agit etiam de experimento veterum, quibus elementorum loca illustrare sategerunt, & de libella in gravitate specifica aeris atque spiritus vini fundata. C. 2 æquilibrium fluidorum examinat. Altitudinem fluidorum in syphonibus vitreis quomodocunque inflexis determinaturus, in tabula verticaliter suspensa ope libellæ modo dictæ lineam ducit horizontalem, ad quam syphones, prout fert usus, applicat. Simplicissimis autem hisce experimentis aeris quoque gravitatem probat. Sit ABC DEFGH tubus vitreus recurvus, cujus crura AB & CD sint ad BC & DE, crura vero EF & GH ad DE & FG normales, excedant vero crura DC & EF multum magnitudine crura AB & GH. Sit HR linea horizontalis ope libellæ determinata. Quodsi tubus aqua repletus ita ad eandem applicetur, ut crura AB, DC, EF, GH, sint ad eam normales; liquor in cruribus AB & HG subsistet ad eandem rectam IK horizontali lineæ HR parallelam, in LDEM super eadem suspensus hæret. Immo quomo-

TAB. I.
Fig. 2.

quomocunque tubum vertas, modo eundem ita constituas, ut aqua cruris AB sit in linea horizontali; erit etiam superficies aquae alterius cruris GH in eadem horizontali IK. Quoniam itaque aqua in IB æquibratur aquæ in CL, & quæ est in GK alteri in FM; haud difficulter ostenditur, aquam in LD & ME sustineri ab aere in A & H gravitante. Quod si altitudo crurum ME & LD tanta sit, ut Mercurius sibi contentus gravitatem aeris excedat, in A & H effluet, donec columnæ residuæ eandem adæquent vacuo in parte superiori TDES relicto. Apparet adeo, quanta facilitas aeris gravitatem detegere ac determinare licuisset, siquidem rectè experimentandi viam ingressi fuissent veteres. Idem evincitur ope tubi ABCDEF, ubi aquæ superficies G & I sunt in eadem horizontali GI, etsi osculum A fit inversum, ut aqua effluere deberet, nisi aer impedimento esset. Commemorat phaenomena singularia horum siphonum, quibus pressio aeris confirmatur. Utitur æquilibrio fluidorum ad gravitatem eorundem specificam determinandam. C. 3 ad pressio- nem & resistantiam fluidorum a gravitate ortam progreditur, ubi inter alia instrumenta ab aliis usurpata, utitur Siphone suo anatomico, de quo diximus in Actis A. 1714 p. 276. Nimirum cylindrum AB aqua replet & vesica expansa obligat: quo facto, pro ratione altitudinis tubi EF pondus vesicæ imponit. Quam primum enim aqua tubo huic infunditur, pondus attollitur. Demonstrat etiam, materiam fluidorum esse in perpetuo motu ac vi motrice præditam, atque simplici admodum ratione, mediante nempe tubo vitreo utrinque aperto, aeris vim elasticam & compressibilitatem probat. C. 4 aëris pneumaticæ structuram & historiam exponit ea accurations, ut adæquatè instrumenti ac singularum partium ideam inde haurire liceat; singulorumque rationem reddit, quæ in structura notantur. C. 5 aëris attributa & effectus experimentis illustrat, phaenomenorum rationes affert, &, quamvis pleraque experimenta ab aliis quoque tentata sint, nova tamen ratione inter se connectuntur, & unumquodque ad proprium sibi usum transfertur. Immo quemadmodum ubique, ita hic inprimis quam accuratissime describit omnes enchi- resia experimentando requisitas, cum artem quoque experi-

TAB I.
Fig. 3.

Fig. 4.

E

mentan-

mentandi, quamvis in actu exercito, hoc est, non per regulas, sed per exempla docere intendat. Rationem gravitatis specificæ aeris, quem respiramus, ad aquam definit ut 846 ad 1 & demonstrat, quem *Sengwerdus* lapsum commiserit, quando eandem ex suis experimentis deducit ut 500 ad 1. Ignoravit scilicet, aerem super aqua in vase vi ponderis atmospherici suspensa relictum esse rariorem externo ambiente: quod sane mirum, cum scrupulose rationem quaesiverit ipse miratus, cur tanta prodest gravitas specificæ aeris. Ostendit etiam Autor, quomodo iidem effectus vi gravitatis & vi elastica aeris edantur, sive resistentia tollatur, sive vis elastica intendatur, vel calore, vel compressione. E. gr. ut pateret, aerem inclusum vi lateris sui orbis vitæos diffringere; primum osbes vitæos ope picis intra ambitum vitri figuram coni truncati referentis firmavit & sub campana vitrea evacuanda collocavit. Eiusvero cum orbis vitæus tanto sæpius impetu disjiciatur, ut campanæ damnum inferatur, peculiare fieri curavit instrumentum, quod aliis etiam usibus inservit. ABDC est vitrum cylindricum annulo plano orichalceo AB instructum, cuius ambitus interior exteriori depressus est, ut orbis vitæus commode ibidem firmari possit. ABDE est vas conicum, simili annulo in AB instructum. Basis superior DE cochlea F annulo coriaceo interposito obturatur, ne aeri externo ingressus pateat. Vas superius ad inferius aptatum, annulo coriaceo inter orichalceos interposito, ope retinaculorum IH & cochlearum H, firmatur. Quod si aer ex vase inferiori AD educitur, inclusus in DEBA orbem diffringit. Docet quoque Autor, quomodo campana vitrea vi spiritus vini accensi evacuari possit, ut antea, deficiente nonnulla experimenta ad attributa aeris stabilienda fieri possint. Immo docet construere antliam levi sumptu ad phænomena aeris discentibus representanda. C. 6 experimenta larga manu pronit, quibus aer in corporibus fluidis ac solidis debilitans ostenditur. Sunt etiam experimenta in aqua, urino, sanguine, spiritu vini, lacte, cerevisia, aceto, vino, albumine & vitello ovi, farina, massa farinacea, ligno, sabere, corio, pice, malis armeniacis nobilioribus eorumque nucleis. Notandum digniora sunt, quod fluida tenui admodum ac sabide vix senti-

TAB. I.
Fig. 5.

Sensibile calore calefacta ingentem bullarum ingentium numerummittant, et si in frigidis nec unice bullula appareat; quod nulli farinacea non fermentata in vacuo perinde ac fermentata instar vesicæ inflatur; quod materia ligni & corii sit aqua specificè gravior, lignum vero ipsum & corium eadem specificè leviora ob poros aere repletos; quod intra pomorum substantiam tenues tracheæ contineantur; quod denique aquae solia fluida, etiam si per insignem altitudinem decendant, cum aere tamen nequaquam misceantur. Unde Autor eos refellit, qui arguuntur, aerem cum sanguine misceri, dum ex vena per eundem profilit aut ex naribus per eum destillat. C. 7 phænomena æolipilarum expendit, tàm si aqua, tum si spiritus vini camphorato impleantur. Ostendit vero, per eas nec ventorum generum, (quod ipsi *Cartese* visum fuit) nec transelementationem veterum, hoc est, aeris in aquam & aquæ in aerem transmutationem patere. C. 8. Hydrostaticam experimentis illustrat & inter alia Aerometra recentissimum quoque *Hautboijannum* describit, atque ejus usum ex principiis hydrostaticis per experimenta stabilitis demonstrat. AB est jugum, CD examen, CG perpendicularum ad examinis situm verticillam, jugi horizontalem dignoscendam, HO sustentaculum, quod, prout usus postulat, nunc attolli, nunc deprimi & ope cochleæ I intra columellam GF firmari potest. NM sunt lances, quibus in Q appenditur corpus vitreum R, Mercurio onustum & liquorem immergendum, in T vero pondus eidem æquale. Lanci, ubi vitreum R appenditur, imponuntur pondera vitro sub liquore demergendo sufficientia & gravitatem fluidi mole eidem æqualis indicantia. Agit hic etiam Autor de descensu gravium in Fluidis & de vi ad grave specificè levius sub fluido graviore retinendum requisita, cujus examinandæ gratia hoc instrumentum excogitavit. In fundo vasis ABDC, cui aqua vel fluidum quodcumque aliud infunditur, afferruminatur cochlea G & tubus DEK, atque in eo cochlea altera H. Corpus I sub fluido detinendum alligatur filo crassiori, qui juxta cochleas eductus per tubum FK, alteri EK variis artificijs aptandum, trajicitur & altero sui extremo libræ MG alligatur. In lance N deponitur pondus, quod

TAB. I.
Fig. 6.

Fig. 7.

una cum lance sufficit corpori l sub fluido detinendo. C. 9 considerat ascensum fluidorum specificè leviorum per graviora instar tenuissimorum filamentorum, v.g. Spiritus vini per aquam, aquæ per Mercurium, aquæ dulcis per balsam, calidæ per frigidam, vini per aquam, citrà commixtionem, in tubulis etiam capillaribus, ubi filamenta fluidorum ascendentium ac descendentium filamenta telæ aranearum æmulabantur. Quomodo motus isti consequantur & filamenta formentur, prolixè ac perspicue explicat, atque hinc nonnulla deducit, quæ subtilitatem Salium in aquis resolutorum & aeris per easdem dispersi, itemque aquarum expansionem vi caloris factam illustrent.

Vernünftige Gedanken von dem Gesellschaftlichen Leben der Menschen.

h. e.

MEDITATIONES POLITICÆ DE SOCIETATIBUS HUMANIS, ac imprimis de Republica; Autore CHRISTIANO WOLFIO, Academiæ Fridericiæ nunc temporis Pro-Rectoris.

Halæ Magdeburgicæ, sumptibus Rengerianis, 1721, 8.
Alph. I plag. 19.

Sistimus hic alteram partem Philosophiæ practicæ *Wolfianæ*, quæ Oeconomicam & Politicam complectitur. Illam Cel. Auctor parte priore; hanc posteriore pertractat. *Part. I. c. 1* de Societatibus in genere agens rationes allegat, cur homo vitam solitariam animalium instar agere nequeat, & *Societatem* definit per pactum conjunctis viribus promovendi commune bonum. Unde societates per finem distinguit & earum beatitudinem in non impedito progressu ad commune bonum obtinendum constituit. Hinc etiam deducit, societates instar singularum personarum considerari posse: quod est magni momenti principium per omnem Oeconomicam & Politicam, cujus operæ utraque cum Ethica connectitur, ita ut veritates economicæ ac politicæ ex veritatibus ethicis, politicæ quoque interdum ex economicis demonstrari pariter ac investigari possint, quemad-

mo-

modum Nostro factum reperimus. Sicuti enim veritates morales theoreticas, tum practicas, cum metaphysicis continuo nexu copulavit; ita non minus œconomicas atque politicas ex moralibus, interdum etiam ex metaphysicis immediate derivavit. Mittimus cetera, quæ de Societatibus in genere demonstrat. Inter Societates simplices c. 2. primo loco expendit *conjugalem*, quam esse ait Societatem sobolis procreandæ ac educandæ gratia initam. Eum in finem demonstrat, 1 homines ad sobolem procreandam a natura obligari, 2 quæ sobolem procreat, eundem quoque obligari ad ejus educationem, 3 sobolem non debere procreari extra Societatem. Realitate definitionis evicta, inde porro eruit, tum quæ de hac societate, tum de castitate ipsique opposita libidine tenenda sunt. Immo ex hoc ipso fonte, in subsidium tamen ubique vocatis principiis moralibus, inter quæ etiam jus naturæ ethicum locum habet, officia conjugum derivat, simulque demonstrat, quæ jura legi naturali convenienter de conjugio & sponsalibus ipsisque conjugibus & eorum bonis disponent. C. 3 ad *Societatem paternam* progreditur, quæ inter liberos atque parentes intercedit atque in anteriore fundatur. Ad educationem liberorum duo potissimum ex parte parentum requirit, providam eorum curam & regimen liberorum. Illa liberis suppeditantur, quæ ad promovendam status interni atque externi perfectionem necessaria sunt; hoc autem de actionibus liberorum disponitur, quibus ad eam obtinendam opus est. Sigillatim itaque exponit, quamnam curam gerere debeant corporis, quamnam animi cum in emendando intellectu, tum in perficienda voluntate ceterisque ejus dotibus, ut scilicet non modo in infantia, pueritia & juventute, quamdiu parentibus subsunt, veram etiam sui juris facti omnes officiorum erga se ipsum ac alios partes adimpleant. Multa hic singularia occurrunt, sed quæ recenseri prolixitas prohibet. Mittimus quoque, quæ c. 4 de societate herili ac speciatim de dominorum ac servorum officiis demonstrantur, hoc unicum monuisse contenti, annotare Nostri, quæ hic præcipiuntur, suo etiam modo applicari posse ad personam publicis muneribus quibuscunque fungentes.

Tandem c. 5 de domo agit, quæ cum ex societate conjugiali paterna, atque herili componatur, operam potissimum dat, ut ostendat, quid patri ac matri familias, liberis ac servis incumbat, ne una Societas saluti alterius oblit, sed in Societate composita unaquæque simplicium salute sua, quantum fieri potest, integra fruatur.

Maxima est pars posterior, quæ de Republica tractat. Autor c. 1 principia generalia de Rep. tradit. Postquam igitur Reip. necessitatem adstruxit, hanc legem ejus fundamentalem demonstrat, in ea fieri debere, quæ salutem & tranquillitatem publicam conservant, omittenda esse, quæ utrique adversantur, atque hinc officia generalia viventium in Rep. deducit: ex principiis autem generalibus de perfectione in Metaphysica stabilitatis ostendit, quænam ad Reip. perfectionem requirantur. C. 2 de diversis Rerumpublicarum formis disserit, quantum in singulis finis Reip. salus & tranquillitas publica obtineri queat, disquirit, singularum commoda & incommoda expendit, similitudinem denique Reip. cum Societate paterna & domo evolvit. C. 3 prolixè ex principiis ethicis cum politicis conjunctis deducuntur, quænam in Rep. constituenda attendi mereantur. Ubi in genere monet, huc potissimum collineandum esse, ut, qui ad officia jure naturali præscripta præstanda prompti sunt atque parati, a ceteris non modo non impediuntur, verum etiam singularibus subsidiis fruuntur, quibus extra Remp. carere tenentur; e contrario autem, qui ad vitia & scelera proni non curant, quod æquitati naturali convenit, ad actus minimum externos legi naturali conformes edendos adigantur. Singula igitur officia, quæ in Ethica exposuit, sub examen revocans inquiri, quænam eorum gratia in Rep. decerni ac constitui debeant. Reperias itaque in hoc capite, quomodo numerus civium sit augendus, & ne minuatur, præcavendum; quomodo curandum, ne defint labores corporis viribus integris utentibus, nec mendicantium numerus crescat; quænam cura gerenda scholarum, Academiarum, societatum Scientiarum & Artium, scholarum mechanicarum, artium manuariorum, studii virtutum, religionis ac cultus divini; quæ disponenda sint

*Stat de eorum codicis, & praelegitur nec non de singulis contractibus in
 viciis humana necessariis; quomodo obligatio civilis instituenda,
 ubi de penis & earum executione, itemque de criminibus ac
 delictis, quatenus in Rep. penis coercendae, multa habentur;
 quae providentia opus sit, ne quidam cives nimio labore enter-
 ventur; quanam opus sit circa morbos, praesertim pestem, cir-
 ca corporis exercitia, circa viarum securitatem, circa victum
 & amictum, circa eleemosynas, circa agriculturam & rem
 pecuariam, circa architecturam & aedificia, circa oblectamen-
 ta sensuum, oculi in specie, aurium, olfactus & gustus, circa
 ludos, circa famam ac honores, circa opes &c. Plurima hic
 singularia occurrunt, & quae nova non sunt, ad rationes tamen
 genuinas ita revocantur, ut pulchro nexu cum primis notioni-
 bus metaphysicis vel immediate, vel mediantibus principiis ethi-
 cis connectantur. Quicquid enim Cel. Autor defendit, ex iactis in
 Metaphysica & Ethica fundamentis prorsus a priori demonstrat.
 C. 4 legum civilium rationem explicat. Eth. defendat, omnes
 omnino liberae hominum actiones jure naturali determinatas
 esse; leges tamen civiles necessarias statuit, quia 1 obligatio na-
 turalis non in omni casu sufficit, ut homines ad legem natura-
 lem actiones suas componant, 2 rigor legum naturalium non com-
 mode semper in Rep. observari potest, ne lites in infinitum fe-
 rantur, 3 ne legum applicatio libidini iudicum exponatur. Du-
 plices itaque statuit leges civiles, quarum aliae non materialiter,
 sed tantum formaliter, aliae vero & materialiter, & foras-
 siter a naturalibus differunt. Monstrat deinde, quanam cura
 haberi debeat aequitatis naturalis, quinam leges ferre teneatur,
 & quorum ea in re consilio sit opus, quinam statuta condere de-
 beat, quae circumspicione eadem sint confirmanda, quam san-
 cta sit custodia legum, quomodo leges successive meliorandae,
 quomodo caute peregrinae sint recipiendae, quae de promulgatione
 legum tenenda & quae his affinis. Hisce generalibus praemissis
 ad speculatum de materia legum tractationem progreditur, ubi
 plurimas leges speciales expenduntur. C. 5 majestatem summo-
 rum imperantium contemplatur, ubi cum de potestate, tum de
 potentia agit, & quomodo utraque limitanda sit, ne abusus in
 detri-*

detrimentum Reip. vergat, multis ostendit. Non paucas hic materias speciales reperias, quarum recensitioni superaddemus prolixitatem evitaturi, solius criminis læsæ majestatis mentione facta. C. 6 regimæ supremi Magistratus describit, ubi & de judiciorum & tribunalium constitutione, de judicum persona ac officio, de forma processus, de officio civium erga Magistratus inferiores, de Senatu urbium, de commerciis, de augendis in Rep. opibus, de cura circa convictum, de re metallica, de cura salutis ac tranquillitatis publicæ, de Consiliariis, de redditibus Principum aliisque huic spectantibus, quæ rationi conformia sũt, demonstrat. C. 7 Jura belli determinat, & quæ huic materię cognata sunt examinat. Reperies in hoc libro, unde ratio sufficiens reddi potest omnium eorum, quæ in Rep. quomodo-eunque ordinata obvia sunt, & exactum de iis judicium formatur.

*MARTINI HASSEN, MORAL. AC CIVIL.
in Academia Vitemb. Prof. P. Synopsis Scientiæ de Prudentia Morali, universa & præcipua Honesti, Decori, Justi, Aequi & Boni Principia succinctis Propositionibus complexa.*

Vitembergæ, apud Christoph. Theoph. Ludovicum, 1721, 4.
Alph. 5 pl. 2.

Equidem difficile admodum est in nuce exhibere librum, qui nudis Propositionibus nonnullis absolvitur, quarum explicationem auditoribus suis coram faciendam Cl. Autor servat. Adeo enim concise ac breviter argumenta, in quibus versatur, persequitur, ut, quos passim commendat Scriptores, nominet duntaxat ne quidem prænomine ipsorum addito, thesium vero nexum non ipse indicet, sed lectori excogitandum relinquat. Quæ tamen vel de methodo doctissimi Autoris, vel de ejus sententia circa varias naturalis juris propositiones atque illarum disciplinarum ordinem annotavimus, hæc sunt. Moralium doctrinam ad Pufendorffii & ejus asseclarum modum generalissimæ pro omnium Moralium disciplinarum complexu accipit, in-

inque duas partes Ethicam & Jurisprudentiam difpexit. Illam seu preparantem disciplinam concepit, quæ actiones hominum honestas reddat ac decoras: hanc ut perficientem, quæ ut actiones justas ac licitas fiat, faciat. Species hujus diversas ex normarum seu legum diversitate collogit; siquidem in statu naturali vel finguli jure naturali vel universi jure Gentium reguntur. In civili autem statu quatenus homines tanquam imperantes & subditi, aut parentes & liberi concipiuntur, actiones eorum civili prudentia aut Jure Publico universali diriguntur. Ethicam ipsam definit, quod sit scientia practica hominem ita informans & corrigens, ut actiones suas per rectam rationem ad honestatem felicitatisque consecutionem dirigere possit.

Inde historiam Ethices tradit & suæ a vulgari, quam Aristotelico-Scholasticam vocat, discrimen septem momentis complectitur. Nempe secus seæ Aristoteles fecit, 1) Deum pro Summo Bono atque omnis veræ felicitatis fonte in moralibus statuere, 2) illum non constans sed imaginarium, temporale, politicum ac bonis externis maxime indigum Summum Bonum admisisse, 3) media istud amplectendi non tradidisse, 4) illum futiliter de virtute differuisse, larvas immisuisse, neque vitæ satis accommodatam doctrinam illam situisse, 5) vitia hominis non describentem de subjecto Ethices imperfecte admodum esse philosophatum, 6) Aristotelem non Dei sed sui ipsorum amorem homines docere, neque amorem Dei sed temporariam duntaxat felicitatem pro scopo vitæ probæ male præscripsisse, 7) demum justis & æqui honesti ac decori principia inconsulte misuisse. Quare ut domesticis principiis ubique Ethica sua fulciatur, doctrinam de Deo ejusque existentia, essentia ac providentia præmittit. Illam ex innata Dei idea seu assensu, quem homo, ubi terminus modo comprehendit, assertionibus de Deo præbet, methodo Theologis tritissima demonstrat. Intrinsecam vocat hoc Deum agnoscendi principium, cui extrinsecam vitam nempe Scholasticorum quadruplicem inveniendi Deum, addit. Denique & uberiolem de Atheis, causa Atheismi, Antidoto &c. tractationem subnectit. Ex iis postquam

p. 6.

16.

19.

23.

38.

- quam providentiam divinam effert, ad humane nature considerationem progreditur, & Physices quoque partem, quæ tradit de corpore humano, in Ethica exponere non verum quemadmodum nec Logica carere suos in Ethicis auditores finit, dum modos ac diversas ratiocinandi vias explicat & probabilitatem a famoso Loyolitarum Probabilismo docte discernit. Dum de Natura Voluntatis disquirat, illud inter detectas ab ipso veritates referri meretur, quod voluntas ab intellectu non realiter sed sola operatione differat. Accedens inde ad nobilem illam inter Philosophos controversiam de modo, quo corpus cum anima conjunctum sit, nodos illos mirabiliter solvit, causando, Deum hominem constituisse tantum medium quoddam inter sensibilem & mentalem mundum, & corpore quidem uti ipsum iussisse ita tamen ut ad creatorem cuncta referret. Absoluta sic de primis principiis disquisitione, de amore hominis erga Deum agit, questionem de amore Dei in homines injiciens, & de quo Saeculo elapso multum inter Philosophos disputatum fuit, purum Dei amorem plane proscribens. Bonum summum & felicitatem summam, obiecta amoris hujus, ita discriminat, ut hanc accipiat pro complexu eorum omnium quæ hominem exsatiant, illud vero ipsi causa sit felicitatis seu Deus ipse. Ejus voluntatem quoniam per rationem assequimur, prolixa de ratione disquisitione, principia rationis connata dari, adstruit, quibus vitis intellectus laboret, indicat, eorumque remedia & cautelas sigillatim exponit. Morbos voluntatis vulgatas illas tres propensiones prædominantes post ill. Thomæsum facit. Ternarium vero earum numerum variis ex rationibus, inter alias ex ternario temperamentorum corporis numero (proscribit enim phlegmaticum) derivat. Cum ergo corporis & animi temperamenta arctissime connexa esse monstrasset, diserte prorsus ac dilucide classes eorum diversas enodat. Porro causas propensionum voluntatis morales una cum earum characteribus tum naturalibus tum moralibus exponit. Remotis ita obstaculis, quæ virtutem vel obfuscant vel impediunt, ipsam ejus naturam evolvit, ac definit.

est, probus eius rectæ rationis fructus fit. Peripateticorum vero definitiones receptas aliorumque divisiones prolixo argumentorum agmine profligat. Ipse pro triplici officiorum nostrorum, erga Deum, alios & nos ipsos, ratione tres ejus species facit, pietatem, temperantiam & justitiam. Formale autem consecutivum virtutis honestum vocat, illudque definit, quod sit laus, decus, honor & præstantia hominis ex virtute omnia agentis. Adjectivam denique ejus decorum describit, quod sit modus agendi dicendive ad honestatis dignitatisve tuendæ regulas pro circumstantiarum ratione accommodatus.

Parte secunda ad Jus Naturale accedens ejus cum Ethica nexum in eo statuit, quod, dum hæc virtutem explicat, Juris prudentia, quomodo legibus conformiter vivatur, ostendat. Primum vulgatam legis divisionem in obligantem & permittentem, a multis nostrorum temporum Jctis proscriptam, una cum legibus Dei positivis universalibus, quas strenue olim defendit, mox vero rursus sprevit Thomæsius, repetit. In capite de interpretatione Legum cum aliis consentit; sed de æquitate agens eos reprehendit, qui æquitatem in sola universalium Legum restrictione consistere dicunt, siquidem omne quod in legibus aliisve negotiis iniquum est, æquitate ex ratione vel naturali vel civili corrigatur. Ipsam Naturalem Legem, postquam ejus existentiam suo modo docuit, definit per voluntatem Dei, que per solam rationem recte adhibitam innotescit, & omnium hominum actiones pro natura objectorum in relatione ad homines consideratorum ad Dei gloriam hominumque salutem ordinat. In historia Juris Naturæ, quam text. nuda fere nomina Autorum recensere contentus, præterquam quod pauca de Grotii, Pufendorffii & Hobbesii vita commemoret, reliqua privato discursui servat.

Propius nunc ad Naturæ Leges accedens dum genuinum principium earum querit, ante innumera fere aliorum principia explodit quam suam addat, quod sit scil. convenientia actionum cum natura objectorum in relatione ad homines consideratorum. De hæc dubitari non posse confidit, dummodo certum,

P. I 48.

161.

170.

174.

190.

201.

208.

216.

ann, evidens, adæquatam ac domesticam illud esse ostenderit. Verum hæc quæ præliminaria sunt. Nunc demum ipsam Juris ejus disciplinam & leges aggreditur, & secus ac alii quatuor ejus partes constituit. Agit enim de officiis habito respectu 1) supra nos, 2) intra nos, 3) juxta nos, 4) infra nos.

Parte priori non officia solum erga Deum, sed erga spiritus quoque explicat, utpote quorum existentiam argumentis pluribus ex ratione demonstrari posse autumat. Quæ notandæ sunt circa ejusmodi officia Naturæ leges singulas exponit, & quo specimen existat, ad cujus normam simili in casu ex præscripto naturalium legum judicandum fit, sub finem singulorum capitum casus aliquot proponit, atque ponderatis probe rationibus decidit. Officia, quæ objectis juxta nos positis debentur, secundum statum naturam partitur, atque divisiones varias eorum, quatenus status vel absolutus est vel hypotheticus &c. enucleat, præterea leges observandas in diversis statuum illorum conditionibus, siue hæc sint ex instituto, ut sermo, pactum & dominium, siue ex peculiari relatione, qualis inter Dominum & servum, maritum & uxorem, liberos ac familiam intercedit, suis recenset.

Explicat denique Jus Gentium, & postquam peculiare hoc Jus esse, tum a naturali tum a civili diversum, ex eo evicit, quod Jus Civile speciale nimium, nimis autem generale Jus Nat. fit, definit hoc Regulam ex Gentium consensu, immutabili necessitate subnixo, sub publica fide ita receptam & introductam, ut publicos earundem actus ad mutuam incolumitatem dirigat, hocque nomine gentes mutuo obliget. Sigillatim deinde & de generalibus & de specialibus Gentium actibus disquisit, & sic omnia, quæ circa pacta, fœdera, controversias, bella, limites, præcedentiam & reliqua a Gentibus vult observari, inculcat.

Politiciam, quæ tractationem hanc excipit, objecti ejus respectu proponit. Hoc vero officia hominum in civilem securitatem coeuntium esse statuit, unde jam hæc Politicæ partes emergunt, officia nempe tum vinculi civilis tum sacri respectu. Hic igitur præter ea quæ aliis Politicæ compendiis familiaria sunt,

functio, veteres, quod nemo Politicorum hactenus tentavit, Com-
mentarium uberius de rebus sacris, de sacerdotio, de pote-
statibus & imperio, Ecclesiasticis, de Consistoriis, Visitationibus,
Synodis, de bonis Ecclesiasticis, cura ædium sacrarum, instru-
ctione Scholarum tam inferiorum, quam superiorum.

FRID. ADOLPHI LAMPE, SS. TH. IN A-
cademia & Ecclesia Ultrajectina Doctoris publici, Syno-
psis Historiæ Sacræ & Ecclesiasticæ ab origine mundi ad
presentia tempora secundum seriem periodorum
deductæ.

Trajecti ad Rhenum, apud Gysbertum Paddenburg, 1721, 8.
Alph. I pl. 9.

EX Ecclesia Bremensi nuper in Academiam & Ecclesiam Ul-
trajectinam vocatus Reverendus Autor, qui multis jam in-
claruit ingenii monumentis, ex quibus libros de Cymbalis vete-
rum in Actis nostris A. 1704 p. 142, & Exercitationes sacras
in Ps. XLV A. 1715 p. 444. recensuimus, novi muneris partes ri-
te ornaturus, primitiarum instar utriusque Testamenti histori-
am in hac Synopsi scite compositam, orbi erudito offerre volu-
it, quæ & rerum justo ordine dispositarum copia & venusta
verborum brevitate maximopere commendari meretur. De
Historiæ Ecclesiasticæ indole, objecto, utilitate, scopo, fonti-
bus & adminiculis, nec non de temporis distinctione pauca
quædam præfatus in prolegomenis, tria Ecclesiæ intervalle ma-
jora constituit, primum a mundo condito ad exitum Israelita-
rum ex Ægypto, alterum ad nativitatem Christi, tertium ad no-
stra usque tempora, & primum quidem atque secundum histo-
riam V. T. completentia in libro *primo*, tertium vero, sive Hi-
storiam N. T. in libro *secundo* ita describit, ut dubiis chrono-
logicis quæquæ commodum visum fuit ratione solutis, primum
acta eorum, qui pro membris Ecclesiæ habentur, tum facta
hostium Ecclesiæ in historiam conferat. *Primum* intervallum,
ut operis hujus ideam levi penicillo adhuc penitus adumbre-

mus, in tres periodos majores, diluvio, Abrahami vocatione, & populi Israelitici ex Ægypto liberatione terminatas, distinguit, & tribus capitibus prioribus libri primi illustrat. Ex quibus saltem notamus, Cainanem ex Patriarcharum Genealogia exterminari, quem in Lucæ textum ex nimia primorum Ecclesiæ Patrum erga interpretes Alexandrinos reverentia irrepisse arbitratur. *Alterum* Ecclesiæ intervallum a Mose ad nativitatem Christi, ob majorem rerum literis consignatarum copiam, in plures periodos secundum varias regiminis populi Israelitici mutationes dispefcit, & fata Ecclesiæ sub ducibus Mose & Josua cap. 4, sub Judicibus cap. 5, sub Regibus ante & post regni divisionem cap. 6 & 7, in captivitate Babylonica cap. 8, & denique sub principatu Maccabæorum cap. 9 breviter quidem, nervose tamen exponit. Ubi iater alia dubium chronologicum de duratiōne regiminis Judicum enodaturus, verba Act. XIII, 20, ita distinguenda esse contendit: καὶ μετὰ ταῦτα, ὡς ἔτεσι κ. τ. λ., ut numerus expressus ad electionem patrum v. 17 memoratam referatur: ad quem locum conferri possunt, quæ ex Anonymi cuiusdam dissertatione Mense Jun. A. 1721 p. 245 annotavimus. Nec omne dubium sublatum esse crediderimus, quando LXX septimanas, seu 490 annos Danielis, ab anno Artaxerxis I vicesimo primo incipere, & septennio post obitum Christi desinere opinatur. *Tertium*, quod in libro secundo prolixius deducit, ecclesiæ intervallum, vita Christi, quam in terris egit, cap. I strictim exposita, iuxta ductum prophetiæ in sex periodos majores, & hæcè rursus in articulos minores dividit, atque in singulis articulis describendis 1 doctrinam & scriptores ecclesiasticos, 2 statum & formam ecclesiæ, tam internam quam externam, 3 hæreses, & earum causa habita concilia, & denique 4 apertos ecclesiæ hostes, persecutiones, & res Iudæorum ac Gentilium, hocque pacto regni, & Christi, & diaboli, faciem delineat, & acri iudicio perpendit. *Prima* periodus sæculo primo, eoque Apostolico, absolvitur cap. 2, ex ejus sæculi scriptis ecclesiasticis priorem tantummodo Clementis ad Corinthios epistolam genuinam esse censet. *Secunda* in duos ipsi dispefcitur articulos, alterum

p. 16. 17.

40. 49.

69

vnam *subtiliorem* & *Tristiori* ad Declinam per sesquifæculum cir-
 cula, alterum per *persecutionibus* asperimur ad Constantinum
 M. per 63 annos completos, nempe ab A. C. 249, quo regnare
 cepit Decius, usque ad A. C. 313, quo pax ecclesie per Con-
 stantinum M. iustaurata, durantem *cap. 3 & 4. Tertiam*, in duos
 iterum articulos distinctam, alterum lætiorem, & intra Sæc. IV
 subsistentem, alterum turbulentum, integris duobus sæculis ab
 A. C. 407 usque ad A. 603 decurrentem, *cap. 5 & 6* enarrat. *Quar-*
tam; quam longam ecclesie noctem dicit, in qua Antichristus per
 gradus certos DEI templum occupaverit, in tres articulos di-
 spexit, & primum ad Carolum M. per duo sæcula, *cap. 7*; alte-
 rum ad excessum Ottonum per totidem sæcula, ad A. C. 1002,
cap. 8; & tertium ad initia Waldensium per sesquifæculum,
 & quod excurrit, delapsum, *cap. 9* exhibet. In *quinta* vero Ec-
 clesie periodo ordinem paululum invertit, & Ecclesiam Ro-
 manam, veræ Ecclesie sublatis signis adversariam, inter hære-
 ticas collocat. Atque, ut evidenter ostendat, quomodo te-
 nebræ, quæ Ecclesiam tantum non oppresserint, in hac perio-
 do successu temporis diseussæ fuerint, primo diluculum, &
 Waldensium initiis ad Wiclefium, sive ab A. C. 1170 usque ad
 A. C. 1360, per duo ferme sæcula *cap. 10*: tum auroram, a Wi-
 clefo ad Zwinglium, pro quo Lutherum nostrum merito substi-
 tuimus, per sesquifæculum suborientem *cap. 11*: & tandem
 ipsam Evangelii lucem, sive solis ortum per dimidium,
 quod reformationis recte dicitur, sæculum, ad pacem usque
 Passaviensem, A. C. 1552 stabilitam, *cap. 12* observat. *Sex-*
tam denique periodam, in qua ex ipsius sententia adhuc vivi-
 mus, ita distinguit, ut ad primum eius articulum referat, quæ
 ad A. C. 1648, sive ad pacem Westphalicam gesta sunt, *cap.*
13: ad alterum vero nuperima ecclesie fata, quæ nostram
 attingant etatem, & fusius ab ipso percipiuntur *cap. 14*. In to-
 to hoc opere, cui index rerum præcipuarum adhuc adjicien-
 dus fuisset, omnia dilucide exponit, quamplurima curiosa &
 litteraria inspergit, nonnulla fabulam redolere fatetur, ex gr.
 quæ de veneno Iohanni propinato, nec non de immersione
 eius

- eius in oleum factis vulgo perhibentur. multa in medio relinquit, ut nec temeritatis, nec credulitatis infirmulari possit. *Romam*, quæ circa monarchiæ Babylonicæ initia condita, spiritualis olim Babyloni futura, in id destinata esse adferit, ut statim a nascente Christianismo, regni Satanz, regno Christi oppositi, perpetua esset metropolis. *Lutherum ac Zwinglium* duos heroes nominat, qui absque communicato consilio, soli, in diversis regionibus eiusdem veritatis, oppressæ hætenus, potentia DEI suffulti, vindices fuerint; in fundamento fidei conspirantes, sed in quæstionibus quibusdam minoris momenti dissentientes: qua re factum sit, ut Protestantis ecclesiæ statim ab initio duo quasi castra fuerint, *inter se quidem aliquantisper divisa*, nihilominus tamen pro communi causa contra Antichristianismum pugnantia. De estero quod Zwinglii errorem, quem in salute gentilibus quibusdam adscripta humani aliquid passum esse ingenue fatetur, tamen etiam excusari posse prætendit: quod Helvetiam pro pia emendatæ religionis matre habeat: quod Lutherum iracundiz accuset, & non paucos ex Theologorum nostrorum numero eximiam eruditionem nimia, ingenii stylique acerbitate inquinasse arguat, calamosque felle tinctos nonnullorum notet, suorum vitiis alto silentio dissimulatis, ac si purioris, quo titulo suam insignit, ecclesiæ doctores hujus criminis plane expertes fuerint, & id genus alia, *sestæ*, cui ad dictus est, studio facile condonari; non autem tam facile probari potest, Nic. Crellium ideo supplicio affectum esse, quod concordiam Bergensem, vti scribit, non probaverit, quum in publico epitaphio hostis pacis & quietis publicæ turbator dicatur. Ut vero divina gratia & misericordia nævos ecclesiæ Protestantium, graphice ab ipso descriptos, quibus emendandis humana virtus non par est, ipsa corrigat, & veritatem cum amore conjunctam ubivis terrarum victricem esse jubeat, serio & quam maxime in votis habemus.

*

*

*

ACTA ERUDITORUM,

publicata Lipsia

Calendis Februarii Anno MDCCXXII.

DEL TESORO BRITANNICO PARTE PRIMA,
overo il Museo Nummario &c,

h. e.

THESAURI BRITANNICI PARS PRIMA
sive Museum Nummarium, quo continentur numi Graeci & Latini cujuscunque materiae & formae ante in lucem haud editi; delineati ac descripti a NICOLAO FRANCISCO HAYM,

Romano.

Londini, apud Jacobum Jonson, sumtibus Autoris, 1719, 4.

Alph. 2 plag. 12.

O Peris novi Italico sermone, & ut eius ignaris in Anglia legi possit, simul Anglico (versione ea ad calcem libri rejecta) exscripti Volumen primum producimus, quod Autor nobilissimus, artis Musicae, quam, ut docet praefatio, proficitur, alumnus, Illustrissimo Comiti Carnarvoniae IACOBO, cujus in aedibus supremam illi manum accessisse indicat, dedicavit. In prooemio narrat, se pro ingenerato sibi in patria vrbe Roma rerum antiquarum amore Londini horis subsecivis numos hinc inde oblatos delineasse, quos cum amici harum rerum periti vidissent, delineationesque laudassent, factum esse, ut eisdem aere exprimere, ope aquae regiae, conaretur. Non caruisse eam rem, adhibita paulo majori diligentia, successu, cumque antiquariam supellectilem in Anglia infinitam, viris doctis neque cognitam satis, neque descriptam, reperisset, praesentis operis confarcinandi consiliū natum esse, in quo, initio a numis factō, quicquid Anglia mox-
men-

mentorū ad antiquitatis scientiam, etiam simplicandam, que pertinentiam, complectitur, etiam; *εργασίας* obtigisse patronos, et sui ipsam familię, annum solventes stipendium, adscribere, Comites, Halifaxium, extinctoque eo, Carnarvonensem: hinc iam prodire Thesaurum hunc Britannicum, ex antiquitatibus Gręcis pariter Latinisque congestum & in quatuor Partes, vel ut appellat, Musea divisum; primum, numarium, numos ex gazophylaciis quibuslibet, etiam selectos complecti, ac tria volumina satis magna tractationi suę deponere; altero, gemmario, gemmas se antiquas; tertio, statuario, statuas marmoreas, zneas & signa pectore tenus efformata (*bustes* appellant,) quarto, vario, mensuras, annulos, instrumenta sacrificiorum, lucernas, urnas, inscriptiones exhibiturum se esse, ita ut non nisi *εινδώρα* atque ex his ipsis præstantissima quęque, ceteris prætermis, promat.

Hinc ad Museum numarium, cuius primam partem Volumen hoc sistit, paulo distinctius describendum sese accingit, docetque, Gręcos numos Regum, heroum, populorumque Gręciz facturos ubique initium, Consularibus Imperialibusque Latinis & Gręcis dehinc sequentibus, in quorum postremis a Julio Cæsare usque ad Justinianum ulteriusque se progressurum, Chronologicę ratione diligenter habita, pollicetur. Ceterum observat, nunquodque Volumen alteri supplendo inservire; neque enim omnes se unius generis numos uno loco producere potuisse, propterea quod & numophylaciorum in Anglia numerus nimis magnus id institutum haud ferat, & operis editionem maturandam, amicis hortantibus, duxerit: secus necesse fuisse, ut omnes omnino numari inciderentur ante, neque edi, nisi post plures demum annos, librum plurimorum votis expetitum potuisse: si quid hic desideretur, fore, ut Index chronologicus numerorum tertio Volumini subjiendus lectoribus satisfaciat: Begeri Thesaurum Brandenburgicum, eadem ratione digestum, non fastidientes & suo operi veniam daturos arbitratur.

Delineationes ut responderent exacte numis, quos reddunt, operam dedit: fissuras, corrosiones, absurtasque litteras expressit ubique, & artificium cuiusque numi, magnitudinem & metal-

metallum, ex quo conflatus est, accurate notavit, qua ex parte, quantum plerisque alios libros, quibus antiqui numi describuntur, post se relinquit, qui eos vel obiter perlustrare, satis agunt. Vultus capitum summa imprimis diligentia efformavit, ita, ut a *περτορῶνα* vel parum vel nihil abeant, eamque ob causam integram Syriæ Regnum seriem, quam Vaillantius minus exactam dederat, recens delineatam exhibuit. Quod dum commemorat Autor, monet obiter, vultus Imperatorum in Græcis numis aliis, alios in Latinis deprehendi, idque cum artium in Græcia antehac florentium casui, tum vero perpetuæ consuetudini Græcorum, similitudinem vultuum exactam haud servantium, tribuit. Ceterum ne dissimilitudo hæc fallat incautos lectores, veriore vultuum delineationem ex Latinis numis addidit, ut, quantum aberrarit manus sculptoris, rectius appareat, omnesque adeo intelligant, Græcos numos propter reconditæ doctrinæ vestigia, quæ servant, potius, quam artificium magnum esse faciendos.

Quod ad annotationes attinet, eas docet Autor se dedisse, quæ neque ab alto nimis repetantur, neque scriptorum infinitis locis cumulatis superbiant, sed ab omni ostentatione absint, cuique liberam sentiendi facultatem relinquunt, numos notatu digniores explicent tantum, ab aliis explicata bona fide indicent, breviterque gratam sectentur. Neque diffitetur, subinde ad solenne illud N. L. fuisse recurrendum, virosque adeo doctos, ut suppetias ferant, rogat, explicationes eorum, si quas transmitterint, separato volumine editurus. Quasdam ante impressum librum a Jo. Massonio, & Benedicto, Nobili Lucensi, acceptas jam tum inseruit, quod lucem obscurioribus numis haud mediocrem affunderent.

Prout autem summa ejus in describendis numis diligentia, qua magnitudinem, crassitiem, vernicem, quo aliquando oblecti reperiuntur numi, rationem artificii modo exquisiti modo rudioris, pondus, aliquando etiam dubia de *vestigia* eorum exponit, omni laude digna est: ita & delectus, quem in adducendis numis habuit, suffragia omnium, quibus hæc studia cordi sunt, merito feret. Adducit enim numos I) plane non im-

pressos

pressos ante, neque a quoquam in Indices primarios relatos, nec rursus eos omnes, sed notatu digniores, ceteris in Indices, si forte illi auctiores edendi olim sint, selectis, II) rarius obvios, imprimis si vel in vultu, vel in verba posse non nihil sint ab *alexandria* diverſi, aut si aliter eos explicandos putet, III) signis quibusdam, (quæ *contremarques* appellant,) notatos. His accedunt numi quidam rarissimi, qui si nostro integri se obtulerint, & eruditionis vestigia præ se ferant, eos licet ab aliis non exhibitos, Punicis etiam, Etruscis, Phœniciis, Persicis & similibus non neglectis, heic effingit, ab his initiis industriz suæ, si probè eam viris doctis senserit, ad opera majora & elaboratiora edenda perrecturus.

Proœmio subjecta est nova ad lectores Præfatio, in qua suam in reddenda vultuum similitudine, præsertim vbi numi se majoris momenti offerreat, diligentiam, approbare conatus criminationem diluit, in hoc opere aliquando produci numos, qui ubique occurrant, observatque, non eam se sibi legem indixisse in hoc Thesaurò colligendo, ut unos rariores exhiberet, sed primo nondum editos, deinde & eos, quibus lux nova affundi posse videatur; nec posse vulgares appellari, adhuc a nemine eorum, qui collectiones numerorum adornarunt, commemoratos, tametsi illi plus semel in Museis deprehendantur. In altero volumine operis hujus, de quo alibi dicemus, expectare jubet numos plurimos e ditissimo penu Ducis Devonienſis deprentes, spemque numerorum, quos numophylacium Comitissæ Pembrocienſis complectitur, separatim reddendum facit. Sequitur hinc declaratio ponderum auri & argenti prout in Italia atque Anglia recepta sunt, ad quorum rationem numos veteres exegit, ut & notarum, quibus vel materies, vel magnitudo eorum indicatur.

Operis ipsius jam initium faciunt numi Regum Syriæ cum prætermissi *Vallantio*, tum & alii ab eo jam commemorati, quos iterandus *Cl. Haynius* duxit, quod sculptores in vultu delineando aberrarunt, quodque præterea visos a se numos deprehendit aliquantum diverſos: Historiam Regum Syriæ in compendio adjecit diligentissimis observationibus subinde illustratam. Sequuntur numi Phœnicii, Regum Commagenorum, de quibus erudi-

Fig. 5.

Fig. 1.



Fig. 6.

Fig. 2.



Fig. 7.

Fig. 3.



Fig. 8.

Fig. 4.



Fig. 9.

credidissimi Massoni dissertatio inserta est, virorum illustrium, urbium populorumque Græciæ, in qua parte operis collectio numorum Atheniensium Illustrissimi Comitis Winchelsea, ab eodem annotationibus doctissimis illustrata lectorum oculos facile in se convertet, ac denique Imperatorum, in Carausio desinentium.

Supereff jam, ut exempla quædam rariorum, minutissimum subiciamus, ostendamusque lectoribus, quò pacto Cl. Haymius in iis explicandis versetur. Primum esto numi, quem unicum appellat, altera sui parte caput juvenis hedera cinctum, altera anchoram in corona, hedera constante, cum litteris: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ Β' ΕΡ exhibentis. Eum numum, quod annum CLXII præfert, ad Antiochum Evergetam, filium Demetrii I Regis Syriæ, refert Cl. Haymius, cumque non VII, quod Vaillantius voluit, sed sextum ejus nominis perhibet, idque ratione chronologica probat, successionique Regum Syriæ ea ex parte lucem haud mediocrem affundit. Succedat alter, qui hinc caput Demetrii II diademate cinctum cum littera M. illinc figuram muliebrem stantem, dextraque thyrsum, sinistra pomum tenentem, & corona, unde duo poma picea pendunt, conspiciam exhibet. Juxta caput duæ stellæ atque ad latera phalli sive Ptiapi votivi reperiuntur una cum inscriptione: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΥ ΜΕΓΑΛΟΤΟΡΟΣ. Hunc numum ex purissimo argento factum & 270 grana Anglicana pondere æquantem, artificioque non minus quam, quod similis nusquam invenitur, insignem ita explicat Cl. Haymius, ut litteram M. referat ad urbem Phœnicum, quæ Marathus Straboni dicitur, & figuram stellatam congeriem quandam omnium Syriæ numinum, ut ita loquamur, vel pantheon interpretetur, ita tamen, ut Astartem, h. e. Venerem, primarium locum tenere credat, in quam conveniunt pleraque, quæ hicprehenduntur. Addimus denique tertium, cujus facies anterior caput foemine turritæ velatæque, posteriorque Palladem cum scuto & victoriola inscriptionemque ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΦΙΛΟΠΑΤΟΡΟΣ sistit. Ei explicando Jo. Massonius operam suam admovit, cujus verba Cl. Haymius profert.

TAB. II.
Fig. 1.
P. 52.

Fig. 3.
P. 70

Fig. 3.
P. 146.

Explicatio eius huc redit, numum hunc esse Philopatoris, qui in Ciliciæ maritimæ parte regnavit Tarcondimoto II successor datus; id patere ex numo gemino, in quo eadem omnia, una cum nota generali ΔΔ reperiantur, quæ in eam sententiam, etiam tacentibus Historicis, cogat descendere. Ceterum de præstantia thesauri hujus vel inde conjicere liceat, quod celeberrimum illud numophylacium Serenif. Principis FRIDERICI, quod Arnstadii translatum Gothæ asservatur, non diffidente id Cl. Schlegelio, numophylacii istius præfecto, numerorum, qui hic describuntur, vel nulla, vel perpauca exempla; eaque frustra adhuc quæsitæ, asservat.

MONUMENTA VETUSTATIS KEMPIANA, ex vetustis scriptoribus illustrata, eosque vicissim illustrantia; in duas Partes divisa, quarum altera Murnias, Simulacra, Statuas, Signa, Lares, Inscriptiones, Vasa, Lucernas, Amuleta, Lapides, Gemmas, Annulos, Fibulas cum aliis veterum reliquiis; altera Numos, materia modoque diversos, continet.

Londini, apud P. Vaillant, G. & J. Innys, &c. 1720, 8 med.

Alphab. I plag. 5 cum dimid. (in quibus 7 paginæ Inscriptionum in æs incisarum) Tab. 3.

Johannes Kempius, Soc. Reg. Brit. Soc. Vir sola natura, sine litterarum adjumento, per indefessam suam industriam multarum rerum peritia ornatus, dum in vivis esset, magnum vetustatis reliquiarum apparatus undiquaque collegerat. Qui cum post mortem ejus ad Fratrem germanum, hominem quidem probum, sed in his rebus parum versatum, devenisset; multos ille adiit rogans, ut sibi subvenireat Catalogum exscribendo. Postquam vero unum atque alterum frustra tentasset, inventus est tandem R. Ainsworth, qui illum laborem in se susciperet. Hic est, cui hæc descriptionem Monumentorum eruditi debent; etsi Ioannem etiam Wardus, a quo multum sese adjutum profi-

proficitur Cl. Editor, in societatem laudis adjungendus est. Illi nominatim, quæ de Vasis & Lucernis, de Amuletis, de Annulis & Fibulis tractantur, & eruditissimus de Assæ & partibus ejus Commentarius profusus debentur, vide Præfat. p. 6. Denim non nudi hic loculorum Kempianorum indices dantur, quæ res tamen & ipsa augere quodammodo rem litterariam potuisset, sed accuratiores rerum descriptiones, luculentæ illustrationes & imprimis singulis capitibus Dissertationes quædam Præfationum loco adduntur, quæ ad intelligentiam veterum monumentorum multum conferre possunt. Sic antequam recensio- nem Mumiarum & Simulacrorum Ægyptiacorum ingredi- retur, multa late differuit Cl. Editor de Ægyptiorum Funeribus; modo condendi corpora humana & adversus corruptionem mun- dandi, de Hieroglyphicis p. 11, & denique p. 39 de Ægypti- acis Deorum simulacris. Ubi imprimis observat de Mumii Kempianis, illis post tot sæcula adeo nihil imminutum esse, ut Plato non sine veri specie a corporum firmitate animarum im- mortalitatem deducere possit. In Museo autem Kempiano tam viri, quam scæminæ medicatum ejusmodi cadaver invenitur; & præterea Icuncula virilis e terra sigulina vitro obducta, qualis Mumiarum ventriculis sæpissime conditas & inde erutas esse, testibus Bellonio, Cravio, Nardio aliisque, ad recensio- nem ob- servatur, & recte pro *Dei tutelaribus* ab autoribus haberi as- seritur. Ad *Hieroglyphica* illustranda attulit Cl. Editor lin- team quoddam Isidis, Osiridis, Anubidis, aliorumque Deorum *apotropaorum* & *propheticorum* imaginibus insignitum: quæ quidem inde a p. 35 probe illustrat; de ipsis signis Hieroglyphi- cis nihil dicendum esse arbitratur. Hujusmodi lintea corpori- bus affixa fuisse, ut manus impias & sceleratas prohiberent, sce- leratis per Deorum conspectum metu incusso, non vane opina- tur doctissimus Auctor. Sed ipsorum Deorum *simulacra* anea ut aliorum quorundam in ipsa recensione descripta & observa- tionibus uberimè inde a p. 2 illustrata legere licet: vellemus & videre; sed illa forsitan aliorum opera fuerit; reip. litterariæ & sigillatim antiquariis valde proficua. Excipiunt alia *simulacra* (Deorum) & *statue* (Hominum,) *capita* pleraque omnia cum bustis,

bustis, ut loquuntur, *Tabula* signis *quæsculptæ, ex marmore* omnia, pag. 23. Sic Palladem, Venerem, Bacchum, Herculem, Priapum, Terminum, *Silvaniam*, Faunum, Martem, & præterea *Marsitem*, virum consularis, pugilem, infantem puerulum, Brutum etiam, Cleopatram, Iubam, Lepidum, Neronem, Hadrianum; Pertinacem (quæ nomina ex conjectura Cl. Editor illis imposuit) & multos alios cum cura descriptos legere; quibus *Dissertatio de antiquis simulacris & statuis* præmittitur. Postea pauca *de Inscriptionibus Græcis & Latinis* præfatus, p. 35, Inscriptiones elegantissimas, numero unam & quadraginta exprimi curavit, quarum quædam jam apud ipsum Gruterum, & alios leguntur; quædam vero nunc primum eum eruditis communicantur. Et editæ etiam ex his emendari possunt, quod p. 37 Cl. Autor exemplis ostendit. Mox p. 46 *de simulacris statuisque, quæ fusa ex metallo effinguntur, adedque de Penatibus & Laribus non vulgaria differendq attulit*, quibus p. 59 recensionem simulacrorum, statuarum & capitum, omnium *ex arte*, subdidit. Proxima est *Dissertatio de vasis & Lucernis*, p. 98, *Vasa* primum fictilia, p. 99, & lignea, p. 101, mox ænea, & luxu Romam inducto, argentea etiam, & aurea fuisse p. 102 sqq. demonstrat. Quin & ex electro, cornibus, vitri non uno genere, atque ex crystallo efficta esse inde a p. 103 docetur. Præ omnibus autem *murrinæ & gemmea vasa in deliciis fuerunt*, p. 105. Post illa de forma *Valorum* multiplici p. 107 sqq. disputatur, & p. 112 *de vasis calatis* tractata sane collectio incipit; quomodo & comparata est, quam p. 116 seqq. de *Chrysendelio* h. e. aureis crustis illigatis, & p. 119 *de diatrectis & gemmatis* (diversis illis quibusdam gemmeis) dedit. *De Lucernis* pauca attulit, quæ tamen aliquo modo materiam, magnitudinem, figuram & usum illarum illustrare possunt. Deinde *Vasa & Lucernæ Cimelii Kempiani* a p. 124 enumerantur, additis annotationibus specialioribus, uti in reliquis recensionibus factum. Pari modo *Amuleta* prius p. 131 in universon, historica quadam ex antiquitatibus narratione, illustrantur, quæ p. 137 ipsa hujus Musei Amuleta enarrantur: ubi tamen immiscentur alii etiam lapides, gemmæ & id genus

genera, quia sepe conjectura tantum Amuleta esse consti-
 tit. Sequitur p. 145 Tractatio de *Annulis & Fibulis*. De An-
 nulis cum multi multa jam tradiderint, merito pauca dicenda ef-
 se statuit Cl. Auctor, at *Fibulas*, non æque pertractatas, majori
 cura expendendas judicavit. Itaque & *Architectonicas*, &
Gymnasticas ac Chyrurgicas; maxime tamen *Vestitarias* consi-
 derat. Cum vero tandem ad recensionem Vasorum sepulerali-
 um devenit, de *Crematione & Sepultura veterum, præ-*
cipue Romanorum, quædam præfanda duxit diligentissimus Ains-
 worthus. Antiquissimum, morem cremandi cadavera humana
 tam apud Græcos, Latinos & Ebræos quam alias gentes fuisse
 eleganter p. 154 ostendit, & verba *tumulo condi, sepeliri*, non
 semper de toto cadavere capienda esse, p. 156 rudiores docet.
 Inde morem *cruciatorum ossa colligendi*, sive, uno verbo, *offi-*
legium p. 159 explicat. Hinc Vasa *Offaria & Cineraria, Lacry-*
matoria etiam, p. 161 describit. Et denique Lampadas, Lucer-
 nas & ipsa Sepulcra, ac quæ circa illa omnia olim moribus fue-
 rint constituta, non neglexit. Quibus cum ipsam recensionem
 Vasorum Kempianorum subdidisset, priori simul Parti, cum
 Addendis quibusdam & Omissis, finem imposuit. Pars posteri-
 or incipit cum elegantissimo Commentario de *Ase & partibus*
æris. Ubi primo pauca de origine & divisione *Assis* traduntur.
 Deinde locus Plinii XXXIII Hist. Nat. c. 2, observationibus ditif-
 simis, & notis illustratur. Auctor nempe quis æris signandi, qui-
 bus *numis & imaginibus* æris insignitum fuerit, inde a p. 6 disqui-
 ritur, & ut *Iani & Nabis* icones in assibus cujusque ponderis ad
 Imperatorum, & temporum expressas fuisse demonstraret, ali-
 quot hujus generis numos, raros certe & antiquissimos, ex
 Kempiano thesoro p. 12 & 13 exhibet, qui multorum fane er-
 rores refellere possunt. Neque etiam cum Car. Patino p. 14 fa-
 cere vult, quod tot partes assis, in quot communiter dividi sole-
 bat, revera in usum numorum fuerint percussæ. Simul la-
 psam Ant. Augustini de Mæciaei votis in numis percussis p. 16
 animadvertit, & nobilem quæstionem, quid per *Aes grave*, to-
 ties veteribus memoratum, intelligi debeat, allatis doctorum
 virorum, Gronovii in primis & Perizonii, opinionibus, non qui-

dem decidit, ita tamen tractat, ut cuilibet in promptu sit ex di-
ctis & aliis aliquid certi statuere. Postea p. 23 & proximis de
imminuto librari pondere agit, & nonnullorum ex Kempii
thesauro, quae expeperat, rei declarandae causa pondus exhibet.
Nec oblitus est de Medalionibus, ut vocant, p. 29 quos-
dam asserere: ~~quos~~ vero ex argento p. 32, uti p. 33 aureum
denarium merito explodit. Pag. 35 de sestertiis eorumque
materia, p. 37 sqq. de modo numerandi & diversis loquendi ra-
tionibus breviter ea dicuntur, quae Gronovius non minus erudi-
te, quam fuse proposuit: quem forte ducem sequendo etiam
p. 45 Tabulam *usurarum* adjecit. Cum vero superius *assis libra-*
lis mentionem fecisset, occasionem sibi datam existimavit p. 45
sqq. in veteris Romanae librae pondus inquirendi: & expositis
diversis Gravii, Pæti, Savoti aliorumque viis, quibus ad illius in-
dagationem processerunt, ipse etiam ostendit hujus rei inda-
gandae rationem, ita quidem, ut variis experimentis eam confir-
met, & illos, qui aliquid hujus generis tentare volunt, sua iti-
dem ut confirmet, admoneat. Addidit p. 73 ex Museo Kem-
piano seriem quandam assium, qua Librales, Sextantarii, Uncia-
les, Semunciales & Dupondia uncialia probe omnia sunt expensa.
Hæc autem propterea latius sumus persecuti, quia partim argu-
menti dignitas nos invitabat, ut ipsi illi aliquantum inhaeremus
& aliis simul generum, quibus illo præberemus; partim enumeratio
ipsorum Kempianorum numorum, quæ sub hac disserta-
tionem dedit Cl. Ainsworth, nos probè de illis verba fa-
cere: nisi nudas nummorum inscriptions & hic apponere ad-
eoque actum agere voluissimus.

INSCRIPTIO SIGEAE QUISSIMA

*Bespečnyj exarata. Commentarij Historico, Gram-
matico, Critico, illustravit EDMUNDUS CHIS-*
HULL, S. T. B. Regie Majest. a

Sacris.

Londoni, apud G. & J. Jany, 1721, fol.

Plag. 9.

Spectatissimum hoc totius Asiae monumentum in Troade, in-
ter

22 M. Febr. pag. 59.

: ΤΟΗ
 ΧΟΜΡΞ
 ΔΤΕΡΑ
 ΓΣΙΓΑΚ
 ΟΜ: Κ ^{sic}
 : ΔΧΟΔ
 ΙΓΑΖ+
 ΕΥΕΜΟ
 ΕΓΟ
 ΕΙΣΕΛ

ΦΑΜΟΔΙΚΟ
 ΧΟΜΡΟΤΙΜΞ
 ΡΑΤΕΟΣΤΟ
 ΗΥΜΟΧΟΡΓ
 ΣΙΟΚΡΗΤΗΡ
 ΧΟΓΥΙΑΚΞΔΑ
 ΡΗΤΗΡΙΟΜΚ
 ΓΞΞ: ΜΟΜΟΗΙΑ
 ΡΥΤΑΜΗΙΟΜ
 ΕΝΚΕΛΑΚΞ
 ΕΥΣΙΜ

Alphabetum Græcum

Ι Θ Ι Κ Λ Μ Ν Ο Π Ρ Σ, et Ζ, Τ Υ Φ +

ter Promontorium Sigeum & amnis Scamandri campum, visendum jacet: ipso nempe illo in loco, ubi Mitylenæi, lapidibus abeversa Troia comportatis, Sigeum urbem condidere. Nam & hoc ingens saxum loco quodam intra Troiæ mœnia nobilitatum fuisse, res ipsa indicat, antequam Sigei in Prytaneo statuæ Phanodici inserviret; nunc vero, urbe Sigeo jam olim diruta ab Iliensibus, in illa paupercula (*Jeni - bissari* primum, mox *Gaurkioi* nominant Turcæ) Græculis Christianis, ante fores templi otiantibus, sedile præstat. Inter tot vero rerum vicissitudines saxum illud sua mole non se tantum, sed & inscriptionem ejus lateri concrevitam bis mille & trecentos annos tutatum est. Eam primus D. *Gysielmus Sberard*, consulatum Smyrnæ gerens, per Homerum Dragomannum Græcum bona fide excipere curaverat, & Britanniæ ostentaverat. Postea eandem vidit, excipere & depinxit *Samuel Lisle*, A. M. qui Anglis Smyrnæ negotiantibus a sacris fuit. Utriusque Apographa omni fere apice inter se congruere, doctissimus Editor affirmat. Ipsa autem inscriptio prisca litteris & punctis ita confecta est, ut eam Tab. III exprimi curavimus. Series illa numero 2 notata est pars lapidis superior, &, post admissas Simonideas litteras, vel a Prytano quodam, vel ab aliquo ex posteris Phanodici videtur adjecta; quæ mutatis quibusdam litteris & novatis vocibus satis arguit, quod ad ætatem illius alterius non assurgat. Placet tamen utramque consueto magis scribendi & dicendi genere & hic legendam dare, prout eam dedit Cl. Chishull;

TAB. III.

Φανοδικε. επι. τῶ
 ἐρημοκρατῆς. τῶ προκο
 νησιῶ. καὶ γω. κρατηρα
 καπιστατον. καὶ ἡθ
 μον. ἐς πρυτανειον. ε
 δωκε. μνημε. σιγυει
 ευσι. εαν. δε. τι. πασχυ
 ω. μεθ' ἡδαινειν. [* εω.]
 σιγυεισι. καὶ. με. εποι
 ησεν. ὁ αἰσωπος. καὶ
 οἱ ἀδελφοι. ἰ. ε.

Φανοδικε.
 επι. τῶρημοκ
 ρατεος. τῶ.
 προκονη
 σιε. κρητη
 α. δε. καὶ. ὑπυ
 κρητειον. καὶ.
 ηθμον. ἐς. πρυ
 τανειον.
 ἔδωκεν. σιγυει
 ευσιν.

H 2

Phano

*Phanodicti filii
Hermocratis Proco-
nesii. Et ego Craterem
& Crateris filium & Co-
lum ad Prytaneum de-
di memoria ergo Si-
geis, Si quid vero pati-
ar curare me iubebo
• Sigcos. Et me fe-
cit Esopus &
• Patres.*

*Phanodicti
filii Hermo-
cratis Pro-
connesii.
Craterem ve-
ro & Hypo-
crateris filium &
colum ad Pry-
taneum dedit
is Sige-
is.*

In Commentario ipso §. 1 observat Cl. Chishull litteras A, Γ, Δ, Θ, Λ, M, N, Σ, X, Υ antiquissima illa forma signatas, quæ pleræque omnes sese Cadmeas fatentur, & figuram a Phœnissæ vix leviter mutatam gerunt. §. 2 ex Ionica aspirata, simili plane Latinorum H, quæ vocalis istius longæ vices nondum gerebat, veram omnino Inscriptioni laudem conciliat: recteque simul affirmat, vocem 'HΣμδς aspirandam esse, autore tam vetusto lapide; etsi de Vocabulis ΗΑΙΣΟΠΙΟΣ & ΗΑΔΕΛΦΟΙ non idem sit statuendum, quia in his Articulis & ὄ in ipsa vocabula per synalœpham coaluerunt. §. 3 E & O vocales una semper figura, sive breves sive longæ illæ fuerint, exaratas curatius perlustrat, & inde de ætate & tota mutationis ratione quædam disserit: cum etiam a Platone hic modus scribendi pro antiquo sit habitus. Eodem pertinet, quod §. 4 tractatur, Genitivus Casus per nudum ο pro ε prolatus: ut & ε pro ε; quorum prius omnibus antiquis in usu fuisse, jam olim Sophistæ apud Athenæum concluderunt. Hæc omnia opportune §. 5 illustrantur exemplo Tabularum *Herodis Attici*, quas olim explicaverat singulari tractatu Salmasius, & apud Gruterum pag. 27 n. 1 legimus. Is enim Herodes Atticus epigraphen puram putam Archaicam confinxit, ut qui ipse Criticen, teste Philostrato, summo studio exercebat: atque ita feliciter antiquissimam scripturam expressit, ut proxime Sigeæ nostræ inscriptioni accedat. Nam quæ præterea habet singularia, ea §. 6 adnotavit Cl. Editor. Reversus autem ad Sigeum Monumentum §. 7

in

innumera istud scribendi schemata, ab inflexione ver-
sum, boum arationem imitantium, ita nominatum, inquit.
Ejus unicum hoc exemplum inter omnes ubique reliquias anti-
quitate existere, asserit: nec nisi unum olim inuenit Pausanias;
et Solonis leges eodem modo scriptas fuisse ex Suida & Har-
pocrations constat. Tunc §. 8 interpunctiones examinat, ma-
xime vero §. 9 distinctionem in voce *μελεδαι. νεν* positam, cu-
jus loco, inter alia conjecturas, putat olim Eolieum Digama
sculptum fuisse, quod tempore evanuerit. Qua occasione
errorem Reverendi Montfauconii corrigit in explanatione De-
liacæ Inscriptionis Palæograph. Græc. Libr. II c. I commissum.
Ejus certe F Eolici loco, T in voce *Συγνευσι* scriptum esse, §.
10 ex sententia Scaligeri existimat: nisi, quod addit, pro
littera, errore ex loquela orto, subditum fuerit: ut in prima
syllaba Inscriptionis addititiæ *Συγνευσι* pro *Συγνευσι* sculptum
est. Deinde §. 11 de ipsa illa addititia Inscriptione, qua antiqua
illa ad alius locali nomen immovata est, disputatur: utque no-
vitas illius certius demonstraretur, §. 12 priscum Græcorum
Alphabetum sistitur & erudire satis examinatur, & §. 13 cum
veteribus Latinis atque Etruscis litteris confertur, & quod cum
Phœniciis & Samaritanis etiam cognatum sit, §. 14 breviter do-
cetur. Inde tandem concluditur §. 15, ab Hebræis adeoque
Dei digito omnes litteras esse profectas: & §. 16 additur,
non omnes gentes eandem modum & ordinem scribendi per-
petuo observasse. Hæc fere sunt, quæ Cl. Chishull de
elementis monumenti commentatus est. Pergit §. 17 ad illu-
strationem Phœnicis & materis inscriptionis: & postquam de
terminata que *Φανωδici*, de verbo *επι*, quod novator per *επι* pro-
tulit, quæ in *π* litteram geminavit, panis absolve-
rat, ostendit, quod ille Phanodicus, patre Hermocrate, & pa-
tria Proconneso Insula oriundus ob suam Sigeos beneficia sta-
tuam in Drytæneo mervisse videatur. Ea statua personam lo-
quentis induit & se Phanodici esse profiteretur. Amabant enim
hujusmodi Protopopæias veterrima per Græciam opera, quod
exemplis ex Herodoto, Pausania & Platone prolatis confirmat.
§. 18 Donaricus statuet, monumenti loco a Phanodico in Dry-
tæneo

tanco positæ, *Castro* nempe, *Sapientiaculum*, *Grateris* & *Colum*. Quæcum omnia ad conationes sint apta; docet simul, quod *Prytanea* illa *Græca* epulo publicè pascendo, si legatis forte exteris, aut Senatoribus urbis, aut vicis aliis illustribus is honos habendus esset, fuerint destinata. §. 19 ea pars inscriptionis *ἔσθ' ἐν τῷ πρυτανεῷ*, qua statua ægrotantis quasi, ut videtur Cl. Editori, personam induit, ita circumferibitur: *ego vero si quid patiar, si aliquo me forte incommode laborare, ut frangi, aut imminui, aut loco dimoveri accidat: accerso mihi medicos, Si-geos amicos meos, hos me curare & reficere, ab his mihi medelam adhibere, jubeto.* Tandem §. 22 addat, quod antiquis plerisque operibus adscripta fuerint artificum celebriorum nomina, & ita finit jucundissimum Commentarium, quo eum non magis, quam publicata veneranda ista inscriptione opti-
nam litteratorum gratiam iniisse confidimus.

CAPITA DEORUM ET ILLUSTRIORUM
Hominum pacis bellicæ artibus clarissimorum, nec non Hieroglyphica, Abraxea, & Amuleta quedam in Gemmis antiqua partim, partim recenti manu affabre incisa, quæ magno studio collegit IO. MARTINUS ABERMAYER, Norimbergensis: enarravit observationibusque historicis illustravit ERHARDUS REUSCH.

Prostant exemplaria Lipsiæ & Francofurti, 1721, fol.

Alph. 2 plag. 17 Tabb. æn. 17.

Quod ante septem vel octo menses, hujus nostri Operis Measè Julio Anni 1720, ubi de Gemmarum Ebermayerianarum prima serie aliquid in literas retulimus, boni publici & rei antiquariæ promovendæ causa optavimus, ut altera Deorum illustriumque hominum capita continens in lucem publicam prodeat, id nobis nunc contigit cumulatissime, cura Cl. Reuschii, cum Experimentissimo Baiero, per gravissimas, quibus in amplissimis muneribus distinctur, occupationes, non lique-
rit

ritatem susceptam perficere. Sane tam abunde impleta est spes
 nostra, ut omnino satendum nobis sit, hanc veluti alteram *Ka-*
mpulachrysis nobilissimam partem, sive dignitatem spectes gem-
 marum, sive numerum, qui est 450, sive ordinem, sive Inter-
 pretis doctissimi diligentiam & doctrinam, sive cæli elegantiam
 & industriam, sive chartarum litterarumque nitorem, prio-
 ri nihil concedere, immo hanc ab ille in nonnullis superari.
 Sunt omnia antiquæ ætatis ad imitationem veterum facta
 opera artificis celeberrimi Christophori Dorloshei, quem paria
 facere cum Pyrgotele, Callimacho, Apollonide, Cronio, Di-
 oscoride, Theodoto aliisque, inter Græcos quondam aut Ro-
 manos hac arte celebrissimum, diligentiamque Jo. Mariae Mantuasi,
 Francisci Nichini Ferrariensis, Jacobi Taplicarnii, Leonar-
 di Mediolanensis & reliquorum vel æquasse vel superasse, in
 confesso peritorum jam pridem ex æquo judicatum est. Si cui
 hæc laudes videntur esse majores, quam quas homo Germanus
 capere possit, ille hoc idem *καμύσιον* nobilissimum Ebermayeri o-
 culis usurpet, & in aspectis summorum Pontificum, omnium
 item Galliarum Regum, & Ducum Venetorum Capitibus in Chal-
 cedoniis sat amplè magnitudinis ejusdem sculptoris Dædala ma-
 nu ætatis, nihil præter meritum Norico Pyrgoteli nos tribue-
 re, fatebitur. Sed nos ad nostras gemmas, quæ per classes dis-
 perditæ sunt, ita ut Cap. I Capita Deorum itemque ministrorum
 factorum, Cap. II Capita Heroum, Cap. III Capita Regum
 & Illustrium Romanorum, Cap. IV Capita Imperatorum &
 Augustarum sane quam multa, Cap. V Capita Regum & Illu-
 strium exterranorum, Cap. VI Capita Philosophorum, Oratorum,
 Poetarum, Cap. VII Miscellanea, Cap. VIII Egyptiacæ, Abrazæ
 compareant. Mira vultuum varietas, ornatus diversitas, gem-
 marum omnis generis copia, quibus cum in charta cupidus im-
 piscatur animus & oculus, dubium non est, majori eam voluptate
 nitentia sua antiquitatis *Αἰώνων* coram spectari. Quod si quis
 meminerit, pretio non levi, cura non minima ista indigne con-
 quifita esse, magni faciet propensam in has literas ornatissimi
 Possessoris voluntatem: quam hic iterum, ut par est, publice
 collaudamus. In Tabulis æneis XVII gemmæ exhibentur, ut jam
 monuimus,

monuimus, CCCCL diversissimi moduli, pari omnes eaque fatis conspicua forma æri incisæ, orbe naturalis magnitudinis addito, nisi ubi lapillus sua natura istam mensuram excedit. Qui his ex mole statuit pretium, uti omnino statuendum est, quod tunc plura liceant artificio, pateant spectanti, hunc Pallas in Sarda Tabulæ primæ XIII, ænigmatis quid alens, quod doctissimus Interpres p. 8 seqq. evolvere satagit, & eadem in Achate ejusdem Tabulæ XIV Hector, Andromache & Astyanax in Chalcedonio Tabulæ tertiz LXVI, L. Corn. Scipio Asiaticus in Chrysolitho Tabulæ quartæ XCIV, Claudius Imperator in Sarda elegantissima maximi moduli, quæ Dactylithecæ Ebermeyerianæ frontispicium exornat pag. 88, Pittacus in Chrysolitho Tabulæ duodecimæ CCCXX, Hippocrates in Achate Tabulæ decimæ tertiz CCCXXXVIII, Plato in alio ejusdem Tabulæ Achate CCCXLVII, Aristoteles in Iaspide ejusdem Tab. CCCLIV & quatuor Capita in occipitiis invicem juncta, quæ Cl. Reuschius pag. 185 seqq. Alexandri, Aristotelis, Arati, & arietis ait, in Iaspide Tabulæ decimæ quintæ CCCXCII præ reliquis delectabunt. Qui doctas commentationes ad istum gemmarum apparatus simul evolvit, succinctam Deorum, Fœminarum, Virorumque istorum, quorum vultus exstant, historiam, multa præterea ad ritus, symbola, & omnem antiquitatis notitiam pertinentia, immo aliquando ea, quæ non expectasset, satis egregia & laudanda offendet. Ita, ubi Eurypyli faciem sibi invenisse visus est Cl. Reuschius, versus Homeri allegat Odyss. A.

v. 519.

Ἄλλ' οἶον τὸν Τηλεφίδην κατενήρατο χαλκῷ
 Ἡρώ' Εὐρύπυλον, πολλοὶ δ' ἀμφ' αὐτὸν ἐτάξεον
 Κητεῖοι κλείνοντο, γυναίων εἴνεκα δάδων.
 Κεῖνον δὴ κάλλιπον ἴδον μετὰ Μέρμονα δῖον.

Sed qualem Telephidem prostravit ferro heroa Eurypylum: multi vero circa illum socii Ceteji interfecti sunt, muliebria propter dona. Illum vero pulcherrimum vidi post Memnona divinum: in quibus ad duplicem scopulum hæsit Strabo, utpote cui nec de Cetejis, nec de muliebribus donis satis constabat. Cetejos Pergamenos fuisse ex numo Christianæ reginæ demonstra-

vit

vit. Ez. Spanhornius in tractatu de usu & præstantia numismatum opere Diff. VIII p. 505. Muliebria dona Noster interpretatur ipsam Helenam, propter quam totum illud bellum constatum est, quod ea, quippe a Venere Paridi habere concessa, muliebrem donum argute dici possit. Sed sufficient hæc de opere, quod ipsum inspexisse, illos, qui harum literarum amore ducuntur, non poenitebit. Cæterum commemorare juvat, quod Cl. Reuschius, dum Marci Velseri nonnulla citat, p. 104 monendum credit, Opera viri hujus illustris historica & philologica sacra & profana, quæ sanctibus Wolfgangi Mauriti Endteri bibliopolæ Noribergensis anno octogesimo secundo Seculi superioris in unum collecta inter libros rariores numerantur, & magni veniunt, non in peregrino solum terrarum orbe, sed in ipsa Germania, proflare adhuc in laudata Endteri officina. Commendatiora sunt Velseriæna, quam ut nostra hedera opus habeant; ut autem sciatur, ubi ista iusto pretio haberi possint, est e re & publica & privata.

IO GEORGII ECCARDI EPISTOLA DE Numis quibusdam explicatu difficilioribus ad Virum Ill. & Summe Rev. Dn. GERHARDUM, Abbatem Luccensem & Ecclesiarum Electoratus Brunsvico-Luneburg. Directorem.

Lipsiæ, apud Io. Frid. Gleditschii B. Filium, 1722, 4. Plag. 2 & Tab. æn. 1.

Illustrat hic Celeb. Autor numos sedecim, quorum primum a Max. Rev. Hanckio, ceteros a Serenissima Walliæ Principe nuper transmissos, summe Rev. Abbas Luccensis in splendidissimo numophylacio suo servat: e quibus nos quoque hoc in loco nonnullos producere operæ pretium existimamus. Præcipuus est numus aureus, primæ magnitudinis, cujus in parte altera est caput sceminæ velatum eoque modo ornatum, quo sub Augusto Tiberioque Augustæ & Principes sceminæ conspiciuntur; infra legitur PIETAS: in averfa mulier sedens in bisellio, capite itidem velato, dextra extensa Palladium,

TAB. II Fig. 4.

ditum, *scilicet* *scapulum* *canens* *exhibetur*, *infra*: V.E.S.T.A., & circa mulierem S. C. Hic, cum Noster aliqum numum, figuram simili modo velatam, subscripta voce P.I.E.T.A.S., & in averfa Drusi nomen cum literis S. C. exhibentem, offenderat apud Bergerum, qui capite. *scamineo* Liviam designari Drusi aviam credidit; verifimiliter existimat, Vipfianiam Agrippinam, quam matrem fuiffe Drusi, (quippe primam uxorem Tiberii) contra Herdianum probat, a Senatu ad nutum Tiberii, uxoris, licet repudiate, memoriam magni facientis, inter Divos quasi relatum. Vefte ob caftitatem equiparatam, hic reprafentari. Cumque nomen ipfius addi, quia Augufta non fuiffet, & alter ejus maritus Afianus Pollio Gallus adhuc viveret, incongruum efflet, ejus loco, ut putet, veteris mariti in priftinam uxorem & filii in matrem P.I.E.T.A.S. imagini ipfius fupposita eft. Ceterum dum sub ipfis etiam Imperatoribus numos aureos S. C. cuſos Autor probat, opportune provocat ad eum, qui in Actis noſtris Anni 1692 M. Jan. Wagenfeilii Diſſertationem de re monetali veterum Roman. recensuit, eundemque plane numum p. 18 deſcripfit (fuit is Vir in re numaria verlatiffimus Chriftianus Wagnerus) quem tamen putat in eo falſum, quod *imaginem* velatam pro *Fauſtina Juniore*, *Pallidos* icunculam pro *victoriola*, & *baculum ſeu ſcapulum* pro *baſta* agnoverit; qua de re aliorum eſto judicium. Sed ut de ceteris quoque numulis nonnihil dicamus, producimus hic aliquem, duo capita juvenilia interfa ſiſtentem, quem Noster *Caſtoris eſſe* & *Pollucis*, qui navigantibus preſunt, & inverſam quidem inter Deos *ilham*, cujus, ut fert fabula, inter mortales verſandi vices forte erant, hariolatur, fatetur tamen, nec *Montfauconium*, nec quemquam alium ſimilem *Dioſcurorum* figuram obſervaffe. In altera nuni facie figuram pzne detritam Noster navem interpretatur, & literis T.I.I.R., *Tyrum urbem*, litera Y in duplex Immutata, designari cenſet. Figura 6 caput exſtat *Neptuni laureatum* cum *tridente* poſt tergum prominente, additis D.O.S. SEN. in averſa *Victoria alata gradibus* *lava palmam* in honorem inclinans & *dextra eam comprehendens*, ante eam ara in qua *ſerpens Esculapii* figuratur, & pone: L. RUBRI, *victoriam navalem*

TAB. II.

Fig. 5.

(Fig. 6.

MENSIS FEBRUARIA. MDCC XXII. 67

valem designari minime dubitat Noster, eam forte, quam vi-
cto Pompejo de Ptolemæo Rege Ægypti retulit Cæsar, cui then-
sam a Senatu decretam indicent verba DOS SENATUS.
Ceterum *Luctum Rubrium*, Corfinio Pelignaorum Metropoli
capta, a Cæsare benigne dimissum, hoc monumento ejus gra-
tiam quæsiuisse, cum Begero existimat, Rubriam vero gentem
Æsculapium singulari cultu coluisse suspicatur. Fig. 7 & 8 idem
Noster caput, diverso quidem situ, in averfa duas lineas se mu-
tuo interfecantes & literas M. A., hoc est, Nostro interprete,
Marcus Antonius, agnoscit. Numum in Fig. 9 pro Parthico tum
ob tiaram in altera parte, tum ob senem sedentem mitratum ve-
steque longa, *Candyn* Parthi vocant, indutum venditat, & cum
Parthicos Principes alios omnes barbatos in numis representari
constet, hinc imberbem illum *Tiridatem* interpretatur, qui ju-
venis ad regnum pervenit, alterum vero barbaturum & sedentem
ac manu lilium (an non lotum?) tenentem, Vononem patrem
Tiridatis, ut indicetur, eam defunctum ac inter Divos rela-
tum. Reliquos ex ipsa Epistola cognoscere Lectores malumus.

TAB. II.
Fig. 7 & 8.

Fig. 9.

ANIMADVERSIONES AD METHODUM
Homiliarum Ecclesiasticarum rite instituendarum: Au-
tore CAMPEGIO VITRINGA, Th. 5

H. S. Prof.

Franoqueræ, excudit Henr. Halma, 1721, 8 maj.

Plag. 11½.

Opellæ hujus typum Celeb. Autor ante novem annos audien-
tibus suis ad calamum dictavit, qui cum ab aliis describere-
tur, a pluribus expeteretur, ipseque de illo vulgando subinde
interpellaretur, non hac solum ratione ad id inductus est, ut il-
lum in publicum miserit, sed eam quoque ob causam, quod ipse
existimaverit, pluribus usui esse posse, quippe quum experien-
tia ipsum doceat, plures sacri ordinis homines a judicii ejus
hisce de rebus non abhorreere. Nec tamen propositum ipsi est,
integram concionum Methodum opella hac tradere, id quod a
tot aliis hominibus doctis & artis hujus peritis jam dudum fa-

ctum fit, ex quibus inprimis Jo. Waeyenii & Salom. Tillii Tractatus hujus argumenti commendat. Animadversiones saltem ad Homiliarum rite instituendarum Methodum scribere voluit, quin pauca præcepta & animadversa hic prudenti sufficere posse videantur, methodum vero disponendarum Homiliarum artibus includere velle spatiis & infinitis fere adstringere legibus, vere res operosæ & non necessariæ sit diligentiz. Postquam igitur Ven. Autor in Præfatione tum instituti sui rationem, tum quinam Concionatores ipsi inprimis probentur, quantaque modestia ac reverentia sermones sacros ab eorum ministris absque discrimine semper exceperit, quamdiu aurium vitium, quo pluribus jam annis affectum se esse conqueritur, non obsisterit, tum quam ingens Ministerium sacrum gratiæ & providentiæ divini sit beneficium, quamque parum & a populo & ab ipsis sacerdotum Ministris quam plurimis, pro pretio ac præstantia sua æstimetur, pluribus exposuit, gravemque ad Ministerii Candidatos ipsosque Ministros sacros directam adhortationem, ut partes officii sui rite impleant, subjunxit, ipsam rei Tractationem aggreditur, quæ duabus absolvitur Partibus. *Pars prior* agit de *Precibus* a Ministro Evangelii pro & cum Cœtu Christiano in sacris publicis ordine habendis, constatque *Capitibus quatuor & Prologo*. In *Prologo* denuo rationem reddit inscriptionis hujus libelli, quam supra jam exposuimus. Deinde *artem* vocari posse rem homileticam, nullus ambigit, quum Demegoriæ publicæ suas leges, præcepta, *μεθ' ἑμαυτοῦ*, ad suum judicium cum ratione exacta omnino habeant. Omnem tamen orationem mollem, quæsitam & affectatam, e flosculis Rhetorum artificiose dispositam, improbat, quum res Religionis Christianæ nihil nisi grave & masculinum, vel *simplicitatem* amet, fucum vero omnem & *ἀλλήλων* respuat. Oratorem autem Christianum ita vult esse affectum, ut plane, diserte, presse sensus suos exponat, & nihil *περίεργον* in sermone aut gestu sectetur, sed apte & ad rem loquatur absque vanitate. Hinc præmissis brevi exordio, quam magnum & eximium sit, hominem mortalem audere non pro se tantum, sed & pro aliis Deum adire & supplicem fieri, atque adeo *Oratoris* veluti ac *Paracleti* partes in se suscipere, *Cap. I*
ostendit.

ostendit, Ministrum Evangelii in precibus publicis sustinere *personam Corporis Credentium*, quod in Cœtu esse supponitur, & sic esse conformandam orationem, ut huic hypothesei conveniat. *Cap. II* rationes hujus hypotheseos reddit; *Cap. III* temperamentum superioris sententiæ tradit; *Cap. IV* agit de usu *Celebrationis divinarum perfectionum & Virtutum* in precationibus publicis *non negligendo*. Ubique hic Celeb. Autor ad consuetudines placitaque Ecclesiæ suæ respicit, precumque typos subinde intermiscet, quibus mentem suam ubertius declarat.

Pars altera Animadversa ad ipsas Homilias sacras rite instruendas sistit, & Capitibus XII absolvitur, quorum lemmata & contenta brevissimis recensebimus. *Cap. I* exponit observanda circa *Exordia* textibus aptanda, quorum *modus & ratio* ostenditur ex exemplis in rem prolatis. *Duos* hic Ven. Autor *Exordiorum fontes* quam maxime probat, scilicet, si contineant *sententiam pressam, gravem, & per modum sententiæ aut documenti circumscriptam* (non vulgarem & tralatitiam) *quæ apta sit excitare auditores ad attentionem, eosque ita afficere, ut de actione tota honesto præjudicent*, vel, si sumantur ex *typicis & emblematicis selectioribus*. Minus vero probat illud *Prologorum* genus, quod ex *succincta expositione loci alicujus Scr. S. argumento textui affinis* petitur, ea ex ratione, quod hæc *Exordia*, licet facillimi sint generis, nec gravia memoriæ, ubique in promptu, & frequentius etiam a Tractatoribus exercitatis adhibeantur; minus tamen valeant ad excitandos auditores, quin illi potius quodammodo fatigentur, & obruantur *expositione Locorum* unius argumenti, in qua vitari nequit earundem rerum repetitio. *Cap. II* agit de ipsa *Textus sacri Pertractatione*, & quidem primo de his, quæ eam proxime præcedunt. Quo pertinent (*α*) *Demonstratio nexus seu coherentiæ Loci* exponendæ eum oratione superiore, cujus partem facit; (*β*) *Commendatio argumenti textus*, quæ tamen ex mente Autoris minus est necessaria, etsi nihil etiam vitii habeat; (*γ*) *Analysis seu Partitio membrorum textus*. *Cap. III* de ipsius *Textus sacri Expositione* quædam pressius inculcantur. Hæc *Expositio* est vel *Pa-*

raphrastica, ubi longior aliqua periocha textus sacri brevi ac succincta expositione declaratur, & sensus partium aut phrasium intellectu obscuriorum absque operosiore demonstratione in medium profertur; vel est *Homiletica*, ubi ad pericopam brevioris fusior & operosior digressio instituitur, & vel sententia integra, vel singula sententiæ membra accuratius excutuntur, & res iisdem contentæ ex principiis suis explicantur, ad plenam solidamque dicti intelligentiam. *Homileticæ Expositiones* rursus duplicis sunt generis; vel enim argumentum textu comprehensum libera digressione tractandum & explicandum sumitur, ita ut occasio tantum dissertationis de hoc illove argumento ex textu capteretur; vel, sententia textu comprehensa per modum *interpretationis*, ex verbis phrasibusque singulis, & circumstantia ac nexu orationis, diligentius eruitur & in lucem protrahitur, hoc præsertim scopo, ut sensus scriptoris sacri auditoribus pateat. Qui posterior modus priori a Cel. Autore variis ex rationibus præfertur. Hac occasione simul de Textibus sacris, qui generis sunt quintuplicis, vel *historici*, vel *dogmatici*, vel *prophetici*, vel *parabolici*, vel *moralis*, agitur, & quid in singulis observandum sit oratori sacro, strictim exponitur. *Cap. IV* de *Practica* sermonum sacrorum parte commodissime instituenda in genere differitur, seu de *Applicatione* & *Ufibus* ex textu eliciendis, qui varii sunt varieque a Doctoribus tractantur, ut prolixius hic ostenditur. Permittit Ven. Autor suam cuique hac in re libertatem, eam tamen methodum, qua expósito breviter textu statim Doctrina seu *πίσιμα* unum vel plura, prout fert occasio, eliciuntur, aliisque Scr. S. testimoniis adstruuntur & confirmantur, & tum demum in usus practicos diversi generis, prout res & circumstantiæ serunt, vertuntur, omnium censet optimam & ad ædificationem publicam accommodatissimam. *Cap. V* in specie agitur de *Applicatione* textuum *argumenti Historici* rite atque ordine digerenda; id quod ex 1 Chr. IV, 9, 10 egregie illustratur. *Cap. VI* de *Applicatione* instituenda ad Textus *argumenti Dogmatici*; ubi illustrationis exempla sumuntur ex Io. IV, 24, Apoc. I, 10 & Eph. I, 7. *Cap. VII* de *Applicatione* instituenda ad textus *argumenti moralis* seu pra-

MENSURE ET USAGE DE LA MATHÉMATIQUE

practici; exempli loco adducitur I Petr. II, 2. *Cap. VIII* de Applicatione instituenda ad textus *argumenti Prophetici*. *Cap. IX* de textibus *argumenti Parabolici* vel *Typici* in usum vertendis, quod ex Matth. XIII, 3, 45, itemque ex Num. XIX, 1 sqq. ostenditur. *Cap. X* agitur de *arte & mediis*, quibus Tractator Evangelicus prudenter & honeste uti potest, in afficiendis & movendis auditoribus, & excitanda conscientia, & eliciendis bonis animi motibus atque affectibus. Ubi Cel. Autor inter omnes Usus in genere homiletico quam maxime commendat *Examen status animæ & conscientiæ coram Deo*, cujus certissimi & utilissimi tum apud auditores tum apud Ministrum ipsum sint effectus. *Cap. XI* Dissertatio de *eodem argumento* continuatur. Qua occasione Cel. Autor de vitæ humanæ rerumque mundanarum inconstantia ac vanitate egregie disserit, simulque oratoriæ Christianæ genus, quod affectus movet, contra iniquos censores defendit. *Cap. XII* clauditur Dissertatio observatis de *acute vel paradoxæ* dictis Applicationi miscendis. Quam in rem Celeb. Autor Gregorium inprimis Nazianzenum & Chrysostomum, nec non Augustinum & Bernhardum, ad imitandum proponit & commendat, tandemque acute & paradoxæ dictorum exemplis quibusdam in medium prolatis, utilissimæ huic opellæ, quæ ab omnibus oratoribus sacris verba ad populum cum fructu facturis volvi revolvique sedulo meretur, imponit finem.

CHRIST. MATTHÆI PFAFFII, THEOLOGII & Cancellarii Tubingensis, Institutiones Historiæ Ecclesiasticæ, juxta ordinem seculorum delineatæ &c.

Tubingæ, apud Theodorum Mezlerum, 1721, 8.

Alph. I pl. 6.

Quas summe Reverendus Auctor in usum auditorum suorum ante quadriennium in calamus dictavit Historiæ Ecclesiasticæ institutiones, eas nunc in lucem publicam prodire jubet, multis, quod in præfatione ipsemet testatur, precibus defatigatus. Genuinam vero in hac ipsa præfatione historiæ ecclesi-

clestiasicæ ediscendæ rationem traditurus, primum historiam u-
 niversalem politicam & civilem, vel ex Cl. Hubneri quæstionibus
 historicis, ut sibi cognitam reddat, qui in studio historię eccle-
 siasticæ proficere velit, serio admonet, optatque, ut Viro illi
 clarissimo historiam quoque ecclesiasticam eodem filo enarrare
 placeat, certo persuasus, si eadem perspicuitate, methodo &
 brevitate res tractaretur, fore, ut plurimum amœnitatis & fa-
 cilitatis studio huic, alioquin difficili, succresceret. Jactis in hi-
 storia politica fundamentis, & ordine Imperatorum per omnia
 Sæcula, una cum præcipuis revolutionibus politicis, probe per-
 spectro, prima historię ecclesiasticæ stamina picturum, Cavei,
 Spanhemii, Arnoldi quoque, & Ittigii quondam nostri scripta,
 ad historiam ecclesiasticam spectantia, comparare, atque ad
 filum institutionum suarum digerere: ad altiora vero progres-
 surum, auctores in historia Theologiæ litteraria ab ipso allega-
 tos, & fontes ipsos, per ordinem Sæculorum & Ecclesiarum
 consulere, atque simul arti criticæ, chronologiæ, & geogra-
 phiæ operam gnæviter navare jubet. Ante omnia animum re-
 quirat a partium sectæque studio alienum, cum in dijudicandis
 conciliis & hæresibus magna cautione opus sit, ne ab homini-
 bus male sapientibus, rigidisque superstitionum sententiarum-
 que communium defensoribus, quorum mentes ignorantia re-
 rum odiumque theologicum vastat, abripi se patiatur. In *pro-
 legomenis* de argumento & ambitu, de necessitate & Scriptori-
 bus recentioribus, nec non de nævis historię ecclesiasticæ, eru-
 dite disserit, & quatuor constitutis epochis, ab Augusto ad
 Constantinum M. ab hoc ad Carolum M. deinde ad reforma-
 tionis tempora, & hinc ad nostram ætatem, methodum natura-
 lem secutus, per sæcula progreditur. In quovis autem sæculo
 distinctis capitibus scriptores ecclesiasticos, ecclesiæ propagati-
 onem & statum, doctrinam catholicam, ceremonias & ritus,
 hæreticos, concilia, schismata, persecutiones, & denique res
 Judæorum ac Gentilium persequitur, nec quicquam facile præ-
 termittit, quod scita necessarium, sano ac moderato ubivis ju-
 dicio usus. Singula jam perlustrare Sæcula nostri non patitur
 insubriti ratio; ex sæculo tamen quarto, cui recensendo pluri-
 ma

num operæ impendit, itemque ex sæculis recentioribus pauca quædam delibare liceat. Sæculi quarti scriptores ecclesiasticos dum magno numero *Cap. I* exhibet, & quæ scripta genuina sint, nec ne; quæ cujusvis auctoris præstantissima; quæ editio optima sit, & id genus alia litteraria & critica, ex insigni apparatu suo liberaliter exponit; inter alia sub ascitio Johannis Phereponi, qui Parisinam operum Augustini editionem Antwerpia cum notis recendi curavit, Clericum; & de Riviere, editionem hanc a Benedictinis adornatam vindicantis, nomine Montfauconium latere indicat. In *Cap. II* ecclesiæ faciem externam immutatam, & propagationem depingens, relationi de cruce, a Constantino M. visa, a Jacobo Tollio notam fabulæ perperam inuri testatur. Doctrinam vero, disciplinam, ritusq; hujus Sæculi ecclesiasticos in *Cap. III* justo ordine recenset; & hæreses ac Schismata in *Cap. IV* perstringit; in illis Arii sententiam & Arianorum sectas, in his schisma Donatisticum quam maxime notans. Conciliis deinde hujus sæculi, & œcumenicis, Nicæno & Constantinopolitano, & particularibus *Cap. V*, nec non persecutionibus variis *Cap. VI* enarratis, in *Cap. VII* alias res, ad Sæculum hoc pertinentes, tradit, e. g. statum monasticum hoc ævo magna sumsisse incrementa: fabulam redolere inventionem & exaltationem crucis Dominicæ &c. memorabilem esse Theodosii Magni victoriam & publicam pœnitentiam: ab eodem Imperatore ethniciisum penitus esse proscriptum: Judæos, templum Hierosolymitanum denuo extruere frustra conantes, plenissimo religionis exercitio & summa in hoc sæculo usos esse licentia, christianorum Imperatorum legibus intra angustiores limites postea constrictos. Ex recentioribus sæculis tantum observamus: Bellarminum sub Matthæi Torti nomine juramentum fidelitatis, a Jacobo I Rege Angliæ subditis imperatum, impugnasse: ecclesiam Anglicanam in duas partes, rigidiorē alteram, alteram moderatiorē, esse divisam, quarum prior in duas iterum sectas abiit, altera successionem episcopalem sub Episcopis, a Wilhelmo III in locum eorum, qui juramentum fidelitatis præstare volebant, & propterea ab officio removebantur, surrogatis, concedente; altera negante.

K

Et

Et conferri utique merentur, quæ de lite pietistica, de viris vel atheismo, vel enthusiasmo, famam haud vulgarem consecutus, Julio Cæsare Vanino, cujus defensionem Arnoldum fatis infeliciter suscepisse testatur, Benedicto Spinosa, Petro Bælio, Valentino Weigelio, Iacobo Boehmio, & aliis, distincte satis refert.

Hiscæ institutionibus Cel. Auctor non solum in gratiam studiorum tabulas historię ecclesiasticę, in quibus Imperatores, Pontifices, Hæretici, Concilia, Scriptores ecclesiastici & memorabilia, distinctis ordinibus, exhibentur: sed etiam eruditissimam de liturgiis, missalibus, agendis & libris ecclesiasticis *disquisitionem* adjecit, cujus potiora capita paucis adhuc exponemus. Summam hujus argumenti studiique liturgici utilitatem, & in prologo, & in *ἐπιμύθησιν* sequentibus argumentis demonstrat, videlicet, quod ex liturgiis cultus Ecclesię veteris publicus & in specie doctrina de sacramentis optime cognosci, quod non solum eruditorum curiositas hoc studiorum genere suaviter pasci, sed & singulorum Christianorum pietas instrui & excitari, quod denique Romanensium praxis & doctrina ex liturgiis solidissime enervari possit, commendato Jo. Aymonio, qui precationum missaticarum lectione ad sacra mutanda commotus, metamorphosin religionis Romanę peculiari libro adseruit. Quod ultimum argumentum ut evidentius ostendat, canonem missę Romanum apposuit, & talia in eo reperiri, notis subjectis, evincere conatus est, quæ meritum operum, purgatorium, transubstantiationem ac sacrificium corporis Christi repetitum jugulent, præsentiamque hujus eucharisticam, in usu demum se exferentem, confirmet. Ipsa vero dissertatio in tria capita est distincta, quorum *primum* liturgias, seu libros ecclesiasticos *græcos & orientales* receperet, docetque, ab ipso Christo in primæ sanctioris cœnæ celebratione nonnulla ex præstationibus Iudeorum paschalibus & eucharisticis desumpta; & verba: *sumite, edite, hoc est corpus meum*, non in consecratione, quæ precibus absoluta fuit, sed in distributione demum prolata: liturgiam vero sub nomine Christi, a Jo. Mich. Wanslebio & Jobo Ludolfo Æthiopica lingua editam, itemque liturgiam Jacobii,

eobi, Petri, Matthæi & Marci, nec non Barnabæ & Clemen-
 tis Romani, primitus ita nuncupatas esse, non quod a Viris,
 quorum nomina præfixa habent, conscriptæ, sed quod in ec-
 clesiis, in quibus illi primi fuisse dicuntur Episcopi, celebratæ
 fuerint; ideoque liturgiam Jacobi esse Hierosolymitanam; Marci
 Alexandrinam; Petri Romanam: & propterea hæc liturgias
 maximæ semper autoritatis fuisse. Tum de liturgiis *Basiliæ &*
Chrysostræ, quibus Græci communiter utuntur, utut variis
 modis interpolatis, *Gregorii Theologi, Cyrilli Alexandrini &*
Gregoriorum Pontificum Romanorum differit; & liturgias *ori-*
entales, quas e Græcis vel translatas, vel desumptas esse, cum Ri-
 chardo Simone contendit, in Nestorianorum & Monophysi-
 tarum liturgiis dispertit, & quænam editiones vel jam exstent,
 vel adornentur, studiose commemorat. In recensendis vero li-
 bris Græcorum ecclesiasticis ad Leonem Allatum, quem cele-
 berrimus Fabricius illustravit, & Guil. Caveum provocat, ad
 quem ultimum varias hoc loco pereruditas annotationes sup-
 peditat. In *Cap. II* liturgias *occidentales* enarraturus, de li-
 urgia *occidentali & Africana ante Gelasium Pontificem* usurpa-
 ta, multa sine temeritate haud dici posse, cum Mabillonio fate-
 tur, & a primis Christianæ religionis temporibus plurimas in
 ecclesiis occidentalibus, easque subinde diversas, ex Græcorum
 tamen formulis desumptas, in usu fuisse liturgias, a vero non ali-
 enum censet. Missam deinde *Ambrosianam* commemorat, cer-
 te antiquissimam, & in Mediolanensi ecclesia adhuc hodie cele-
 brari subinde solitam, atque a Bona, Caveo & Mabillonio de-
 scriptam: qua occasione quid de Ambrosii libris de initiandis
 & de sacramentis iudicandum sit, exponit. Ad Missam porro
 progreditur *Gelasianam*, quam Josephus Maria Thomæus pri-
 mus sibi edidisse visus est; Jacobus Basnagius autem Gelasio lon-
 ge inferiorem esse & ad sæculum X pertinere, contendit: cujus
 sententiam S. R. Autor hoc argumento confirmat, quia Gregori-
 us M. sit L. 7 ep. 64, se canoni missatico orationem adjecisse
 dominicam, quæ in eodem hætenus non exstiterit; hinc eam
 in Gelasiano codice non inveniri oportere sequitur, quæ tamen
 in illo, quem Thomæus edidit, habetur. De liturgiis *anti-*

quæ Gallicanæ a Thomasio & Mabillonio editis, quæ variè sunt, dum disputat, Flacii errorem detegit, qui e codice Argentinensi veterem liturgiam Gallicam cum se edidisse existimaret, ipsam Romanam edidit, variis orationibus interpolatam. Ipse vero S.R. Autor veterem liturgiam Gallicanam singularem nullam existisse arbitratur. Missam *Gregorianam*, in qua invocationem Spiritus Sancti abolitam esse dolet, in ecclesia Romana priumum receptam, postea vero in Anglicanam, Gallicam, Hispanicam & Germanicam ecclesiam invecram esse docet; & Sacramentarii Gregoriani editiones, a Caveo enarratas, hoc loco supplet. De Missæ *Gothicæ*, a Regibus Gothis, Hispaniæ quondam dominantibus, sic dictæ, quæ etiam *Mazarabica* dicitur, eo, quod Christiani ab Arabibus quondam *Mixtarabes* vel *Mozarabes* dicebantur in Hispania, autore non una est eruditorum sententia, aliis pro Isidoro Hispalensi, aliis pro Leandro Hispalensi militantibus. Et hæc in Hispania aliisque provinciis, Gothorum regno subjectis, viguit, donec sæculo XI a Gregorio VII abrogata fuit, licet in Concilio Tolosano populus fortiter resisterit, & cum contentio ex composito finienda esset duello, eques, Gothicæ liturgiæ defensor, prælio superior exierit: quod infra ex Basnagii dissertatione de duellis annotabimus, & in hac disquisitione ex annalibus Gallicis Tolosanz civitatis confirmatur. Tum Autores, qui ritus missæ & officiorum divinatorum rationes exposuerunt, magno numero exhibentur, nec non reliqui libri ecclesiastici Latini, de quibus Nic. Petr. Sibbern commentatus est, cujus tamen libellum se non vidisse fatetur, utpote missalia, ritualia, gradualia, ceremonialia, pontificalia, sacerdotalia, pastoralia, benedictionalia, manualia, processionalia, exequialia, pœnitentialia, itemque breviaria, officia, litaniz, lectiones, hymni, Psalteria, antiphonaria, & qui de formulis antiquis scripserunt, copiose recensentur. Inter alia formulam ΚΤΠΙΕ ΕΛΕΗΧΟΝ gentilibus quondam usitatam fuisse, inprimis testimonio Epicteti probatur, apud Arrianum l. 4 cap. 7 dicentis: τὸν θεὸν ἐπικαλέσμενοι δεόμεθα αὐτῷ Κύριε ἐλέησον. Denique Cap. III liturgias *Protestantium* Germanicas, quas inter agmèn ducit formula missæ Wittebergenfis

genſis a B. Luthero A. 1523 conſcripta, Danicas, Suecicas, Finnicas, Anglicanas, breviter perſtringit, cui vel ex ſumme Reverendi J. A. Schmidii diſſertatione academica de Agendis eccleſiaſticis, & catalogo Agendorum Eccleſiaſticorum ei annexo, ſupplementum aliquod facile poſſet. Sed verendum nobis utique eſt, ne modum jam exceſſerit reſenſio noſtra. Seriis tantummodo precibus a benigniſſimo Numine efflagitamus, ut per ipſius gratiam ſumme Reverendo Autori ſufficientes animi & corporis vires ſuppetant, quo plenius hiſtoriz eccleſiaſticæ Syſtema, in præſatione hujus compendii promiſſum, rite conficere & feliciter abſolvere queat.

TRAITE DU PYRRHONISME DE L' EGLIſe Romaine,

b. e.

DE SCEPTICISMO ROMANÆ ECCLEſiæ liber, Autore IOANNE LA PLACETTE, Theologo Hafnienſi; e Latino in Gallicum ſermonem traductus a NICOLAO CHALAIRE.

Amſtelodami, in officina Jac. Desbordes, 1721, 12.

• Plag. 22.

Qui pluribus moraliſ argumenti libris immortale ſibi nomen comparavit, *Placettus*, cum ingenii ſui acumen ſufficere ſentiret etiam theoreticis quaſtionibus pertractandis, tria potiſſimum componere conſtituerat opera adverſus Pontificios. Primo ſex libros deſtinavit excutiendæ illi quaſtioni, *an errare poſſit Eccleſia?* Hujus Operis particula aliqua prodiit ſub titulo *Obſervationum hiſtorico-eccleſiaſticarum*, quæ (a nobis anno 1695 p. 452 reſenſitæ) cum cumulate ſatiſfecerint Proteſtantis Eccleſiæ vel eruditiffimis Theologis, non dubium eſt, quam optime de Eccleſia noſtra meritorium eſſe, qui & reliquas iſtius Operis partes (nam totum Opus abſolutum eſſe jam dudum, ipſe Placettus in hac ſua Præſatione docet,) in lucem produxerit: imo per omnia ſæcula rogamus cimeſii hujus poſſeſ-

possessorem, ne diutius orbem Christianum carere patiarer tam egregio, ut jure auguramur, thesauro. *Altero* Opere Placcetus impugnaturus erat Romanæ Ecclesiæ infallibilitatem: atque hoc ipsum est opus, quod recensituri sumus. *Tertio* demonstraturus erat, religionem Protestantium immotis niti fundamentis, & nihil a nobis credi, quod non firmiter probari possit. Hoc opus an ad finem perduxerit, nescimus.

Accedimus ad opus ejus *de Pyrrbonismo Rom. Ecclesiæ*, in quo demonstrare conatur, nihil omnino esse, quod stantibus suis hypothesebus, certa firmæque fide persuadere sibi possint Pontificii. Nec adeo ei curæ est, ut demonstret, Pontificios esse revera Scepticos, nihilque ex animo credere, sed id agit, ut probet, eos, si mens non laxa esset, fore Scepticos, quippe cum ipsis per hypotheses suas non liceat ullo loco pedem figere, & quicquam pro certo & explorato amplecti. Unde *Capite ultimo* concludit, *Pontificios, cum tot sibi suppetere gloriantur inconcussa fidei firmamenta, ne unum quidem, quod sit solidum, habere, & quæ credunt, pertinaciter quidem, sed non certo ac firmiter credere.* Ostendit autem Autor, se in lectione Scholasticorum, maxime juniorum, fuisse versatissimum. Imo in Præfatione docet, parum esse promoturum, quisquis hæserit in solis contraversiarum tractatoribus. Unde Dallæum, ait, Albertinum, & Ludovicum le Blanc, assiduos illos Scholasticorum lectores, multum præstitisse in theologia polemica; cæteros sæpissime commisisse ignorationem elenchi. Cæterum si dixerimus, Autorem toto opere demonstrasse adversus Catholicos, Ecclesiam posse errare, nihil a vero alienum dictum fuerit.

Prodiit autem hoc Opus initio Anglica lingua, ut ex ipsius Autoris Præfatione discimus. Hinc Latino sermone ab ipso emissum fuit A. 1696, quam editionem in his Actis A. 1697 p. 264 sqq. recensitam videre licet. Cum igitur nunc prodierit versio ipsius Gallica, nihil aliud faciendum nobis putavimus, quam ut adhibita diligentia consideraremus, an illa recensio sit accurata, faciemque totius operis ita repræsentet, ut satisfactum videri possit lectoribus Theologiæ polemicæ studiosis. Deprehendimus vero, recensione illam esse accuratissimam, adeoque

que a nova recensione nobis abstinendum esse. Quod ad Gallicum interpretem attinet, ex ejus Præfatione id commemorandum ducimus, ipsum Placetum paulo ante obitum suum in optatis habuisse, ut hic liber transferatur in linguam Gallicam, doctissimumque Chalaïrium eo promptius hunc laborem suscepisse, quod crederet, versionem suam hoc tempore, quo in Ecclesia Romana omnia perstrepunt controversiis de Constitutione *Unigenitus*, ac Papæ infallibilitas majorem in modum vacillat, esse opportunissimam.

ANTHOLOGIA LATINA, HOC EST, EPIGRAMMATA, PARTIM E PRISCIS, PARTIM JUNIORIBUS E POETIS non tam collecta, quam selecta a CHRISTOPH. AUG. HEUMANNO.

Hanoveræ, apud Nic. Færsterum, 1721, 8.
Plag. 6.

Non juventuti solum studiosæ, sed quibusvis elegantiz cultoribus gratum se facturum speravit, Cl. Collega noster, si exemplo *Anthologiae Græcæ*, quæ exstat, Latinam conficeret Anthologiam, non tamen quicquid est epigrammatum, in unum corpus congerens, sed selectiora exhibens, ut scilicet ista non tam *συλλογή*, quam *ἐκλογή*, majori jure vocetur *Anthologia*. Præmisit *præfationem* satis longam, in qua naturam describit & indolem epigrammatis, quod definit *carmen breve, salis, spiritus, & elegantia plenissimum, poema palmarium ac poetici ingenii* (chef d' oeuvre) *conamen ultimum*. Ostendit hic diligenter fontes argutiarum, ita tamen, ut facile appareat, eum nec Scaligeri nec Vavassoris compilasse scripura. Hinc de præcipuis epigrammatum scriptoribus fert judicium, de *Vavassors*, quem ait suo exemplo docuisse, facilius esse, præcepta dare scribendis epigrammata, quam scribere; de *Nic. Reusnero*, de *Stigello*, de *Ios. Scaligero*, de *Sarbievio*, de *Comringio*, *Aufonto*, *Prudentio*, *Claudiano*, *Catullo*, *Polisiano*, *Sabino*, *Beza*, *Mureto*, *Boxhornio*, *Drieschio*, *Martiano*, *Owenum*, & *Morbofium* censet in tantum emiseri inter cæteros, ut consueti e videantur.

p. 17.

tur triumviratum epigrammaticum: laudans tamen & *Werenfelsii* singularem in hoc genere felicitatem. Sub finem Præfationis aliquot a semet ipso composita exhibet epigrammata, e quibus unum libet hic repetere:

In consilia Henotica, sive in Unionem, quam vocant, religionum.

UNIO κατ' ἀνάγκην. NOVI, item IUNO.

NOVI quid UNIO sacrorum parturit?

An IUNO fallat forte vanâ nebulâ?

P. 47.

Accedimus ad ipsam *Anthologiam*, in qua exhibentur epigrammata *Martialis* (qui & aliquot locis explicatur, itemque emendatur, inter quæ loca eminent emendatio & illustratio libri X *epigr.* 21) viginti tria, *Ausonii* duo, *Politiani* quinque, *Owenti* quinquaginta novem, *Sabini* octo, *Reusneri* sex, *Beza* sex, *Muretii* quatuor, *Sarbievii* tria, *Boxhornii* quatuor, *Vavassoris* totidem, *Conringii* unum, *Morbosii* duodecim, *Werenfelsii* septem, incertorum autorum quatuor, *Io. Lud. Fabri* unum, *Hortensii Mauri* unum. Corollarii instar subnexuit ex *Reusneri Enigmatographia* epigrammata ænigmatica duodecim, quibus adiunxit perelegans *Barlei* de tabaco ænigma, depromptum ex *Wagenfelsii Pera juvenili*.

JOH. HENRICI MULLERI, IN UNIVERS.

Altorfina Philos. Nat. & Mathem. Professoris Publici Collegium experimentale &c.

Norimbergæ, sumatibus Wolfgangi Mauricii Endteri, 1721, 4.
Alph. 1 plag. 18 Tab. æn. 14.

Prolixus, qui libro præfigitur, titulus scopum Cl. Autoris abunde loquitur. Explanare nimirum ac illustrare constituit Artem experimentandi, præmissa brevi ejus delineatione, ac potioribus ævi recentioris inventis ac speciminibus de aere, aqua, igne ac terrestribus, eamque ad genuinum scopum, usumque accommodare intendit. Ob cognitionem appendicis loco adjecit orationem de dissertationibus, in quibus observationum, experimentorum, artificiorum, totiusque adeo praxeos *Physicæ & Mathe-*

Mathematicæ indoles, differentia, scopus & usus pluribus declarantur & circa processum experimentandi specialia quædam afferuntur. Vidimus, quæ titulus insinuat: quænam in libro intus contineantur, videamus. Utitur Cl. Autor methodo Geometricis familiari, quantum rei natura patitur: rigorosas enim demonstrationes expectandas non esse in præfatione monet.

Artis experimentandi delineatio Prolegomenorum locum tuetur. Definit eam per habitum instituendi experimenta: *experimentum* vero per tentamen, quo quis explorat & oculari demonstratione ostendit, quid & quantum corpus naturale in certo statu, quem artificis arbitrium hunc in finem disponit, agere vel pati possit. Objectum adeo experimenti constituit corpus in statu artificiali, ut experimentum ab observatione distinguat, ubi in statu naturali idem contemplantur. Ab experimentorum etiam numero excludit, quod in statu artificiali consecuturum rationibus & experimentis convicti prævidimus. In hac arte neminem versari ait feliciter, nisi Matheseos subsidio utatur, cum virium naturæ quantitas æstimanda potissimum, veniat. Eidem satisfieri, si quidem phænomenorum existentia sufficienter stabilietur, ab ea alienum esse in rationes inquirere. Statum artificialem vocat, in quo Corpus ab humano artificis arbitrio constituitur: quod quibus modis fieri possit, declarat. Axiomate utitur unico, corpus se. naturale non nisi sub certis conditionibus & circumstantiis prodere, quid & quantum agere vel pati possit unde corollaria quædam practica deducit. Subjicit problema unicum: praxin scilicet & processum indicare, juxta quem ars experimentandi via simplicissima rerumque naturæ convenientissima inchoari & ad possibilem consummationem provehi potest.

Collegium experimentale ipsam Cl. Autor in quatuor partes dividit. Parte prima experimenta de aere describit, & quidem c. 1 ea, quibus aeris existentia & materialitas demonstratur, c. 2 alia, quæ ex varia loci situsque mutatione institui possunt, quo e. g. refertur vesica sub campana vitrea suspensa & aere exhausto immiscens; c. 3 illa, quibus aer densior redditur per compressionem, & c. 4 cetera, quibus calore rarior evadit. Descri-

L

buntur

buntur quoque in hac parte machinæ hydraulicæ, in quibus aquarum motus ab aere pendet, cumque *Franciscus Tertius de Lanis* tormenta pneumatica inter desiderata referat, Noster contestatur, artificem quendam Norimbergensem, quem vernacula *Noth-Schmidt*, hoc est, fabrum orichalcicum vocamus, revera tale confecisse. Parte secunda ad aquam progreditur, ubi e. 1 experimenta affert circa aquam ab aere incumbente variis modis liberatam; c. 2 alia ad indagandas aquæ qualitates & affectiones, e. gr. quod calore dilatetur; c. 3 adhuc alia de aquarum motu, ubi machinæ nonnullæ hydraulicæ describuntur. Parte tertia ad ignem accedit, cujus duas inprimis facultates considerat, urendi nimirum & illuminandi. Caput I inscribit de experimentis, quæ circa ignem ex varia loci aliarumque circumstantiarum mutatione institui possunt. Huc e. gr. refert prunarum in vacuo phænomena. C. 2 experimenta describit circa ignem in loco tenebrioso constitutum, ubi inter alia experimenta definit decrementum luminis divergentis in qualibet distantia data, radiis crassioribus per foraminula circuli chartacei transmissis & æquali plano in variata distantia exceptis, quotquot capere potuit. C. 3 lucis a speculis factam reflexionem, C. 4 vero ejusdem refractionem illustrat. C. 5 lentium proprietates examinat, ubi etiam de Camera obscura, C. 6 visionis rationem experimentis declarat. Sequuntur C. 7 microscopiorum & C. 8 telescopiorum phænomena. C. 9 subdit Cl. Autor laternæ magicæ phænomena atque polemoscopii: C. 10 vero polyhedri, globi vitrei aqua repleti, prismatis trigoni vitrei, ubi & *Newtonianorum* de diversa radiorum refrangibilitate experimentorum mentionem facit. Parte denique quarta experimenta de terrestribus in scenam producit & nonnulla miscellanea, quæ ad superiora commode referri non poterant. Caput I inscribit de experimentis, quæ circa terrestria in genere ex mutatione loci institui possunt, ubi de diversa corporum gravitate specifica & eorundem in aqua gravitatione seu, ut cum *Archimede* loquamur, de insidentibus humido differit. C. 2 phænomena gravium recenset a calore & frigore alteratorum. C. 3 alterationem corporum ab humore contemplatur, ubi de hygroscopiâ

scopiis seu hygrometris verba facit. C. 4 indagat, quid in corporibus contingat, quando ex mutua collisione sonum edunt, ubi & de tuba stentorea. C. 5 potiora circa magnetem experimenta sinit. C. 6 Mercurium in tenebris lucentem producit una cum aliis phosphorum generibus. Caput denique ultimum experimentis quibusdam miscellaneis impendit, ubi potissimum de animalibus in vacuo & veterum experimento de quatuor elementis agit.

In Appendice primo loco occurrit programma de speculis uranicis celebrioribus. Sequitur oratio de duplici praxeos physice & mathematicæ scopo. Colophonem imponunt theses extemporaneæ usum rationemque experimentorum in perficienda historia naturali indicentes. Ceterum cum tam experimenta, quam propositiones, quæ iisdem illustrantur, in philosophia experimentalis versatis non ignota sint, ut quædam specialius recensentur, minime opus esse videtur.

*PRODROMUS PRINCIPIORUM RERUM
naturalium sive Novorum Tentaminum Chymicæ & Physicæ
experimentalem Geometricè
explicandi.*

Amstelodami, apud Joannem Oosterwyk, 1721, 8.

Sumtibus Autoris.

Plag. 14 Tabb. zn. 15.

Autor hujus Prodromi est Vir amplissimus *Em. Swedenborgius*, Collegii metallici in Suecia Assessor. Theoriam metallorum, salium & elementorum conditura contulit experimenta a *Boyleo*, *Hiarnero Sueco*, *Burhavio*, *Lemmerio*, aliisque, tum etiam a se ipso facta, Geometriam de indagazione causarum consuluit & tandem principia formavit experimentis convenientia. Antequam opus ipsum ederet, placuit Cl. Autori sub Prodromi titulo quædam inde excerpta speciminis loco publici juris facere, intelligentium judicis exploraturo.

Primum itaque ex parte Operis octava diversos particularum

L 2

rotun-

rotundarum situs representat. Primo loco occurrit situs verticalis, ubi particula una alterius vertici incumbit. Demonstrat Cl. Autor, volumen integrum esse ad spatium globalis æqualibus repletum ut 21 ad 11, adeoque plenum ad vacuum ut 11 ad 10. Succedit situs triangularis, quem vocat, primi generis, ubi basis particularum in situ triangulari & superiores jacent in verticali. Est hic plenum ad vacuum ut 88 ad 53. In situ triangulari secundi generis planum particularum verticale est simile horizontali antea definito & plenum ad vacuum ut 357 ad 161. In situ triangulari tertii generis tria plana sunt parallelogramma & spatium plenum ad vacuum ut 563 ad 157. In situ triangulopyramidali fixo globus unus incumbit tribus & plenum ad vacuum ut 2464 ad 917 seu ut 27 ad 10 fere. In situ pyramidali fluido superior quidem etiam incumbit tribus inferioribus, sed particulae a contactu distant æqualibus spatiis: plenum ad vacuum ut 2376 ad 2828. In situ quadrato-pyramidali fixo globus unus incumbit quatuor inferioribus & plenum ad vacuum ut 110 ad 37 vel ut 3 ad 1 fere. In situ denique quadrato pyramidali fluido five situ naturali particulae inferiores æqualiter a se invicem distant & superiores in interstitiis inferiorum jacent: plenum ad vacuum ut 44 ad 19. Has rationes ex principiis communis Geometriæ beneficio calculi analytici deducit. Ostendit etiam, quomodo in casu situs quilibet obtineat & situs ipsos inter se confert quoad plenum & vacuum in singulis. Ex parte nona theoriam aquæ adducit, ubi totus est in Geometria particularum aquæ exponenda. Utitur hic terminis, quos dubio procul in ipso opere explicat. Sed iis ignoratis obscura sunt, quæ de figura particularum aquæ differit. Apparet tamen, quod rotundas atque cavas statuat, quarum superficies aliis rotundis minoribus obfessa sit, materia ignis subtili per interstitia fluitante ac unam ab altera separante. Situm iis tribuit naturalem five quadrato-pyramidalem fluidum. Affert alia de motu particularum aquæ, quem in naturalem, centricalem & localem distinguit. Tandem earundem pressionem examinat, ubi monet, unam particulam premere 4 inferiores & 4 superiores premere 9 & ita porro. Pressionem eandem esse versus latera & fundum atque

ad

ad omnia latera æqualem : unde alia per modum corollariorum concluduntur. Recenset colophonis loco 47 experimenta de aquis, quorum demonstrationes geometricæ in ipso opere occurrant. Ex parte decima quædam promit de figuris interstitiilibus aquæ in situ quadrato pyramidali fixo, quem tribuit particulis in fundo maris. Considerat hic potissimum spatia vacua inter particulas relictæ, quorum alia cavo-quadrata, alia cavo-triangularia efficit & eorum ad particulas aquæ rationem definit, tum quoad molem, tum quoad pondus. Pars undecima theoriam salis communis sistit. Particulas salis ab ipsis aquis nasci & in illarum interstitiis formari, consequenter figuram eandem cum interstitiis habere statuit, nempe uno quadrato & aliquot triangulis constantem, octo quidem, si perfectissima sit. Particulæ altitudinem esse ad semidiametrum particulæ aquæ ut 4 ad 5; particulam cum octo triangulis ad aquæ particulam ponderare ut 2 5 ad 9, & 9 particulas salis communis generari a dissolutione 2 5 particularum aquæ. Gemina his ulterius affert de fluiditate particularum salis communis in aqua, de ejus chrySTALLISATIONE, de pondere massæ salinæ, de solutione salis per aquam, de pondere solutionis salis, de evaporatione solutionis salis, de fractione particularum salis communis, de ejus destillatione tandemque de combinatione salium fractorum. Ob multiplicem terminorum novorum usum haud commode specialia in medium proferre licet. Ut tamen aliqua delibemus, ex Nostri sententia concavitas particulæ salinæ plane applicatur convexitati particularum aquæ; una salis particula obsidetur in aqua a sex particulis aqueis, nec aquæ volumen auget, sed interstitia tantum vacua occupat. Parte duodecima sequitur theoria acidi, quod nihil aliud esse putat quam acumina salis communis: unde particulis salis acidi tribuit figuram triangularem, sed ad dimensionem particulæ aquæ excavatam, hoc est eam, quæ sit interstitiorum 4 particularum aquæ Arcum unius acidi esse 60 graduum, sed via brevissima nonnisi 45; semidiametrum ejusdem esse ad semidiametrum particulæ aquæ ut 4 ad 7, altitudinem illius ad semidiametrum hujus ut 3 1 ad 49, pondus unius acidi ad pondus particulæ aquæ ut 5 ad 18. Mittimus, quæ de destil-

latione liquoris acidi, de conjunctione acidorum & diversis illorum generibus, de combinatione acidorum cum aliis salibus, de pondere spirituum acidorum, de vi menstrui acidorum in aqua, & de jactura virium menstrui extra aquam, itemque de speciebus chrySTALLIFICATIONIS acidi enunciat. Parte decima tertia theoriam nitri explanat. Nitri particulam angularem esse putat, quæ intrinsecus habeat volumen materiæ subtilis, inque superficie transposita esse acida; quæ ope aliarum circumprementium in formam nitri translata sint. Materiæ subtilis particulas esse bullares ac ope motus dilatari & comprimi posse. Duodecim particulas aqueas circa unum nitrum locum habere. Diametrum voluminis inclusi esse æqualem diametro aquæ & unam nitri particulam ad unam aquæ ponderare ut 4 ad 1. Mittimus hic quoque, quæ de origine particularum nitri, de ejus fluiditate in aqua, de evaporatione solutionis, de chrySTALLIFICATIONE, de pondere chrySTALLORUM, de horum in aqua solutione, de volumine ac pondere solutionis, de destillatione, calcinatione, natura vegetativa nitri in hac theoria occurrunt. Parte decima quarta olei & salis nitrosi volatilii theoriam struit, non tamen integram, sed exiguam tantum ejus partem: ubi magnus quoque recensetur experimentorum numerus. Appendix additur, regulas quasdam generales de transparentia, coloribus albis, rubris & flavis continens, quas ex sua luminis & radiorum theoria desumptas arbitratur. Scilicet nullas dari in orbe sublunari particulas, quæ non sint natura sua transparentes: si anguli reflexionis varie confundantur in particulis transparentibus, albedinem oriri: si superficies particularum varii generis particulis variegetur, oriri rubedinem; si albedo cum rubedine misceatur, flavedinem. Parte vigesima quinta, quæ ultimam Prodrumi hujus partem constituit, theoriam plumbi contextit, specimen de metallis traditurus, ut veritas theoriarum elementorum ac salium elucescat. Particulam plumbi consistere arbitratur globulis & quadratis metallicis, quæ in unum corpus coaluere. De globulorum & quadratorum metallicorum formatione sigillatim tractat, sed multis

denovo

de novo citur terminis novis, quorum nimis proluxa foret explicatio: quæ etiam ratio est, quod a speciosioribus recensendis abstinemus. In genere tenendum, Cl. Autorem rationes a priori reddere conari eorum, quæ per experimenta stabiliuntur, & quidem rationes ultimas petere a particularum figuris, magnitudinibus, ponderibus, ac interstitiis. Magno usus est ingenio, nec minore industria: quantum vero veritatis in theoriis suis fuerit affectus, aliorum esto iudicium.

GUALTERI HARRIS, COLLEGGII REGALIS Medicorum Londinensium Socii & Chirurgiæ ibidem Professoris, Dissertatio de Peste; cui accessit Descriptio inoculationis variolarum.

Londini, impensis Guil. & Joh. Innys, 1721, 8.
Plag. 3.

CUM Pests in Galliæ parte Meridionali sævire nondum desinat, nec Angli desistant Medici sua suppeditare consilia atque media, quibus dira hæc lues vel a sinibus suis Insulæ arceri, vel si infecta fuerit, in tempore extirpari queat. Post tractatus enim, quos huic in finem haud ita pridem D. Mead, D. Browne, D. Bradley, D. Quincy & alii ediderunt, a nobis anno superiori Mense Septembri pag. 406 seqq. recensitos, Clarissimus Harris, cujus nomen vel ex his Actis ignotum esse haud potest, suarum duxit esse partium ad salutem publicam tuendam aliquid conferre, in senio licet, sed vegeto, constitutus. Proposuit scilicet sibi in hac dissertatione quædam ad pestem spectantia perstringere, quæ conducere quodammodo possint curando tam sævo morbo. Pests Massiliensis, a qua reliquum in Gallia contagium ortum duxerat, causam naturalem, si non principalem in rei frumentariæ inopiam rejicit. Cum enim provincia illa vineis & olivetis constet, aratri frugibus plurimum destituta, hinc ex Italia, Genua, & Barbaria annonam advehi sibi curet, numerata vero pecunia propter novam ejus in schedulas incerti valoris metamorphosin, quas mercatores peregrini pro frumento solvendas accipere noluerunt, penitus fuerit orba-

orbata, duo hostes internecini, *λιμός & λοιμός* illos populos conjunctim interficere, conspirarunt. Primam pestis calamitatem esse notat, quod omnes inquilini in eadem degentes domo, simulac infectum aliquem esse patescit, incarcerentur, & aere salubri ac sereno frui prohibeantur; cum consultius fuerit & humanius, si sani ab infectis quamprimum separarentur, & in domos quasdam, tabernacula, aut tentoria extra urbem a magistratu assignanda, cito relegarentur, ubi annona debita instructi per aliquot tempus, e. g. quadraginta dies, asservarentur. Alteram pestis calamitatem vocat errorem non magis popularem, quam fatalem, qui ut plurimum in ejus curatione committitur, dum febrim ejusmodi inflammatoriam medicamenta acria, caustica, magisque inflammantia opponuntur. Putat autem, in primo morbi insultu emetica non esse negligenda, utpote quæ nausea, vomitus, cardialgia, & alia ventriculi symptomata, ut putridarum aliarum febrium, ita & pestis primordia concomitantia, indicent; pro quo scopo tartarum emeticum, vitriolum album, vel radicem ippecacuanhæ commendet. Et cum alexipharmaca eum in finem propinentur, ut sudores salubres eliciant, morbumque in internis & principibus corporis partibus sævientem a centro ad peripheriam propulsent & expellant, tutiora in promptu esse existimat, temperata scilicet diaphoretica, e. g. testacea, quæ cum bolo Armena, antimonio diaphoretico & pauco sale absinthii exhibita inflammationes pestilentiales non augeant, sed mitigent. Et quanquam sudores perquam facile in peste moveri soleant, ægrorum tamen pervicaciam execratur, ob quam eosdem satis diu suscinere detrectant, quod tamen maxime necessarium est. Sin vero calida medicamenta exhibere fas sit, radicem Serpentariæ Virginianæ in exili dosi propinatam omnibus aliis præfert. Hinc theriacam & mithridatium damnat propter opium, somnum invitans, qui tamen sub hoc sudoris regimine quam maxime est evitendus: Diacordium tamen Fracastorii admittit. Si partem quandam magnus affligat dolor, emplastrum Angeli Salz ad anthracem vel diachylum cum gummatibus pro tumore in glandulis promovendo & maturando commendat. Cumque resocilla-

illatioque opus habeant ægri, spiritum cornu cervi vel haustum vini Comariensis aut cujuscunque Hispanici, Gallici, Italici, vel Lusitanici, modo purissimum & generosum fuerit, calefacti eum in finem imperat; venesectionem vero periculo plenam vocat. Pro prophylaxi, si fugam capefferent rerum domesticarum ratio minus permittat, fonticuli ut aperiantur, etiam atque etiam suadet, imo Medicum quendam in Hungaria inter infectos conversatum, incolumem se conservasse duobus setaceis utriusque inguini applicatis refert. Præterea frustulum myrrhæ in ore detineri, fumum nicotianæ graveolentis, aquam salitam hauriri, fasciculum foliorum rutæ naribus adhiberi, enulæ campanæ aliquantulum deglutiri, ac Electuarium præservativum Hermannii van der Heyden quandoque usurpari haud sine fructu posse existimat.

De Inoculatione Variolarum dum agit clarissimus Harris, illum commemorat morem inter Constantinopolitanos a quinquaginta circiter annis receptum, quo infantibus benignas per transplantationem communicant variolas, ut eam subeuntes ab ulteriore metu morbi redituri & ab omni periculo variolarum deteriorum præserventur. Quemadmodum autem illum in Actis his Anno 1714 Mense Augusto pag. 382 descripsimus, ita jam solum ex Autore nostro notamus, varia eum allegasse exempla infantum, in quibus operatio hæc bene successit, insimulque dolere, Emanuelem Timonium, cujus benevolentia fideque Europæi enchireseos hujus participes facti fuerunt, quique in ampla fortuna constitutus ac in nuperis itineribus, Doctoratum in Medicina tam Patavii quam Oxonii consecutus & ab ipso Turcarum Imperatore ad Archiatri munus, quod quidem prudenter detrectavit, invitatus erat, vitæ suæ pertæsum in ætate florentissima mortem sibi voluntariam haud ita pridem conscivisse. Monet quoque Autor, præter inoculationem hanc Turcicam pro variolis communicandis Chinensibus in more positum esse, in nares infantum inter dormiendum turundam e gossypio parvulam pure e pustulis punctis collecto imbutam intrudere. Quem quidem modum minus tutum esse, cerebrumque inde offendi, suspicatur. De cætero nec reticet

M

aliam

aliam consuetudinem Chinesibus familiarem, qua liberos suos a variolarum contagio per totam vitam immunes præstari posse, credunt, dum scilicet mox a partu ante vasorum umbilicarium separationem a placenta, imo sectione peracta ante illorum deligationem sanguinem istum vitiosum, variolarum parentem a quibusdam venditatum, leni expressione extrorsum urgent. Huncque morem si non proficuum, certe innocuum esse judicat.

A TREATISE CONCERNING THE
Small-Pox.

i. e.

F. BELLINGERI, COLLEGII MEDICI
Membri, Tractatus de Variolis.

Londini, apud W. & J. Innys & J. Roberts, 1721, 8.
Plag. 5.

In hoc Tractatu, qui Epistolæ formam gerit, ad D. Johannem Batemann, Præsidem tum temporis Medicorum Collegii Regii, datæ, methodum explicat Clarissimus Bellingerus, quæ in variolis curandis hæctenus usus est. Quam antequam exhibeat, monenda quædam duxit circa regimen ægrorum, circa venæsectionem, & circa hæmorrhagias sistendas. Primum quod attinet, notum est, Thomam Sydenhamum Frigidum variolantibus regimen, atque diacodii usum commendasse. Postquam autem Autor adverterat, alios atmospheræ calorem ad summum ignis gradum auxisse, alios frigus ad horrorem usque permisisse, neutrum excusandum ducit. Laudat potius temperatum calorem, & alexipharmacorum usum, nec putat, consultum esse, diacodium propinare, cum non solum in morbi principio, verum etiam reliquis temporibus, in subjectis pituitosis, comatosi præsto sint affectus, qui ejus usum contraindicent. Venæsectionem quanquam sint qui in morbi principio suadeant, ne plethoræ cum variolarum symptomatibus combinentur, & ut præcaveatur, ne ex discretis confluentes evadant variolæ; damnat tamen hanc opinionem Noster, siquidem variolæ sub prima
jam

sem morbi invasione indolem suam secum ferunt, num sint discretæ, an confluentes, per nullam venæsectionem corrigendam; nec per hanc evacuationem a fusionis statu ad naturalem crasin reduci potest sanguis; multo minus hæmorrhagiæ a nimia copia sanguinis, sed prava ejusdem diathesi, in texturæ laxitate fundata, ortum ducunt. Hæcque symptoma, hæmorrhagias scilicet, tam narium quam uteri, ut & hæmoptoen, per vesicatoria commode sisti posse, dicit. Cum enim illæ a particulis dissolventibus, frangentibus, dividendis & fundentibus rubicundos sanguinis globulos excitentur, parte hujus salini venenosi feri per vesicantium applicationem evacuata, globulos dictos suæ restitutos libertati sibi invicem iterum appropinquare, naturalemque recuperare crasin, sicque symptoma hoc cessare. Sin reformident ægri vesicatoriorum usum, non opus esse, ut quis ad venæsectionem refugiat, quin pulverem suum alexipharmacum, in curandis variolis sibi solennem, diaphoresin movendo eundem præstiturum effectum, asseverat. Non enim ia spiritibus, ut D. Morton credidit, sed in sanguine nidum contagiosarum particularum querendum esse, ex eo probat, quod ab hoc materia æque, quæ vesicas elevat, ac quæ variolarum pustulas replet, immediate separetur. Oppressio itaque spirituum, sanguinis diathesis, morbi que genius, alexipharmacorum, inter quæ sali volatili succini, tam caustica vi, qua reliqua volatilia turgent, minus gaudenti, primas defert, usum maxime postulant, quorum vi blanda diaphoresis excitetur, genusque nervosum & spiritus roborentur.

Utramque enim paginam ex Auctoris mente absolvunt nervina, volatilia, cephalica cum anodynis, & quæ sudorem absque inflammatione movent, combinata. Ad ægrum itaque vocatus Clarissimus Bellingerus, sub prima morbi invasione lectum eum petere, inque moderato calore se continere, utque somno potiat, studere jubet, qui si sponte non obrepit, portione ex aqua lactis alexiteria, theriacali, pulvere alexipharmacico suo & syrupo de aurantiis provocat, ac pro potu ordinario apozema ex sicibus & cochinelis ordinat. Absoluta eruptione potionem jam nominatam in discretis variolis tempore somni,

ubi opus, in confluentibus vero per totum morbi cursum repetit. Copiosum tuum suadet potum assumendum ex farina hordeacea in aqua & lacte cocta. In declinatione alexipharmaca continuat. Et cum confluentes variolæ diræ ut plurimum combinata gerant symptomata, imprimis hæmorrhagias, his bono cum successu obviam it pulvere cantharidum, lato & subtili panno lineo excepto, aceto bulliente madido, & vertici applicato. In specie vero Autor Clarissimus, quod in aliis, qui de Variolis agunt, libris frustra quaesiveris, ut gravidæ, eis laborantes, sint tractandæ, bona communicat fide. Quamprimum scilicet in grvida prurupturarum variolarum oritur suspicio, ne abortum patiat hęc, vel sibi vel foetui, vel utrique interitum minitantem, propinare jubet holum ex radice tormentillæ & bistortæ, cinamomo, conserva cynosbati & syrupo de rosis ficcis, in haustu ex aqua cinamomi hordeata & theriacali, pulvere e chelis cancrorum simplici, & saccharo albo parato, per totum morbi cursum, una cum remediis jam supra commemoratis, modo frequentius, modo rarius pro circumstantiarum ratione repetendum. In declinatione morbi, ubi omnia symptomata pacata fuerunt, intestina a fecibus clysmate ex lacte cum saccharo parato semel, bis, terve de die eluere consultum, ore vero purgans exhibere, religioni ducit. Hęc, quæ hactenus docuit Autor clarissimus, duodecim historiis, quas adjunxit, confirmat. De cetero, qui descriptionem pulveris alexipharmaci, Autori ad variolas usitati, scire avet, inveniet illam calci hujus tractatus adjectam, sequentis tenoris: Rec. pulveris rad. tormentill. ℥ij. contrayerv. ℥ss. chelarum cancri totius, rejectis unguibus minoribus ℥iv. Laud. Londinens. sine odorat. ℥j. sal. succin. volatil. ver. ℥v. M. Servetur singula femuacia separatim in phialis bene obturatis, & in loco arido. Paretur etiam sine Laudano.

IOHANNIS FREIND M. D. DE PURGANTIBUS
*in secundaria Variolarum Confluentium Febre
 adhibendis Epistola.*

Londini, apud Gul. & Joh. Innys, 1719, 4.

Plag. 19.

IN presenti Epistola ad Richardum Mead data Clarissimus Freind hunc ad absolvendum, quod meditatur de Variolarum omni genere, opus provocat & adhortatur, ac ne dicendi materiam ei præcipiat, de variolarum Curatione, ea præsertim, quæ secunda febre jam invalescente medicamentis purgantibus instituenda est, nunc agit. Ad quam denuo explicandam eo libentius se accinxit, quo certius est, hoc purgandi institutum novum plerisque videri, atque inauditum, nonnullosque ea, quæ hæc de re olim jam differuit, vel parum intellexisse, vel perversè interpretatos esse. Postquam scilicet Clarissimus Freind in Commentario VII in Hippocratem de Morbis Popularibus de Purgatione, quam vim habeat in febre putrida, quæ variolis confluentibus supervenit, egerat, prout in Actis his Anno 1717 Mense Aprili pag. 153 monuimus, fuerunt, quibus hæc methodus admodum placuit. Angli enim non solum in epistolis, quas D. Freind modo laudato suo tractatui adjecit, sed & Vratislaviæ D. Christianus Hellwich in Ephemeridum Naturæ curiosorum Canturia VIII obs. 60, ut in Actis his Anno 1719 Mense Augusto pag. 337 innuimus, publice id testati sunt. Fuerunt tamen etiam, qui eidem se opposuerunt, quos inter Johannem Woodwardum allegasse sufficiat, prout in Actis Anno 1720 Mense Septembri pag. 408 librum ejus de Medicinæ & Morborum statu recensentes indicavimus.

Cum igitur hæc methodus variis opus habeat cautelis, morbi que signa omnia cum diligentia & judicio notanda sint, suum esse duxit Clarissimus Autor, docere, quemadmodum ii, qui in hac medendi arte minus sunt versati, eam tandem aliquando percipere ac assequi queant. Hinc Historias singulares decem proponit, partim ut continuata illa series affectuum atque conexio, ad quam maxime in ægrotis tractandis attendere oportet, distinctius elucescat, partim ut ipsa medendi via facilius eruatur. Exhibent quidem hæc aliquot exempla Variolarum, non ex Confluentium, sed Cohærentium genere; hæc tamen ab illis Autoris judicio parum differunt, ac eadem fere sui signa præbent, eandem plane maturescendi tempore febrem accendunt, atque ut plurimum ptyalissimum comitem habent; imo periculum, quod imminet, non tam ab ipso pustularum genere, quam a

numero variolarum profus oritur, non in facie tantum, sed & in cætero corpore computando. Patet simul ex historiis his, rationem medendi per cardiaca vehementiora institutam, quam plerique Scriptores nimium deprædicant, vix cum iudicio adhiberi, nisi in eo unico variolarum tempore, ubi hæ aut non satis proruperunt, aut etiam retrocesserunt; atque hoc præsidii genus eo valentius pronunciat Noster, quando cum opiatis fuit commixtum; nec abhorruit Autor a Venæsectione die quarto in adultis, ubi respirandi difficultas & affectus comatosus urgebat. Potissimum tamen ex eis discere licet, ægros in orci faucibus hædere visos purgandi beneficio ex illis fuisse ereptos. Postquam igitur Clarissimus Autor variolas Græcis incognitas ab Arabum imperio initium duxisse, evictum dedit, suarum esse partium ratus est, demonstrare, doctrinam hanc pro nova nullo modo venditandam esse. Docet enim, Arabibus in more positum fuisse, in febre aucta sub declinatione variolarum ad purgantium usum se recipere, testimoniis a Rhase & Alfaharavio petitis. Quanquam autem per aliquot secula de hac Methodo apud Medicos Europæos altum fuerit silentium, siquidem Avicenna, quem hi sectabantur, ejus nullam fecit mentionem, literis tamen aliquando renatis & excusso fere Arabum jugo, hominibusque non ex aliorum autoritate, sed experientia duce uti, suamque sequi sententiam annitentibus, purgandi viz iterum insistere ceperunt Medici in variolarum cura, quod ex Fernelii, Marcelli Donati, Mercurialis, Roderici a Fonseca, Campolongi, Diomedis Amici, Parzi, Mercati, Ballonii, & Chicotii scriptis planum dat. Quæ tamen ab his Medicis de hoc argumento tradita sunt, nimium laxa, confusa & ad morbi momenta non satis explicata esse pronunciat, quia scilicet ne febrem quidem ipsam, quæ maturationis tempore variolas confluentes perpetuo sequitur, pro rei dignitate satis adverterunt, multo minus stadorum a variolis emensorum, nec ptyalismi, in confluentibus perpetui, meminerunt. Donec Sydenhamus hoc, quicquid defuit, largiter suppleverit, morbi diversa & stadia & genera luculentius exposuerit, febrem secundariam accurate descripserit, & hanc alvum movendi methodum ab omni retro-

anti-

antiquitate institutam primus inter Anglos invexerit. Ab hoc tamen dissentit Noster in eo, quod ille decimo tertio die, modo præmissa fuerit venæsectio, purgationem præ cæteris convenire remediis arbitratus, prorsus ante hunc diem eam tentari vetuit; hic vero, cum citius plerumque, quam die decimo tertio, ad ultima ventum fit, hoc auxilii paulo maturius etiam arripi debere existimat. Hanc etiam purgandi rationem præter Variolas in febribus putridis, aliisque, quæ paulo difficilius solvuntur, ab omni retro antiquitate ad nos tandem defluxisse, testimoniis Hippocratis, Galeni, Prosperi Martiani, Valleſii, Lomii, Herculis Saxonæ, Fernellii & Sydenhami, qui in peripneumonia notha, in febre hyemali, imo in ipsa febre pestilenti, præmissis, quæ sudores uberrime provocarent, post viginti quatuor horas eadem usus est, confirmat. De cætero opus hoc summa claudit Clarissimus Freind epistolis, a Sedgwick Harrison & Ioanne Bate acceptis, in quibus purgationem in variolarum Confluentium febre secundaria non minus proficnam quam necessariam esse, variis historiis & curationibus confirmatur.

*CHRISTIANI IOANNIS BOMBLE, EC-
cles. Batavoduri, Analysis nec non Chronotaxis
Apocalypticæ.*

Amstel. ex officina Henr. Strickii, 1721, 4.

Plag. 5.

Apocalypſios Iohannez ἀποκάλυψις a Campegio Vitringa magna cum eruditione, solertia & ἀκριβείᾳ conscriptam, in Actis nostris A. 1706 pag. 27 pro instituti nostri ratione recensuimus; nec dubium est, quin prolixam ab omnibus illis gratiam inierit, qui in studio prophetico, maxime apocalypſico, Coccejana principia sequuntur. Ex hoc ipso Commentario Apocalypſico, cujus altera editio A. 1719 prodit, Autor noster præsentem concinnavit *Analysin & Chronotaxin*, quam præscitu consensuque S.R. Vitringæ edidit. Et quidem in *Analysi* totius systematis ideam exhibet ipsissimis Vitringæ verbis, integram Apocalypſin in tres partes majores, prologum, revelationes, statum eccle-

ecclesie cum interiorem in VII epistolis ad totidem ecclesias Asiaticas, tum exteriorem in VII sigillorum, VII tubicinorum ac utriusque bestie visionibus representantes, & epilogum dispendentia. In *Chronotaxi* vero per octo columnas parallelas implementa apocalyptica complectitur, & , quis in quavis periodo ecclesie status interior, quisve exterior fuerit, quæ fata ecclesie generaliora, & præsertim Romæ, tam paganæ, quam anti-christianæ, fuerint, quæve futura sint, citatis semper novæ editionis paginis, luculenter demonstrat, ita ut ex hisce tabulis, quæ ex mente Vitringæ in Apocalypsi vel parallela vel distincta, nec non quæ vel jam impleta, vel adhuc expectanda sint, uno quasi intuitu conspici possint. Quapropter non male sibi consullet, qui novam Commentarii Vitringæ in Apocalypsin editionem comparaturus, hæc plagulas, eadem forma expressas, cum illo compingi curaverit, quas, si Commentarius non jam editus fuisset, ipse Vitringa absque dubitatione ulla se libro suo vel præmissurum, vel subjecturum fuisse, litteris ad Autorem datis affirmavit.

. AN ESSAY ON THE USEFULNES OF
Mathematical Learning.

h. e.

TENTAMEN DE USU STUDII MATHE-
matici. Editio secunda.

Oxonii, apud L. Lichfield & S. Wilmot, 1721, 8.
Prostat etiam Londini apud J. Knapton, R. Knaplock,
W. Innes & J. Morphew.

Plag. 2½.

Autor studii Mathematici usum demonstraturus iisdem utitur argumentis, quibus alii idem commendarunt in hoc studio cum laude versati. Ostendit nempe, quod mentem perficiat, quod aliis scientiis ac artibus adminicula præstet, quod denique salutem generis humani variis modis promoveat.

* * *

ACTA ERUDITORUM,

publicata Lipsia

Calendis Martii Anno MDCCXXII.

**HISTORIA GENEALOGICA PRINCIPUM
Saxonie superioris &c. omnia ex monumentis fide dignis
& magnam partem haecenus ignotis demonstravit
JO. GEORGIUS ECCARDUS.**

Lipsiæ, apud Jo. Friderici Gleditschii B. Filium, 1722, fol.

Alph. 4 plag. 6 fig. zn. 4.

CUm celeberrimo Eccardo, editis Originibus Austriacis, doctis sane & ingeniosis, a nobis etiam Mense anni superioris Augusto laudatis, alia fuerint ad manus non minus egregia, edita partim, partim edenda, ad Germanorum & Saxoniam maxime superioris Principum origines & genus pertinentia, rectius sane consuli non potuit harum literarum studiosis, quam ut illa omnia in hoc, cujus titulum attulimus, volumine juncta ederentur. Nostrarum in hoc opere partium esse videtur, omnia atque singula ordine adducere atque explicare, ut de ista Principum Saxonie superioris historia genealogica certius & distinctius hæc nostra legentibus constet.

Principia tenet *Stemma Witechindi M. Ducis Saxonum a fabulis liberatum*, ubi, postquam Majores Witechindi, longo ordine illustri Duci afficti, c. 1, filii etiam & nepotes nulla veterum monumentorum fide subnixi tanto stemmati c. 2 exempti sunt, Wicbertus Witechindo filius c. 3 asseritur, Mathildi Witichindæ, Henrici Aucupis Uxori, c. 4 Theodericus Comes Pater, Reginbertus Avus, Walbertus Proavus, Wicbertus Witechindi F. Abavus tribuitur, Imadingi, inter quos & S. Meinuercus est, ab Imado Comite, Reginberti F. Theoderici Fratris c. 5 deducuntur.

N

tur.

tur, Serenissimi Saxoniz Electores & Duces ex Nostri sententia non nisi per scēminas Witichindo junguntur.

Secundo loco sunt *Origines Serenissima domus Saxonica* libris duobus explicatæ. Arcessit eas Cel. Eccardus Libri I c. 1 a Burcardo, quem Regino an. 892 Ducatum Thuringiz accepisse scribit. Walachonem huic fuisse patrem, Miracula S. Walpurgis testantur. Burcardum quendam III fuisse avum, Burchardum II fuisse proavum, Burchardum I Comitem stabuli in aula Caroli M. fuisse abavum, conjectura nititur doctissimi Auctoris. C. 2 Burcardus ille Thuringiz Dux, suis Buco aut Buzicus, qua solebant ratione in media ista ætate scriptores nomina Viro- rum illustrium ex vulgi usu contracta atque immutata suis inferere monumentis, filios sine dubio habuit, & quidem ut colligere est, Burcardum Comitem, generum Regis Conradi, argumento nominis, & Tete seu Dedonem Comitem in illius ævi tabulis occurrentem, Theoderici Patrem. Thuringus ille fuit, & Dedonis nomen est idem cum illo Theoderici, quæ in ea familia postea alternis quasi vicibus usurpata sunt. Theodericus, Dedonis I Filius est ille Theodericus de tribu Buzici, ut Ditmarus ait, ut Noster interpretatur, e genere Burcardi, a quo Serenissimos Saxones recta descendere linea, extra omnem dubitationem positum est c. 3. Si quid est obscuritatis, quod in Theoderici posteris ad Henricum Illustrem usque morari possit harum doctrinarum cupidos, illud libro Originum secundo discussum est.

Tertia est *Historia Genealogica, primorum Marchionum orientaliũ e stirpe Ervini, Sifridi & Christiani*. Marchia in Saxonia fuit duplex: Septentrionalis altera adversus Normannos & Slavos Albis inferioris accolæ, altera Orientalis ad Albiũ, ubi Salam recipit, Sorabis opposita, sede Comitibus Alleti primum, inde Merseburgi constituta, quibus accessit Misnenfis adversus Slavos Milcenos ordinata, c. 1. Marchiones orientales eruit Noster Ervini Patrem Hathaburgis, ex qua, vidua licet velata, Henricus Auceps juvenis filium susceperat Tancmarum, Sifridum, ejus matertera nupserat Ervino, Geronem, Sifridi Fratrem, c. 2 Christianum, Hiddæ, Geronis sororis, ma-

maritum, c. 3, cui fuit filius Gero II, nepos Ditmarus IV, pronepos Odo II suæ gentis ultimus, c. 5, frater Ditmarus, cujus ex nepte Hilda pronepos fuit Esico Comes Ballenstedensis, Principum Anhaltinorum sator, c. 4.

Proxima est *Historia Genealogica primorum Misnie Marchionum gente Eccardingorum*. Ethii Witichindei sunt, si credimus Recentioribus; sed vix est, ut alia certa fide afferri possint, quam Guntherum obtinuisse Comitatum, mox accepisse Rigdagum, forte Guntheri affinem, & Rigdago mortuo, Eccardum I filiosque Hermannum & Eccardum II, celeberrimum Marchionem, Sagittario peculiari libro dictum, qui hic inter probationes, quæ vocantur, integer legitur.

Origines Eccardingas excipit *Historia Genealogica Marchionum Misnensium ex Wimariensium Comitum stirpe*. Wilhelmus Thuringus, Eccardo II occiso, successit, qui Nostro origine videtur esse Francus, Wilhelmi, qui iram Ottonis I in seditione Ludolphi incurrit, filius, Popponis nepos, Popponis Thuringorum Ducis & Marchionis littoris Sorabici pronepos, Popponis Comitum in Francia abnepos. Ita videtur Nostro, qui & filios duos, Misniæ Marchiones Wilhelmum & Ottonem, immo omnem istam gentem Wimariensem explicat.

Sexta ordine est *Historia Genealogica Marchionum Misnensium ex Veterum Principum Brunsvicensium stirpe*. Ottoni Orlamundano ex stirpe Wimariensi successit in Marchia Misnensi Ecbertus I Comes Brunsvicensis, ex Nostri sententia Brunonis I pronepos, qui Henrici Bavaricæ Ducis filius secundo genitus, Ottonis I ex hoc fratre nepos habetur. Ecberti I filius Ecbertus II Marchio Misniæ ætate mortuus est.

Marchionibus Misnensibus jungas *Thuringia veteres Landgravius*, quorum *Historia Genealogica* illorum origines proxime consequitur. Conditor gentis est Ludovicus Barbatus, primus Thuringiæ Landgravius, Conradi II Imp. consanguineus, si diplomatum fidem sequaris. Qui vero, cum Ludovicus & Hugo fuerint Carolingi? A Gisela nimirum Conradi II Uxore cognationem repetendam esse, existimat Eccardus. Gisela pater fuit Herimannus, avus Udo Franciæ Dux, proavus Udo, proavia Heriberti

ti I Veromanduenſis Comitſ filia, cui Heriberto abavum Carolum M. tribuit Buccetius & Sammarthanus. Diſtichon itaque anti- quum, quod in Hiſtoria de Landgraviis legitur:

*Quando poſt decimam numeratur linea quarta,
De Carolo magno proceſſit Giſela prudens.*

ſequentem in modum eſt emendandum :

Quando poſt *ternam* numeratur linea quarta &c.

Sed & Ludov. & Hugo frater ſanguinis Veromandui fuiſſe videntur. In iſta gente Hugonis, & Wigmanni nomina ſuere ſoleant ; Hugo autem filium habuit Wigmannum. Ipſe adeo Hugo videtur Wigmanni Comitſ Gandavenſis fuiſſe nepos, qui Luitgarden duxit Arnulphi de Flandris & Adela Veromandus patre Heriberto II ſata filiam. Hac ratione, quamvis Parentum nomina neſciamus, ſi Ludovicus & Hugo filia Luitgardis & quodam forte illuſtri Haſſia Principe ſunt prognati, ſatis apparet Ludovicum & Giſelam eſſe conſanguineos, cum Heribertus II illius abavus, & Udonis uxor huius proavia patrem eundem habuerint Heribertum I, Caroli M. abnepotem. Hæc primo capite traduntur, II de iisdem fratribus, III de Ludovici Saltatoris, IV de Ludovici III, V de Ludovici IV Ferrei, VI de Hermanni Landgraviis liberis diſſeritur. Inter monumenta adjecta Hiſtoria de Landgraviis Thuringia duplo auctior ex MSto exhibetur.

Accedunt loco octavo *Origines Anhaltinae*, in antiquiſſima, ſi Noſtri conjecturas tuas facias. Inter Alberti Urſi certifiſimi Anhaltinorum conditoris majores ſunt Albion Witichindi M. Amicus & Comes, & Heſſi five Eſico Comes Oſſalorum, Heſſi filia Giſela nupſit Unwano, ex quo matrimonio natum Bernhardum ex Reginhilda Bernhardi II & Orwini, ex Helinburge Unwani Adalwerti, Aſic, Edirami patrem, ſatis loquitur Vita Luitbregis Recluſæ a Pezio edita. Unwani I patrem fuiſſe Albionem, Abbonem, Adalbertum I & Adalwertum Unwani I nepotem eſſe illum Ezerd, quem Chronicon veteri Saxonica lingua ſcriptum progenitorem ait Lotharii Imperatoris, non eſt nulla proſus Cel. Eccardi conjectura. Ejuſdem chronici fide Ezerdi filius eſt Theodericus I, nepos Bernardus III, pronepos Benno ſeu Bernardus IV, abnepos Theodericus II, cui Mar-
chioni

chioni Septentrionali Esico IV fuit confrater, autoritate Ditzmari. Hunc Esiconem IV cum Esicone V confudisse videntur Recentiores, cui filium tribuit Noster, Hildz Hodonis Marchionis filium maritum, forte Adelbertum III, nepotem Esiconem V Ottonis Ballenstedensis, qui Alberto Urso pater fuit, avum.

Originum Anhaltinarum latus claudunt *Origines Regia Ducum Sabaudicorum domus, & Stemma Desiderii Regis Longobardorum genuinum*, quas hujus Voluminis partes indicasse sufficiat, quod nostram Germaniam non æque prope attingant, & supersint, quæ dici possunt de postremis duabus dissertationibus Eccardianis, opera, quod vernaculo sermone conscriptæ sunt, germanicæ linguæ expertibus, ut speramus, non ingrata.

Prior conscripta est ante annos decem, cum Alexius Princeps magnæ Russiæ Hæres in matrimonium duceret Brunsvicensis Ducem Charlottam Christianam Sophiam, ut omnibus cognitum sit & perspectum, sanguine dudum junctos bene connubio jungi. Progenitor ultimus est Romanus Imperator Constantinopolitanus, Pater Annæ & Theophaniæ. Anna Wladimiro sive Basilio Russorum Principum, qui Christi sacra venerati sunt, primo nupsit, reliquorum Czarorum parens, nisi quod mascula progenie in Iwano Basilowizio deficiente, illud fastigium per Mariæ Iconomasiæ, filiz Iwani Basilowizii cum Fedore Nikitzeno Romanovio nuptias ad Michaellem Federowizium, Petri, qui nunc cum maxima dignitate rerum potitur, avum translatum sit. Theophania filiam habuit Michtildem Esonis Comitissæ Palatini conjugem, ex quo matrimonio nata est Richenza, Micislao Poloniarum Regi nupta. Micislai pronepos Boleslaus Kriwoufky Polonorum Rex filium suscepit Wladislauum, Piastorum in Silesia Ducum factorem, cujus posteros si lustramus, deprehendere est, trinepotem Heoricum IV Ducem Saganensem filiam Elisabetham Ernesto Duci Brunsvicensi in matrimonio collocasse, quorum Principum trinepoti Elisabethæ, Ernesti Ducis Brunsvicensis filiz, Joannis junioris Ducis Holfato-Sonderburgensis nepti, jungitur Princeps Holfato-Sonderburgica Elisabetha Juliana, Antonii Ulrici Ducis Brunsvicensis & Luneburgensis Uxor, Charlottæ Christianæ Sophiæ Russiæ Principis

Avia. Hæc fatis concinne tradita sunt, neque tamen in eo subsistit diligentissimi Viri industria.

Ostendit scilicet, Henrici, Patris Henrici Leonis, sororem Juditham, Friderici Barbarossæ matrem, Philippi Imp. aviam, Mariz proaviam fuisse, cui, Henrici Magnanimi Ducis Brabantiz Uxori, jungitur proneptis Maria, Amadzi V Sabaudi Uxor, Annæ Andronici Imp. Constantinopolitani conjugis Mater; hanc vero Annam habuisse abnepotem Zoen, Uxorem Iwani Basilowizii, Mariæ Iconomasiz proavi. En Welfhos Czarrorum Majores! Rationibus aliter subductis Wilhelmus Henrici Leonis filius in matrimonium duxisse dicendus est Helenam, Waldemari I Daniz Regis & Sophiz filiam, proneptim ex materno genere Zaslai seu Demetrii, qui ipse Wlodomirum I Russiz Principem avum habuit. En inter Welfhorum progenitores Russos!

Altera & ultima dissertatio demonstrat, eos, qui Fridericum ultimum Austriæ Ducem conjugem habuisse principem Brunsvicensem contendunt, fabulam narrare. Evenerat in itinere, ut, præsertim Nostro, sermones de Augustissima Gente Austriaca cæderentur, cui deesse prolem cum alii multa pietate quererentur, non nemo e confabulantibus, in fatis, inquit, est, ut Austriaci connubiis Brunsvicensibus exstinguantur, idem enim veteri genti contigit. Refutari non poterat iste error, quod libri iter facientibus deessent: sed Noster domum reversus deprehendit, errorem esse a multis, & ab ipso Hennigefio erratum, sed certo certius errorem, ut ex iis, quæ ex ipsa dissertatione repetemus, patebit. Fridericus Austriacorum ultimus natus circa A. 1204, A. 1246 cæsus. Conjugem ex Brunsvicensibus aliam habere non potuit, quam Henrici Leonis filiam aut neptem. Filias Leo habuit ex Clementia Zaringica Anonymam & Gertrudem, ex Mathikli Anglica Richenzam, Mathildem, Alienoram, ex Concubina Mechtilden; Anonymam teste Saxone Grammatico, Canuto Waldemari Daniz Regis filio desponsata, in pueritia obiit, sorore Gertrude in illum torum succedente; Richenza, ex Pontani autoritate, nupsit Waldemaro Canuti fratri, Mathildis Godofredo Comiti de Partico, teste

Roge.

Rogero Hovedeno, Alienora Comiti cuidam, quod ex Gervasio Tilberienfis verbis colligitur. Mechtildin, Concubinæ filiam, Boruinus Princeps Mecklenburgicus thalami sociam ascivit, teste Arnolde Lubecensi; immo si tempora consulamus, omnes hæ nobilissimæ fœminæ, Friderico in infantia adhuc constituto, mortuæ sunt. Henrici Leonis filii fuere Henricus Comes Palatinus, Otto Imperator, Wilhelmus. Henricus filias habuit Agnetem & Irmengardem. Illam duxit Otto Bavarus, cœvis magno consensu id firmantibus, hanc Hermannus IV Marchio Badensis, ut ex Chronico Augustensi constat. Otto Imperator sine prole obiit, nec alii Wilhelmo liberi, præter filium Ottonem infantem, ejusdem ætatis cum Friderico Austriaco, ut hæ una paris ætatis conjectura efficiatur, hunc illi non fuisse generum. At enim vero ex probis etiam rerum nostrarum Scriptoribus satis demonstrari potest, ex Ottonis Infantis filiabus Helenam Hermanno Thuringiæ Landgravio, & secundis nuptiis Alberto Saxonie Duci, Mechtildem Henrico Anhaltino, Elisabetham Wilhelmo Romanorum Regi, Adelheidem Henrico Landgravio Hassiæ, Agnetem Witzlao III Rugiurum Principi nupsisse. Ipse Fridericus Uxores habuit Gertrudis Regine Hungariæ Sororem & Berchtoldi Ducis Meraniensis filiam, & Agnetem, prioris Uxoris ex fratre Ottone Meraniensi neptim; utrique nuncium remisit, & antequam tertias celebrare posset nuptias, in prælio A. 1246 occisus est.

Opere doctissimo inspecto nos moratur Præfatio, in qua Celeb. Eccardus primum contra Cl. Zollmannum disputat, qui Stemma Buzico-Saxonieum haud ita pridem nobis dedit, inde etiam Austriaci Marchionis Leopoldi illustri originem affert, quam quidem M. R. Pezsius sibi nuper reperisse visus est. Zollmanni varia in isto stemmata se offendisse scribit *παροξύνεται*, potiora tamen hæc existimat. Quod Cl. hic Stemmatibus Buzico-Saxonici Autor Theodericum Ducem sive Marchionem Septentrionalem falso eundem crediderit cum Theodoro Buzicio; & quod Buzicii nomen a castello quodam Budzico perperam derivet, quæ si tam falsæ sunt, uti ea esse ait Eccardus, omne illud Buzico-Saxonieum stemma vastam trahit ruinam.

nam. His autem utitur rationibus Noster; Theodericum Marchionem obiisse A. 985, ex Zollmanni sententia A. 975, Theodericum Buzicium A. 982, teste Fuldensi Necrologio; Theodericum Buzicium a Ditmaro appellari *egregia libertatis Virum*, quod Noster interpretatur, nullo Comitatu aut alia dignitate insignem: Dedonem etiam filium Buzicii ante non fuisse Comitem, quam Merseburgensis ab Ottone III constitueretur; eundem Dedonem Theoderici Marchionis & Comitis filiam Thietburgam duxisse, quod est, duxisse Sororem, si Theodericus Comes Thietburgæ Pater & Buzicius, cui filius Dedo, unus fuerit; Castellum illud, unde Buzicii nomen derivatum vult Cl. Zollmannus, non *Budzico* sed *Budzico* in diplomatis appellari, pertinuisseque ad Marchiones Orientales, cum Theodericus Septentrionalis fuerit; seculis undecimum antecedentibus Comites a Castris rarissime denominari; aut, si denominantur, exemplo Sifridi & Bionis *Comitum Merseburgensium*, Brunois *Comitis Harnenburgensis*, non dici unquam eosdem *Comites de tribu Merseburgi, de tribu Arnburgi*, Tribum nunquam non gentem, additum nomen Autorem illius denotare.

M. R. Pezium in Dissertationum scriptoribus Austriacis præfixarum quinta Albertum gladio percussum dixerat Leopoldi illustris patrem, quod nos quoque, cum Mense superioris anni Augusto de isto volumine verba faceremus, dubii tamen & doctissimi Patris rationibus non satis confisi, retulimus. Alia etiam sententia circa istud momentum est Celebrissimi Eccardi, cui Leopoldus Illustris audit filius Adalberti de Mertala vel Amardela, cujus Hermannus Contractus meminit, nepos Bertholdi Comitis, qui, Hepidanno teste, Pater fuit Adalberonis, pronepos Henrici Comitis A. 902 occisi, quem Adalberti A. 905 ultimo supplicio affecti fratrem, Ottonis Saxonis Ducis Generum facit noster Autor. Hæc & alia, quæ de fratribus etiam & posteris Leopoldi afferuntur, nunc conjecturis nitantur, nunc autoritatibus firmanantur, ut adeo omnium illorum, qui his antiquissimis Austriacorum rebus delectantur, hanc præsertionem consuluisse, interfore credamus. Utramque litem componere, nostri non est instituti.

NICO.

- P. 30. menta authentica singulari cura & industria insperfisse. Sic ad A. 1115 exhibetur Bulla, qua Pontifex Hadrianus IV Henrico II A. R. potestatem occupandæ Hiberniæ ea lege concedit, ut de singulis domibus annuatim unius denarii beato Petro solvat pensionem.
62. Exstant porro ejusdem Henrici ad Alexandrum III Pont. Litteræ, in quibus de Filiorum rebellionem graviter queritur, ut & aliæ Archiepiscopi Cantuariensis ad Episcopos Eliensem & Norwicensem, quibus hortatur eos, ut abolendam currentem legem, qua sola excommunicatione punitur is, qui clericum occiderit, cum contra Judæi aut vilissimi laicorum occisor morte puniatur.
68. Legitur & hic diploma, quo Johannes Rex, Innocentii III Pont. amicitiam sibi conciliaturus adversus Gallos, eidem Regnum universum mille marcis, Angliam scilicet septingentis & Hiberniam trecentis censuale constituit A. 1213;
158. quanquam postea A. 1245 legati Angliæ ad Concilium Lugdunense missi, censum hunc annum, quippe Regio consensu non promissum, & ab Archiepiscopo Cantuariensi totius Regni nomine pridem revocatum, Pontifici negaverint.
198. Ad A. 1291 Litteræ Procerum Scotiæ, Eduardum IV supremum Scotiæ Dominum agnoscentium, & ad A. 1292 rursusque ad A. 1296 ipsa homagii Regi a Scotis præstiti formula, sed & ad A. 1301 Bonifacii VIII litteræ ad Eduardum IV, quibus Scotiam Ecclesiæ vindicat, & Regi ad Concilium Lincolnæ convocatum litteræ, quibus prolixè admodum jus suum in Scotiam vindicat, tum & ejusdem responsoriæ ad Pontificem, fiuntur.
269. Neque illud omittendum, quod passim etiam Autor rerum a Germaniæ Imperatoribus ac Regibus gestarum mentionem injiciat. Ita Ottone IV testatur in Angliam ad Johannem Regem avunculum venisse, pro cujus subsidio Rex a Clericis & laicis tertiam decimam partem bonorum acceperit. Nimis tamen credulitatis dedit indicium, ubi de eodem Ottone sequentia annotavit: *Miles quidam Anglicus, dictus Joannes de Bonavilla, qui sub isto Ottone pluribus militaverat annis, sæpe de illo cum magna devotione referre solebat, quod cum instante morte viaticum recipere (quia nihil retinere poterat.) non auderet, tamen corpus Christi ad instantiam ejus, ut illud videret, al. tum humiliter adoravit:*
273. 294.
- 318
- 320
- 330
- 151
- 262

vit: *Et cum quasi amplexaturus brachiis expansis, nudato pectorei approximaret, hostia illa in loco ubi cor latuit subito facta apertura, intravit proficiens de manibus sacerdotis, & absque omni cicatricis vestigio reclusus est locus, sicque decumbens spiritum reddidit.* Denique id quoque memorandum ducimus, Autorem Eruditorum, quorum obitus in hoc temporis intervallum, in quo versatur, incidit, ut Petri Lombardi, Thomæ Aquinatis, aliorumque vitas & scripta diligenter recensere. Promittit ultimo loco Cl. Editor *Nic. Trivetti Annalium Continuationem, ut & Adami Murimuthensis Chronicon, cum ejusdem Continuatione, quibus forte & J. Bostoni, Mnachi Burienfis, Speculum Canobitarum* accedet.

THOMÆ SPROTTI CHRONICA: E Codice antiquo MS. descripsit ediditque THO. HEARNIUS, qui & alia quaedam opuscula e Codicibus MSS. authenticis descripta. subjecit.

Oxonii, e Theatro Sheldoniano, 1719, 8 maj.

Alph. 2 plag. 6 & tab. xii. i.

PERgit de historia præcipue bene mereri Cl. *Hearnius*, sive curatius recedendo jam edita, sive anecdota e MSptis indefesso labore producendo; quorum tamen operum numerus adeo exiguus imprimi solet, ut paucissima extra Angliam conspiciantur, & quædam immenso pretio (ut Itinerarium Angliæ *Jo. Lelandi* A. 1711 & 1712 IX Voll. in 8 Anglico idiomate editum, novem, & *Guil. Camdeni* Annales e Codice Autoris manu correcto multisque additionibus aucto 1717 III Voll. in 8 recusi, tribus Guineensibus) apud ipsos Anglos veneant. Equidem *Thomas Sprottus*, seu, ut aliis vocatur, *Sprottus*, qui circa A. 1272 claruisse fertur, minime ad *Trivetti* modo memorati laudem accedit, quippe nec elegantia ipsi nec industria comparandus: præterea nondum persuadere nobis potuit Cl. Editor, eundem esse, quem *Lelandus* & reliqui autorem Historiæ Cantuariensis & sui Cœnobii tradunt, etsi in eo laboret, ut majoris operis sceleton hic exhiberi probet; dignus tamen videbatur hie Autor, qui non æterna nocte premeretur. Præ-

fationem, quam Cl. Editor præmisit, satis verbosam, sed, at videtur, extemporaneam vix est, ut attingamus; certe haud pauca immiscuit aliena, ut aliquid documentorum præfationi posset subjungere. Nam ut *Sprottum* non solum Chronologiam minus accurate secutum, nec tamen ideo contemnendum probet, Epistolam producit *Jo. Pearsoni* ad *Ed. Bernardum*, qua de falsa *Josephii* chronologia erudite differit. Dum se porro ingentem codicum vim inde ab adolescentia voluisse & *Cl. Millio*, *Grabio*, aliisque auxilio fuisse testatur, optat, Virum quendam eruditum varia scribendi genera vocumque compendia in conspectum proferre, quale quid molitus fuerit *Henr. Spelmannus*, cujus specimen passim in Bibliothecis lateat. At-textuit quoque *Sprotto* ad molem faciendam monumenta historica, aliunde collecta, nimirum *Anonymi Chronica* de tempore mundi e *Bibl. Cottoniana* descripta, quæ duas tantum paginas complent; *Tractatum* de *Cænobiis Petroburgensi & Rumenfensi*, ex obsoleto & detrito Codice; *Nicolai Cantalupi Historiolam* de antiquitate & origine universitatis Cantabrigiæ, de cujus versione Anglica in *Actis* anni superioris p. 334 sqq. abunde diximus, deniq; *Fragmenta* e veteri *Chronico Anglicano* de rebus *Eduardi IV* ab autore cœvo scripto. Ipsa quidem *Sprotti Chronica* duabus partibus dividuntur, quarum prima ab exordio mundi ad A. C. 1335 excurrens res fere tantum in *Ecclesia a Pontifice & Episcopis* gestas exhibet, altera in antiquitatibus Anglicis eruendis fere versatur, initio a triginta *Cecropis* filiabus in *Angliam* casu delatis facta, & fine ad A. 1339 posito. Ne nihil demus specimenis, notat Auctor, uxorem *Nini Semiramidem* primam invenisse usum braccarum. Numam observat primum pecuniæ conum fecisse ex argento & nomen suum super-scriptisse, unde a *Numa* dictus numus; pecuniam vero dici a *pecede*, quod illa primo fieret de corio pecudum, quam *Saturnus* postea ex ære finxit. *Julium Cæsarem* credit A. U. C. 36 in *Angliam* delatum, ab *Anglis* annum tributum triura millium librarum obtinuisse. Dum *Lotharium Imp. A. 950* monastico habitu suscepto obiisse refert, addit: *De cujus anima inter angelos & demones fuit altercatio: nam angeli animam monachi,*
de-

p. 19

21.

30

62.

demonstrant animam Imperatoris querebant; sed orantibus monachis, illi qui corpus distrabebant fugati sunt. Ceterum illud speciatim memorabile observat in Autore nostro Hearnius, quod Edmundi Ferrei Lateris cognominati matrem, uxorem revera fuisse Ethelredi non concubinam tradat, quod recentiores Historici negent, ut Edmundum pro filio illegitimo venditent.

THE LIVES AND CHARACTERS OF ALL
the Protestant Bishops of the Church of England &c.

h. e.

VITÆ ET CHARACTERES, OBITUS, SEPULTURÆ & Epitaphia, Opera pietatis, charitatis, aliæque benignitatis munificæ documenta omnium Protestantium Episcoporum Ecclesiæ Anglicanæ, inde a Reformatione, prout ab Elisabetha Regina A. 1559 constituti sunt. Volum. I Pars I & II. Autore JO-
ANNE LE NEVE.

Londini, apud Wilh. & Jo. Innys, 1720, 8.

Pars I constat plag. 18, II plag. 18½.

DE Archiepiscopis & Episcopis Angliæ a primis fidei Christianæ in illa initiis ad A. 1540, quo Canonici seculares monachorum loco in Ecclesiis Cathedralibus introducti sunt, præ ceteris multa diligenter collegit Doctissimus Whartonus in Anglia Sacra, quam in Supplem. Act. Erud. T. II p. 105 sqq. & 153 sqq. recensuimus. Fuerunt etiam, qui summorum quorundam sedis Cantuariensis Præsulum, sacris instauratis addictorum, memoriam scriptis publicis celebrarunt. Eminent inter illos Jo. Strypius, de historia patriæ suæ Ecclesiastica & literaria meritissimus, quippe qui quatuor priorum Cantuar. Præsulum Thomæ Cranmeri, Matthæi Parkeri, Edmundi Grindali, Joannis Whitgifti Vitas & res gestas magnis Voluminibus copiose & accurate lingua sibi vernacula persecutus est. Vid. de illis Act. Erud. A. 1694 p. 315 sqq. Supplem. T. V p. 294 sqq. & A. 1712 p. 433 sqq. & Cl. de la Roche Bibl. Angl. T. V P. II p. 313 sqq.

O 3

Sic.

Sic & Vita Joannis Tillotsoni *Ἰωάννου* prodit Anglice A. 1717, 8. Pariter aliorum Angliæ Præsulum, qui post Reformationem floruerunt, Vitæ hinc inde dispersæ, præsertim apud Antonium Wood in Athenis Oxoniensibus, occurrunt. Omnium autem illorum Historiam ad nostra usque tempora conscribere nemo hæcenus aggressus est. Itaque Cl. le Neve, qui antea *Fastes Ecclesie Anglicane, sive Tentamen, quo ostendere conatur, quomodo illi, qui in quavis Cathedrali vel Collegiata Ecclesia, & sacello, quæ jam existunt in partibus Magnæ Britanniæ, Angliæ & Cambriæ nomine venientibus, præcipuas dignitates ornavunt, a prima fundatione ad A. 1715 ordine sibi successerint*, in fol. *Brevet item Commentarios de Vita Rev. Theologi, D. Richardi Field, Canonici Vindeforiensis & Decani Glocestriensis, Autoris eruditi librorum quinque de Ecclesia*, in 8, *Monumenta denique Anglicana, vel Collectionem Inscriptionum, quæ in monumentis variorum dignitate eminentium virorum, ab A. 1600 ad A. 1718 mortuorum extant*, quinque Voll. in 8. Anglice edidit, laudem meretur, quod nunc etiam omnium Angliæ Præsulum ab A. 1559 ad nostra tempora Vitas & Characteres partim ex propriis eorum chartis, testamentis, aliisque fide dignis monumentis, manu exaratis, partim e libris editis delineare & Voluminibus aliquot in compendio exhibere constituerit. Jamque in Voluminis I Parte priori Cantuarienses, & posteriori Eboracenses Archiepiscopus repræsentat. In Præfatione, parti priori præmissa, primo quidem ex eo, quod jucundum sit, majorum recordari memoriæ, & vitas eorum ante ætas investigare, derivat, quod inde ab antiquissimis temporibus apud varias gentes vitæ & res gestæ aliorum scriptis fuerint expositæ. Deinde ad institutum propius accedens, innuit, se illa, quæ Strypius de prioribus Archiepiscopis Cantuariensibus, qui post reformationem vixerunt usque ad Whitgiftum, operosius pertractaverit, hic contraxisse, Vitas autem successorum eorundem usque ad Reverendissimum Wilhelmum, qui hodie sedem Cantuariensem ornat, & cui Noster primam hæcæ partem inscripsit, tam ex propriis eorum schedis, quam aliorum relationibus breviter descripsisse. Tandem & reliquos
Angliæ

Angliæ Præfules se impostero in sine partium studio ob oculos positurum esse, promittit. Nomina autem Archiepiscoporum Cantuariensium; quorum vitas hic ordine exponit, sunt sequentia: Matthæus Parkerus, Edmundus Grindalus, Joannes Whitgiftus, Richardus Bancroftus, Georgius Abbotus, Wilhelmus Laudus, Wilhelmus Juxonus, Gilbertus Sheldonus, Wilhelmus Sancroftus, Joannes Tillotsonus, Thomas Tenisonus. Nos, cum in singulis Autorem sequi nimis prolixum foret, saltem potiora, quæ de Joanne Tillotsono, magno etiam apud exteros nomine, & Thoma Tenisono commemorat, referemus. Natus autem Jo. Tillotsonus in pago *Sowerby*, in Comitatus Eboracensis parochia Olicanensi sito, A. 1630 vel sub finem Septembris, vel initio Octobris; si quidem d. 3 Octob. in templo ejusdem parochiæ sacro regenerationis lavacro tinctus est. Initio ab illis, qui Puritani audiunt, est educatus. In juventute sua felici fato incidit in librum aliquem Chillingworthi, qui eam ipsi mentem instillavit, quam postea semper est tutus. Licet mature primis, quas hauserat, opinionibus liberatus fuerit, tamen vitæ, cui assuefactus erat, severitati adhæsit, & teneriorem erga Puritanos affectum retinuit. Cum in scholis Grammaticis citos profectus fecisset, & haud vulgarem in lingua eruditæ peritiâ nactus esset, A. 1647 albo Academiæ Cantabrigiensi inscriptus, A. 1650 prima laurea ornatus, & A. 1651 socius Aulae Clarenfis in locum Clarksoni, tutoris sui, electus est. A. 1661 & 62 Curatus fuit Haketo, Vicario Chesbuntensi in Comitatu Hertfordiensi, ibique & humanitate sua & eloquentia militem quendam veteranum Oliverianum, qui apud Anabaptistas tunica rubra indutus concionabatur, ad aliud vitæ genus perduxit. A. 1663 Rector Kettoniensis in Comitatu Suffolciensi creatus, & A. 1664, ut Londini in Collegio Lincolnienfi verbum Domini pro concione explicaret, imo & eodem anno vocatus est, ut die Martis Lector esset in Ecclesia, quæ in eadem metropoli est, S. Laurentii Jewriensi, ibique præstantissimos sermones suos de Deitate & incarnatione optimi Salvatoris nostri magna frequentia Theologorum & illustrioris sortis hominum habuit. A. 1666 summos in Theologia honores consecutus

p. 221

222.

223.

224.

- secutus, A. 1669 Canonicus secundi ordinis in Cathedrali Cantuariensi, & A. 1672 ejusdem Cathedralis Decanus factus est. A. 1675 Præbendam, quam vocant, Ealdlandiæ in Cathedrali Pauli Londinensi obtinuit, quam tamen cum Osgatensi A. 1677 commutavit. A. 1689 Decanus Cathedralis S. Pauli, nec non Clericus oratorii Regis Wilhelmi & Mariæ Reginae constitutus est. Eodem anno collectas, quas nuncupant, in Liturgia Anglicana, a Simone Patritio primum compositas, a Gilberto Burneto pleniore spiritu & vi animatas, & a Stillingfleeto revisas, facili eloquentia sua expolivit, & pericopis Epistolice & Evangelice accommodatas magis reddidit. Cum Sancroftus, Archiepiscopus Cantuariensis, adduci non posset, ut juramentum fidelitatis Regi Wilhelmo præstaret, Noster A. 1691 in locum ejus surrogatus est. Quod autem tanta apud Regem atque Reginam gratia valuerit, ut ad illud honoris fastigium proventus, & Episcopo Londinensi antelatus sit, inde factum est. Cum A. 1677, regnante adhuc Carolo II, Wilhelmus nuptias celebrasset cum Maria, Jacobi Ducis Eboracensis filia, & præcipitanter illis ex Anglia discedendum esset, rebus ad iter necessariis parum instructi Cantuariam veniebant. Hinc Bentinckus, qui comitabatur illos, vasa quædam argentea & pecuniam, ut eo melius ipsis prospici posset, a corpore, quod vocant, civili mutuo, sed frustra petebat. Quia re cognita Tillotsonus, tum temporis Decanus Cantuariensis, statim & propria ipsius vasa, & quæ ab aliis mutuatus erat, cum bona pecuniæ summa, aliisque quæ necessaria illis erant, imo & ædes suas ad hospitium, donec secundo vento navigare possent, offerebat. Et hæc quidem declinabant, reliqua autem grata & accepta illis erant. Hinc ipse etiam Tillotsonus admittebatur, ut Principem cum Serenissima ipsius Coniuge salutaret. Eoque factum, ut mox alii illos accederent, & Tillotsonus postea cum Principe & Bentincko literarum commercium coleret, & magis magisque sese illis commendaret. Ceterum quarto post die, cum Archiepiscopus ille Cantuariensis consecratus esset, in secretioris Concilii ordinem coopertus, & postquam Archiepiscopum Eboracensem, aliosque Episcopos inaug. rasset, tandem A. 1694 d. 17. Nov. in sacello suo
- apa

MENSIS MARTII A. MDCCXXII. 173

apoplexia correptus, & linguæ usu orbatus, d. 22 Nov. ætat. 64
 diem suum obiit, & in templo S. Laurentii Jewriensi, ubi per
 triginta annos verba ad populum Christianum fecerat, sepultus
 est. Tanta in pauperes erat munificentia, ut, quoad sine fa-
 milia viveret, vigesimam redituum partem in pios usus impen-
 deret. Apographum sermonum ejus posthumorum, qui duobus
 Voluminibus in fol. prodierunt, 2500 numis anreis, quos *gui-*
nenses appellant, venditum est. Et hæc unica fere fuit hereditas,
 quam familiæ suæ reliquit post mortem. Rex tamen viduæ ejus
 A. 1695 quadringentas libras annuas donavit, illisque post trien-
 nium ducentas insuper addidit. Successor ejus, Thomas Teni-
 sonus, lucem vidit Cottenhami in Comitatu Cantabrigiensi A.
 1636 d. 29 Septembr. In Schola, Norvicensi Præceptore Lo-
 veringo institutus, atque inde A. 1653 Cantabrigiam missus, in-
 ter alumnos Collegii Christi receptus est. Cum A. 1657 primam
 lauream impetrasset, postea ejusdem Collegii Socius evasit, ibi-
 que eo tempore Medicinæ operam dedit. Sed circa A. 1659
 Richmundiæ sacris ordinibus initiatus, Cantabrigiæ postea ali-
 quamdiu Minister fuit Ecclesiæ S. Andreæ, ibique A. 1665 in-
 colis, cum pestilentia conflictatis, inserviit. A. 1667 Theologiæ
 Baccalaureus renunciatus, mox in oppido *Braken Abe*, in
 Norfolcia sito, ubi parens ejus Minister Ecclesiæ fuit, mox Can-
 tabrigiæ rursus, mox Norvici in ecc. S. Petri Mancroftensi cu-
 ram animarum habuit. Postea Rector Holywellensis in Comi-
 tatu Huntingdonensi, & A. 1680, cum jam esset Theol. Do-
 ctor, Vicarius Ecclesiæ S. Martini Westmonasteriensis,
 & A. 1689 Archidiaconus Londinensis factus est. A. 1685 Du-
 ci Monumethensi, eum capite plecteretur, præsto fuit. Cum
 Vicarius esset Ecclesiæ S. Martini, scholam in parochia illa fun-
 davit, eique Bibliothecam, libris ad promovendam literatu-
 ram utilissimis instructam, adjunxit. A. 1691 Rex, qui dissen-
 tientes, quos vocant, cum Ecclesia Anglicana conjungere alla-
 borabat, singulari Tenisoni pietate & moderatione permotus
 voluit, ut Episcopatu Lincolnienfi fungeretur. Itaque ad digni-
 tatem illam evectus, & consecratus est. Tandem A. 1694 ad se-
 dis

p. 233.
 234.
 235.
 236.
 237.
 238.
 239.
 240.
 241.
 244.

- p. 245 sqq. dis Cantuariensis fastigium ascendit. Nōn solum multos Episcopos inauguravit, sed etiam A. 1702 Annam Reginam, & A. 1714 Regem Georgium coronavit. Naturæ debitum solvit A. 161. 1715 d. 14 Decemb. ætat. 79, & in adyto templi parochiæ Lambethanæ terræ mandatus est. In testamento suo magnam bonorum partem piis usibus dicavit.

- In Parte II Cl. Autor Archiepiscoporum Eboracensium Thomæ Youngi, Edwyni Sandyfii, Joannis Pierfi, Matthæi Huttoni, Tobiz Matthæi, Georgii Mountaignei, Samuelis Harsneti, Richardi Neylii, Joannis Wilhelmi, Accepti Freweni, Richardi Sternii, Joannis Dolbeni, Thomæ Lamplughii, Joannis Sharpii Vitas sistit. Nos, quæ de ultimo illorum Jo. Sharpio refert, enarrabimus. Natus ille Bradfordiæ in Comitatu Eboracensi A. 1644 d. 16 Febr. patre Thoma Sharpio, mercatore primario. A. 1660 Cantabrigiæ in Collegium Christi receptus, A. 1663 gradum artium Baccalaurei bona cum laude obtinuit, licet cum magnis antea & corporis & animi infirmitatibus esset conflictatus. Nam per maximam temporis partem laboraverat quartana, quæ diuturnitate sua hypochondriacam melancholiam ipsi concitaverat. A. 1669 artium Magister creatus, & sacros ordines consecutus, Henrici Mori commendatione Henneagio Fincho, tum temporis Procuratori Regio Generali, a sacris domesticis esse coepit. Eodem anno Magister artium Oxoniensis declaratus, A. 1672 ad Archidiaconatum Bercheriensis, & A. 1675 ad Canonicatum Norvicensem promotus, & Rector præterea S. Bartholomæi apud Londinenses, & mox S. Ægidii in Campis in Comitatu Middlesexensi factus est. A. 1676 tori sociam elegit Elisabetham, filiam Wilhelmi Palmer, Equitis Winthorpi in Comitatu Lincolnensi, natu minimam. A. 1679 Londini Theologiæ Professionem in Collegio S. Laurentii Jewriensi, & Cantabrigiæ summos in illa honores, & A. 1681 Norvici Decani dignitatem impetravit. A. 1686 silentium ipsi imperatum est, quod occasionem arripuerat, in quibusdam sermonibus suis doctrinam Ecclesiæ Anglicanæ a Pontificiis erroribus vindicandi. Cumque Episcopus Londinensis abnueret, sacri muneris administrationem illi inhibere, ipsi illa
non

non minus inhibita est, ac Sharpio nostro, qui tamen paulo post
 functioni suæ est redditus. A. 1688, Jacobo II Regi a sacris esse
 iussus, juramentum præstitit. A. 1689 Decanus Cantuariensis
 consecratus, & A. 1691 Archiepiscopus Eboracensis insula
 decoratus est. A. 1702 in coronatione Annæ Reginz sermo-
 nem solennem habuit ad Ies. XLIX, 23. Ex eodem tempore
 illi a Consiliis intimis & eleemosynis fuit. Mortuus est Batho-
 nizæ A. 1713 d. 2 Febr. ætat. 69, & sepultus Eboraci in Cathed-
 rali sua eodem, quo natus est, die. Ceterum multi procul dubio
 optabunt, ut, cum Clar. le Neve Vitas Reverendissimorum
 Angliæ Præsulum exponat, scriptorum, quibus elaborandis
 nonnulli haud exiguam vitæ partem impenderunt, Catalogum
 singulis adjecisset.

283.
283.
285.
288.

HISTOIRE CRITIQUE DE L' ETABLISSE-
 ment des Bretons dans les Gaules, & de leur depen-
 dence des Rois de France & des Ducs de Nor-
 mandie &c.

i. e.

*HISTORIA CRITICA DE SEDE BRITO-
 num inter Gallos stabilita, Regibus Franciæ & Ducibus
 Normanniæ subjectorum, Autore Abbate de VERTOT,
 Collega Academiæ Regiæ Inscriptionum litterarum-
 que politiorum.*

Tomi II.

Parisiis, apud Franc. Barois, 1720, 12.

Alph. 1 plag. 11½.

Magnam eruditionis historicz gloriam in orbe litterato jam
 dudum consecutus est Cl. Vertotius, variis ingenii
 monumentis, historiam cum veterem, tum recentiorem illu-
 strantibus; ex quibus *historiam vicissitudinum regni Sueciæ*, in
 Actis nostris A. 1697 p. 99, & *Reipublica Romana*, A. 1720 p.
 60; *conversionem vero Lusitaniæ* in Supplem. T. V p. 512, &
 tractatum historicum *de subjectione Britannia* ibidem p. 144
 recensuimus. Et hunc ipsum Tractatum historicum, ἀναπό-

nos editum, a se conscriptum esse jam profitetur Autor celeberrimus, & in hac Historia critica, a nobis nequiquam prætermittenda, adversus Lobinovium, conquisitis undique historicis argumentis, tuetur, ut, motibus nuper ortis in Britannia minore, opinionem Britannorum, qui, Principes suos nemini olim subjectos fuisse contendentes, stirpe Britannica in Gallia exstirpata, sua jam sibi nui licere libertate arbitrabantur, funditus evertat, eosque in assensum & obsequium traducat. Hinc in præfatione statim monet, quod Britones præcis temporibus tanquam vasalli liberi & privilegiati habiti sint, clementiæ & liberalitati regis tantum acceptum esse referendum, cum Philippus Pulcher in litteris A. 1280 datis, de eorum subiectione disertè scripserit - *fidelitate ac devotione in perpetuum permansuris - - concedimus*. Hinc veterem Britannicæ historiæ, Reges Britannicæ minoris ordine enarrantem, & ad cineres Trojanos usque adscendentem, totam esse fabulam ostendit, quam, Gilda, qui Sæc. VI floruit, in fragmento suo, & venerabili Bedæ in historia Angliæ de Britannorum sede fixa in Gallia tacentibus, Gaufridum Archidiaconum Monumetensem, Sæc. XII, ex antiquo MSto Gualterii, Archidiaconi Oxonofordensis, concinasse ait. Gaufridi enim, a Guil. Neubrigio falsidici nomine jam compellati, enarrationem multis scætere fabulis, adductis nonnullis, ex gr. de sancta Ursula, de undecim millibus virginum &c. luculenter demonstrat. Hinc etiam facile apparere æstimat, quodnam de tribus illis Scriptoribus Britannicis sæculi XVI, Alano Bouchard, Petro le Band, & Bertrano d' Argentre, Gaufridum secutus, ferendum sit iudicium, de quibus singulis copiose differit, & ultimum jussu Parlamenti a Nicolao Vignierio egregie refutatum esse refert. Iisdem principiis ac fundamentis cum Lobinovius, licet cautius, institisset, cujus Historiam Britannicæ minoris in Actis quoque nostris exhibuimus A. 1710 p. 18, illi tractatum historicum de subiectione Britannicæ se opposuisse; Lobinovium vero, ab Abbate des Tuilleries in dissertatione A. 1711 edita denuo impugnatum, A. 1713 sub amici nomine apologiæ quæsi prodromum adornasse commemorat, monetque, sese missis reliquis quæstionibus, ad Historiam Britannicam

amicam pertinentibus, missa in specie controversia de superioritate ecclesiarum Britannicarum, in hac Historia critica nil nisi subjectionem Britonum assertum ire. In tomo itaque primo Armoricam, sic dictam quod *al more* seu ad mare sita est, nomen Britanniae a Britonibus insularis accepisse perhibet; Britones vero ab Anglis expulsos, ab Childeberto & Clotario, filiis Clodovæi, in Gallia receptos, suos quidem habuisse comites ac iudices; Regibus tamen Gallorum subjectos fuisse, & tributa solvisse, Eginhardi, Gregorii Turonensis, itemque Conciliorum Aurelianensium, Parisiensis tertii, Turonensis secundi, aliisque testimoniis, nec non silentio historicorum Græcorum & Latinorum, apud quos de regimine Britonum in Gallia ne quid quidem, confirmat, testimoniis a Lobinovic adductis probe ponderatis. Et hanc quoque sententiam in Tomo secundo stabilire conatur ex historia Caroli Simplicis, quam res Britannicas exquisiturus ab ipso Autore quam optime edoceri potest. Nos obiter tantum & *ως ἐν παρόδῳ* observamus ex Cardinalis Augustini Valerii, qui vitam S. Caroli Borromæi enarravit, testimonio, T. Ip. 39 allegato, Vitas Sanctorum sæpius multum inter se differre, quod in monasteriis stylo exercendo inserviant, pias cuique fabulas fingendi licentia concessa: ex quo liquido fatis constat, quantum fidei vitæ sanctorum a monachis conscriptis sit tribuendum.

DE DATIVA TUTELA SUB - VASALLO-
rum Sacri Romani Imperii Tractatio singularis, occasione publice motorum controversiarum adornata; Autore FACCOBO CAROLO SPENERO D. Jur.
Foud. & Hist. in Acad. Viteberg. P. P. O.

Halz Magdeb. sumtu Bibliopolii Novi, 1720, 4.
 Alph. 1. plag. 10.

Consultiss. Autor variis jam monumentis, tum Historiarum, tum feudalis, publicique Juris, quorum sibi curam publice committendam videt, inclytus, in novo nuper utriusque doctrinae

Strinzæ specimine non sine laude defudavit, quod jam paucis lubet perlustrare.

P. I & seqq. omnem causæ suæ rationem exponit, & illustrium capitum tutelam tanto studiosiori providentia curandas & circumspiciendas esse docet, quanto magis publici juris & salutis civium interesse videatur, quorum in manibus versetur summa reipublicæ. Cujus rei consilium cum jam inter alios Leonbardum a Pühel, Coccejum, & Romanum inuisse, at non nisi in satis obvia legum publicarum interpretatione hæsisse animadverteret; non inconsulto studio ad magis impedita contulit animi sui cogitationem. Sub-Vasallorum certe causa tanto cupidius ipsi amplectenda videbatur, quo magis ancipiti Doctorum dissensu illius constitutionem modo ad sola Imperii judicia pertractam, modo proximis subfeudorum Dominis directis restitutam esse animadverterat. Invitaverant huc Conf. Autorem recentissimi controversiarum motus, qui nuperrime Dresdæ A. 1719 de Augustiss. Saxoniz Electoris Jure, quo ipsi de Mansfeldensium pupillorum tutela arbitrium debebatur, publice agitati & litterarum monumentis consignati fuere. Quid sibi Sub-Vasallorum nomine veniat, p. 4 fusius exhibet, & male a quibusdam omnes illos, qui intermedio cuidam Germaniz Domino clientelari fide pareant, hoc nomine appellari docet, quos tamen non tam Imperii, quam Principum, vi superioritatis territorialis cives esse dudum constabat. Rectius §. 3 illos hoc nomine censet, qui, si comitorum & suffragii jura spectes, immediatorum Imperii statuum autoritate utuntur, potissimo tamen, si terrarum & ditionum imperium quæras, statuum Jure, superioritate territoriali privatos, feuda sua, aliorum Principum autoritate confirmata accepisse videas. In illorum conditionem plerosque Imp. Comites variis artibus revocatos fuisse docet. Alios Principibus Imperii jam ante cum terris subjectos merita & virtus ad comitorum Jura & immediatorum auctoritatem evexerunt, cum terras tamen Principum arbitrio eximere non possent. Aliis, qui jure suo liberi ad solum Imperium pertinebant, sensim aliorum auxilia circumspicere, & quo tutius viverent, vicinorum Principum patrocinio terras suas

fuas commendare duræ necessitatis leges imperarunt. Alios vis Imperii publica, & statuum communis consensus, antea liberos sub Principum clientelam revocavere, & dignitate ad Imperium, terrarum nexu ad status pertinere coegerunt. Horum causæ cum ratione dignitatis & jurium ad Imperii judicia recte referendæ viderentur, at si ex terrarum ipsos possessione æstimes, ad Sub-feudi Dominos non inique pertinerent, torfit illud mire juris Interpretes, ad quos pupillorum ejusmodi & tutelæ dativæ curam, quæ judici debetur, referendam putarent, quam ad utrosque quodammodo spectare animadverterant. Nostro quidem Autori præferendus Sub-feudi Dominus, & ad eundem recte Vasalli pupillos & tutelæ curam referri visum est, qui vivum cum omni re familiari patrocínio suo fovemat atque defenderat. Fusius illud tum ex ipsius tutelæ dativæ ratione, p. 19 c. I, tum feudorum consuetudinibus p. 35 declarat. Rem omnem non tam ex Romanorum Jurium nodis extricandam, quam eruendam ex veterum Germanorum moribus p. 43 §. 13 censet, quippe quibus Feudorum nostrorum leges, postea a Francis, Longobardis, Burgundionibus excultas atque emendatas recte deberi persuadet. Horum Feuda pro diverso paciscentium arbitrio alijs atque alijs juribus usa, & modo in perpetuum gentis decus, modo in exiguæ stirpis usum, modo in masculorum, modo in nullius hæredis expectationem data fuisse; quare non mirum, cur de Vasallorum tutela Legibus definitum nihil videamus. Postea sensim utentium consensu & auctoritate factum, ut ad pupillorum curam vocaretur proximus Feudi Dominus, qui vel alium sibi substitueret, vel ipse Vasalli pupillia ex dignitate & facultatum ratione prospiceret, ipse interea feudi fructus perciperet solus, & ubi adoleverant tandem, rationum reddendarum difficultatibus exemptus, integrum atque bona fide feudum pupillis restitueret. Unde jam non sine iniquitatis nota excludi a tutelæ Sub-Vasallorum cognitione Feudorum Dominos, docet, quibus olim vel ipsis tutelæ administrationem commendandam, vel illorum arbitrio in alios libere transferendam fuisse constabat. Cui rei nihil ob stare videbat, nisi quod, si legum providen-

sentiam spectes, dativæ tutelæ constitutio, ad competentes iudices pertineat, non ad bonorum territoriique dominos, cum personæ, non rei dare tutorem, Romanorum placita imperaverint; ut ita prope modum male Sub-Vasallorum tutela ad terrarum feudorumque dominos referatur, quæ ad imperii iudicia tanquam Sub-Vasallorum magistratus legitimos p. 78 S. 26 pertinebat, Quod etsi diffiteri non possit Conf. Autor, datum tamen ab alio tutorem, invito territorii principe, feudorum dispensationi, quæ ad solum dominum pertinebat, manum adhibere non posse, & ejus ad minimum autoritate confirmandum esse, ex ipsis rerum argumentis satis fuse declarat, Cap. II p. 82 contra nostri sententiam adversariorum aciem disponit. Cap. III contra illos animosus insurgit, qui Imperii iudiciis Sub-Vasallorum tutelam asserendam esse crediderant. C. IV p. 214 tum ex Juris Naturæ Præceptis, tum p. 210 ex veterum canonum autoritate, ex c. VI, X. de for. Compet. ex c. X & XIII. X. de Judiciis, causæ suæ præsidium quaerit. At vero civilia Jura in omnia alia abire viderat Conf. Autor, quare contra hæc inveniendæ acies visa. Primum erat, quod testamentaria & legitima tutela ne confirmandæ quidem erant Romanorum moribus, quare si quis agnatorum restaret, ne perveniri quidem ad feudi dominum, nedum quaeri de dativa ejus tutela posse videbatur. Verum ita plane in diversum contra Romanorum placita discessere Germanorum mores, ut ne inter privatos quidem sine iudicis autoritate a Legitimis & Testamentariis Tutela possit administrari, p. 219, 57. Ipso denique Romanorum Jure plures a iudice pupillis Tutores dari docet, si pupillorum bona, in diversarum provinciarum ditione sita, ab uno curari ipsa necessitatis lege prohibeantur; quare ne turbentur Præsidium & Prætorum in provinciis iudicia, novos pupillis tutores dare, qui bonis ad se pertinentibus prospiciant, l. 27 ff. de Tut. & Cur. & Lege 21 ff. de Excus. Tutorum, jubentur. Quod cum Præsidibus indulgeant Leges, qui æquo animo ferrent Imperii principes, ut ab aliis dati Tutores feudis, quæ sibi debebantur, temere manum atque operam adhiberent? Neque potest profecto imperiali Cameræ & Judiciò aulico extra suæ provinciæ fines sententiam

semper ferentibus impune a statibus Imperii obtemperari, quorum Territoria ad ipsos non ad Imperium pertinere certum est. Tandem ad Feudorum certe Dominos primam quam dicunt Sub-Vasallorum instantiam referendam esse, diffiteri non possumus, in qua tutelæ cognitionem agitari, adhuc nemo negavit. Iphis quoque Saxonum Suevorumque juribus prospectum est, ne Feudales causæ ad superiorem nisi solo appellationis remedio revocentur. Tandem ipsæ Imperatorum Capitulationes Feudalitatæ jura nova Principibus religione obligant, quibus Sub-Vasallorum dignitates, ad quas interea succrescunt, deträhere aliquid non possunt. Denique quamvis Imperii statum parere aliis ejusdem statibus iniquum & non e dignitate illorum constitutum esse videatur, eos tamen, qui Feudali nexu ad alios pertinent, dominorum potestati temere subtrahi non posse, longa argumentorum serie confirmat.

THE DISPENSATORY OF THE ROYAL COL-
ledge of Physicians in London.

i. e.

DISPENSATORIUM COLLEGII REGII
Medicorum Londinensis, Autore JOHANNE
QUINCY, M. D.

Londini, apud R. Knaplock, B. Toock, D. Midwinter,
R. Smith, W. & J. Innys & J. Osborn, 1721, 8.
Alph. 1 plag. 2.

EX quo Collegii Medicorum Regii, quod Londini floret, Socii a Rege suo ante plura jam lustra curam habere Praxeos Medicæ, non solum in civitate Londinensi, sed per totum etiam regnum dirigendæ, jussi fuerunt, mandato Regio, suoque officio facere satis se optime posse crediderunt, si normam præscriberent, juxta quam medicamenta in officinis Pharmaceuticis forent præparanda. Quem in finem Dispensatorium elaboratum, publici juris factum atque variis editionibus auctum emendat unque fuit recusam. Quamvis autem magnam pro sco-

Q

po

pro suo obtinendo adhibuit solertiam illustre hoc Collegium, observatum tamen fuit, dum ultima vice officinarum visitabantur, multa remedia desiderari, alia vero diverso modo pro eorumque lubitu composita fuisse. Consultum igitur visum fuit, singula denuo examini subicere, & presens Dispensatorium emendatum, omnibusque numeris absolutum promulgare. Quamquam autem priora latino idiomate fuerint conscripta, ne in abusum cederent hominibus, omni jure & capacitate pharmaca parandi destitutis, hoc tamen vernacula comparet lingua, quia rumor spargebatur, priorem editionem in Anglicum translatum iri sermonem, & multi existerent, cupientes tale opus vernacula sua legere lingua. Dicemus breviter, in quo presens editio a prioribus differat. Catalogus simplicium plane novam exhibet formam, dum quodvis vegetabile non eo solum nomine exprimitur, quo Pharmacopolis, verum etiam quo celeberrimis Botanicis nuncupari solet, ne unius ejusdemque generis & nominis planta cum aliis confundatur. Magna aquarum simplicium copia est omissa, nec alix appositae & permixtae sunt nisi quae sine virium jactura conservari possunt integre, ac plantarum saporem & virtutes retinent. Et cum aquae compositae in singulis officinis alio atque alio modo preparatae fuerint inventae, id quod Medicis pro ordinanda earum dosi crucem fixit, maxima cura adhibita fuit, in determinanda quantitate liquoris spirituosissimi addendi & abstrahendi. Ita pariter magnum syruporum partim tadioforum, partim omni virtute carentium, numerum deletum videmus. Quibus pariter solertia in topicis vel permittendis vel omissis fuit adhibita. Hinc varia invenies vel penitus expuncta, vel correcta, duoties eorum compositio vel sine judicio concinnata vel intentioni non respondebat; cujus immutationis causam & rationem plerumque adjecit Clarissimus Quincy, quem interpretem suorum consiliorum voluit esse Collegium hoc, cujusque de pestis causis & contagii natura tentamen in his Actis Anno superiori mense Septembri pag. 414 relatum dedimus. Omissa etiam sunt, quae superstitionem sapiunt, vel a falsa Philosophia suppeditata fuerunt, remedia, cuncta vero ad experientiae veritatem sunt revocata.

Imo

Imo veterum Compositiones, non quidem ex cæca Antiquitatis veneratione, sed quatenus, æque ac novæ appositæ, experientia nituntur, sunt consignatæ.

EXPERIENC'D MEASURES, HOW TO MANAGE the Small - Pox. &c.

i. e.

MODI TRACTANDI VARIOLAS EXPERIENTIA fulti, una cum Metodo medendi Pesti, Autore EDUARDO STROTHER, M. D. & Collegii Cantabrigiænsis Christi & Medicorum Collegæ.

Londini, apud Carolum Rivington, 1721. 8.
Plag. 17 dimidiat.

CUM Variolæ his ultimis annis copiose in Angliâ grassatæ multos prole sua orbaverint Parentes, operæ pretium duxit Clarissimus Strother, cujus *Criticæ Febrim* in Actis Anno 1717 mense Februario pag. 82 commendavimus, in primo Tractatu breviter delineare modum, quo tractandæ illæ sunt, ne naturæ operam suam strenuè exequenti impedimento finus, aut segniter agenti calcar addere desistamus. In aerem non ultimam rejicit culpam exanthematum horum, epidemice imprimis affligentium, quoties scilicet hic acido quodam plus minus est imbutus. Febrim enim cum apostematibus ab acido produci probat, quia acida cutim corrodunt externe applicata; medicamenta antiacida, e. g. spiritus salis ammoniaci vel cornu cervi suppuracionem a tumore arcent; imo ulcerum curam promoven; ulcera saniosa post acidorum vel mercurialium cum acido subactorum usum laudabile pus suppeditant; dolor in ulceribus per medicamenta acidum destruentia obtunditur; quid? quod ipsa purulenta materia acidum spiret. Provocat insimul Autor ad experimenta: quodsi enim liquori ex sale tartari, sulphure communi & aqua super ignem digesto & sanguineum colorem referenti, acidum quoddam instillaveris, aut bili ad tempus as-

Q 2

fer.

servatæ spiritum quendam acidum addideris, utrobique materiam puri similem fundum petere observabis. Accensa igitur febre particulæ viscido-acres ex mente Autoris ad habitum deponuntur, ex quibus, quæ subtiliores sunt, per poros transfundant, tenaciores vero ibidem figuntur, inflammantur, & ad suppurationem tendunt. Febrem secundariam sive in discretis sive in confluentibus variolis nullam agnoscit, sed eandem, quæ in primo principio notatur, continuari, exacerbari & demum putridam fieri, existimat. In curâ Venæsectionem dissuadet, existente pulsu debili, commendat, eodem depresso; Emetica probat non solum in principio, urgente nausea, vomitu, dolore ventriculi vel obstructione intestinorum, sed & quando salivatio justo citius cessavit. Purgantia vero nequiquam admittit in febre secundaria, quibusdam sic vocata, cum haud raro intestinorum parietes æque numerosis scateant crustis variolosis, ac superficies corporis; nec tamen negat, dari quandoque symptomata, evacuantium horum usum maximopere efflagitantia, sed leniorum, non acrium, aut amarorum, quo nec, cessante febre, superfedere queamus; quod etiam de clysmatibus notandum est, quæ in primo principio pro everrenda, quæ in primis viis collecta fuit, materia, non negligenda sunt. Vescicatoria rejicit, ne oleum igni addatur. Volatilia & acria medicamenta exulare jubet, nisi ubi spiritus sunt dissipati: pulsusque debilis existit. Frigidum regimen non adhibet, nisi febrilis æstus summum attigerit gradum. Opiata in deliriis non negligenda dicit, curam tamen habendam suadet, ne eruptio popularum illis turbetur; & quando salivationem suppressam restituere dicuntur, præstare hoc videntur, symptomata reinovendo, quæ eam sufflaminarant. Maximam ergo curam in tractandis variolis in eo consistere existimat, ut febris dirigatur, ac modo exaltetur, modo refrænetur, & ut caveatur, ne materia ad habitum deposita ad sanguineum revertatur, ut hac ratione putrida inhibeat febris.

In altero Tractatu pestis causam veneno tribuit in aere fluctuanti, cujus specificam naturam Medicos hæcenus ex effectibus potius quam ex causis deduxisse delect. Majorem igitur soler-

tertiam eis in his indagandis commendat, faustum pollicetur
 successum, modo locis infectis varia exponantur corpora, eo-
 rumque alteratio quoad colorem omnesque alias circumstanti-
 as annotetur. Quamquam enim exin in principio nihil certi de
 vera veneni profapia determinare liceat, sufficere tamen putat,
 si de absentia cujusdam veneni, e. g. arsenicalis, loquantur ex-
 perimenta. Pro fundamento enim ponit cum Isaaco Newto-
 no, dari vim & tendentiam unius corporis in aliud, seu dari at-
 tractionem, cujus exempla haud pauca ex illo adducit; & cum
 Roberto Boyle, morbos epidemios ab effluviis ex terræ visceri-
 bus elevatis dependere, ac sensibus incurrere effluvia corporibus
 adhaerentia. Imo Veteres huic opinioni & methodo inhæsisse,
 exin probat, quod iusserint experimenta adornare, num qua-
 dam domus a contagio sit libera, nec ne; panem ex furno ex-
 tractum, ova recentia vel conquassata ibidem exponere, panem
 recentem aut tostum mortuorum ori ingerere, aquam calidam
 in conclavi peste defunctorum locare, inque hanc vel calidam
 vel frigidam manipulum vitrioli & laterem calefactum immit-
 tere, lac lecto agrorum apponere, hircum inter sanos alere ho-
 mines, &c. Quod autem his non tam felicibus esse licuerit, ut ve-
 ram & specificam veneni pestilentialis naturam tentaminibus
 hisce expiscari potuerint, causam esse dicit defectum Philoso-
 phiæ experimentalis; quæ paucis abhinc annis excoli demum co-
 pit. Quoad Curam per ignes luculentos tam utiles quam neces-
 sarios deprecatur, nec damnat explosiones tormentorum bel-
 licorum, quia valida per has excitata aeris commotio vel disper-
 git, vel ad fundum præcipitat vapores venenatos, aut etiam, quia
 pulveris pyrii corpuscula nocivas has particulas destruant. Ni-
 cotianæ fumum per tubum haustum sale suo volatili vel sangui-
 nem vel aërem alterando & corrigendo non parum ad præser-
 vationem tribuere credit. Quod suffitus attinet aromaticorum,
 fetidarum, aliarumque rerum; certi quid de illorum efficacia
 statui posse haud pœuat, nisi plenarie nobis specifica constet ve-
 neni pestilentialis natura; id quod etiam de alexipharmacis
 pronuntiat; Fonticulorum tamen usum concedit. Quemad-
 modum igitur reliqua venena partim expulsionem sui per eas-

10

Q 3

dem,

dem, per quas corpus ingreſſa ſunt, vias, partim ſpecifica antidota exigunt, ita eidem methodo in peſte inſiſtendum eſſe, maxime neceſſarium judicat. Non igitur opus eſſe videtur ad venreſectionem, vomitoria, purgantia aut clyſmata in luis hujus curatione refugium capere, emetica leniora ſi excipias, quoniam ſaliva mialmatibus noxiis ebria ex ore ad ventriculum deſcendit; diaphoretica vero promptiori ſe commendant ſucceſſu, quatenus per poros cutis virus peſtilentiale corpori communicatur, per eosdem iterum ejiciendum. Commendantur cum in ſinem ab Autoribus varia medicamenta, ſub Alexipharmacorum nomine venientia, quæ in tres claſſes dividit Noſter, dum alia tumultum, commotionem vel calorem excitant in maſſa ſanguinea, alia nimirum ejus motum refrænent, alia motum naturalem conſervant. Quæ tamen omnia nec in una eademque peſte, nec perſona, nec morbi tempore indifferenter exhiberi poſſe judicat; hinc ad omnes circumſtantias, in uſu eorum, imprimis ad intenſionem vel remiſſionem febris, ut attendant Practici, monet. Cum autem morbus hic dirus citiſſime ſua tempora tranſcurrat, nec ſufficiens concedat medicamento per os aſſumpto tempus in maſſam ſanguineam cæterosque humores operandi, ſequentia proponit Autor Clariffimus problemata: an non medicamentis breviores viæ ad ſanguinem ſint parandæ? an non eadem in vaſa poſſint infundi? an non hoc modo efficaciôr peſti obex poni poſſit? & an non præſtet, dubium experiri remedium, quam nullum, aut tale, cui ſperatus effectus non ubique reſpondet?

PRÆLECTIONES POETICÆ IN SCHOLA naturalis Philoſophiæ Oxonii habitæ; Autore IOSEPHO TRAPPIO A. M. Prælectore publico Lecturæ Poetiæ, a Viro inſigniſſimo D. HENRICO BIRKHE ad Colleg. omnium animarum olim Socio in celeberrima Univerſitate Oxoniæ nuper fundatæ.
Volumen III & ultimum.

Oxonii, e Theatro Sheldoniano, impensis Henr. Clements,
Bibl. Londin. 1719, 8.
Plag. 8.

CUM Cl. Autor in secundo Prælectionum harum Volumine
Cujus mentionem Mense Aprili A. 1716 fecimus, in variis
Poematum speciebus evolvendis occupatus fuerit; ultimo hoc
Volumine illas imprimis investigat, in quibus *Deïon* sublimisque
illa Poeseos indoles vel maxime effulget. Primæ Prælectiones
quatuor agunt de Dramate in genere, quod non solum Aristote-
lis Horatiique autoritate multum commendat, cum ille librum
περὶ ποιημάτων inscriptum soli Dramati destinaverit, hic præ-
stantissima ad Pisones epistola idem argumentum vel præcipue
persequatur: sed ipsi quoque Epico Poemati in sua *οἰκτιρῶν* præ-
ferendum judicat, cum hoc historicam saltem narrationem, il-
lud autem res ipsas oculis subjeiat. Deinde duas ejus constituit
species, Comædiam & Tragediam, Tragicocomædia & Ope-
ra, neotericis Poeseos portentis, prorsus rejectis: quarum prio-
rem monstruosissimam esse dignamque Horatii increpatione ju-
dicat:

Turpiter atrum

Definit in piscem mulier formosa superne;

posteriorem autem a transmarinis gentibus eunuchorum & me-
retricularum commercio translata, & a plurimis omne pere-
grinum misere deperientibus capide exceptam, apta stili gravi-
tate queritur. Imprimis vero mollitiem fractosque Britanno-
rum suorum mores deplorat, quod & ipsi ad exterorum vani-
tatem ita se composuerint, ut antiquam Poësin Laribus pene
exulare suis, inque hujus locum Operam scilicet, si Musis pla-
cet, succedere integrumque Drama Cantilenam esse voluerint,

Versus inopes rerum nugasque *canoras*.

Brevibus postea antiqui Dramatis ejusque apparatus Histori-
am alias jam notam tradit, nihilque, quod uberiorem postulet
commentationem, invenit. In sola Persona sive Larva Histrioni-
ca attonitus hæret Cl. Autor, & multum, quod Horatius aliique
Romanorum & Græcorum istud theatri opprobrium passi fue-
rint,

riant, indignatur. Puparum gesticulationibus satis quidem con-
venire fatetur: at immortalia Sophoclis & Terentii poemata
actione tam monstruosa jugulata esse penitus obstupescit. Cum
enim Poeta sit, naturam exprimere & artem, quantum potest,
celare; risu sane dignum est, quod tantum artis impenderit
antiqui, ut scirent spectatores rem ob oculos poni non natura-
lem sed artificiosam. Neque vero patitur affectuum, quos soe-
nae ratio imperat, varietas, ut persona

servetur ad imum,

Qualis ab incepto processerat, & sibi constet;
sed potius frequentiores vultus mutationes flexusque exigit,
quod larvatis illis nunquam licebat. His praemissis, curatius Cl.
Auctor Dramatis indolem, materiam, fundamenta, unitatem,
actus, scenas earumque numerum exponit, discrimen, quo ab
antiquis in hac poematis specie sejunguntur recentiores, indi-
cat, Britannosque suos plura in Dramate agere, pauciora narra-
re, pluribus vitiis laborare, pluribus virtutibus eminere quam
antiquos, affirmat. Sequentes tres Praelectiones excutiant Com-
modiam, Dramatis speciem, ubi inprimis contra Dacierium di-
sputat Cl. Auctor, quod το γελῖον non sit unicum Comœdiæ ar-
gumentum, licet sit præcipuum. Non mediocris tamen artis
esse fatetur, ingeniose ridere, insigniterque ineptire; quamvis
nostre ætate multis, quibus vultus distortus est jocus, res admo-
dum facilis videatur, qui dum alios rident, se solos ridiculos fa-
ciunt, aliorumque ludibrio exponunt. Neotericis autem plus
esse acuminis ac leporis in Comœdia quam antiquis; in fabulis
contendendis plus artis; hominum characteres magis ridiculos,
non temere affirmat, adeo ut sine dubio antiqui in hoc genere
superentur a recentioribus, excepta Terentiana morum castita-
te. Hispanos & Italos vix dignos esse, qui memorentur; Gal-
los, quibus Molerius non parum nominis in Comœdia concili-
avit, facetos quidem & elegantes, Anglis tamen suis inferior-
es esse judicat. A Gallis autem comœdiam versibus Epicis &
paribus verborum sonis investiri tam absorum judicat, ut na-
tionem ingenio ita valentem vitium adeo portentosum tolera-
re non satis mirari queat. Tres insequentes Praelectiones vindic-
dicat

dicat sibi Tragedia. Hanc sublimiorem Satiræ speciem esse asserit Cl. Autor, unde Juvenalis fateri videtur, se stilum tragicum imitari:

Grande Sophocleo carmen bacchamus hiatu.

Gallos in Tragedia satis ingeniosos & artifices laudat: spiritu autem atque igne poetico desitui eos dolet:

Non spirant tragicum satis, aut feliciter audent.

Quod Anglos tum arte tum indole sua adjutos abunde præstare gaudet.

Prælectiones ultimas Poemati Epico dicavit Cl. Autor, si bique hic merito dissertandi finem figi putat, cum nemo mortalium ulterius progredi possit scribendo. Primo quidem Bossuvii nobilis Galli tractatum de Poemate Epico gallice conscriptum multis laudibus ornat, ex cujus l. I c. 2 de Heroici carminis natura & origine latine reddit. In proprietatibus autem hujus Poeseos generis explicandis consulto brevis est, cum natura rerum ita postulante, multa quæ huc spectant in superioribus jam discussa fuerint. Definitione igitur Epici carminis præmissa, in discrimen, quo illud & Tragedia, quibus multa communia sunt, a se invicem secernantur, inquiri, & ostendit, quod tum modo repræsentandi, quo illud narratione, hæc actione res exhibet, tum eventû five catastrophe multum differant. Hinc genuinum Heroici carminis objectum eruit, contraque Bossuvium & Dacerium evincit, quod non quævis illustrium virorum, sed illustres modo actiones huc pertineant; ideoque Homerum in Odyssæa, & Ovidium in epistola Penelope ad Ulyssæm, bubulci Ulyssæ mentionem injicientes notat, simulque privatorum facta communes mortalium mores transgressa Heroico spiritu celebrari posse docet, cum juxta Aristotelem, quem non rite cepisse Dacerium putat, Epopœia sit *σπεδοίων μίμησις*, quorum *σπεδοίη* non tam hominum quam factorum nobilitate nititur. Postea ipsius metri Heroici gravitatem sublimitatemque multum extollit, ad cujus majestatem neque Gallica neque Italica versificatio tam prope accedat, quam quidem Anglicana. Neque tamen inficiatur, inter Neotericorum poemata ne ullum fere quod Heroici titulum mereatur,

R

reatur,

reatur, extare. Immaturum enim Drydeni Angli iudicium censet, quo ille Chauceri poema, pulcrum sane, Iliada *Æneidaque* æquare imo superare contendit. Tassoni aliquam dexteritatis in Heroico concinnando laudem tribuit, at quod artem magicam, incantamenta, & personas aereas ubique crepet, merito carpit. Quo vitio quoque Spencerum ingeniosissimum & vere primum inter Anglos laborare dolet, cujus poemata *Le-murum, Larvarum Gigantumque* horrent terroribus. Omnibus vero præferendum putat Miltonum, qui nec Homero nec Virgilio facile secundus sit, licet lingua, qua usus est, multo inferior. In primis laudat in eo, quod non servus antiquorum sit imitator, sed novum aliquod semper molitur,

juvetque novos decerpere flores

Insignemque suo capiti petere inde coronam,

Unde prius nulli velarunt tempora Musa.

Sub finem ultimæ prælectionis Academicos ad Poeseos culturam porro feliciter urgendam, Oxoniensisque Academiæ celebritatem studiis suis provehendam masculè hortatur. Nos uti Cl. Autori feliciter exantlatos harum Prælectionum labores; ita orbi erudito perfectius quoddam systema Poeticum, quod plures adhuc desiderarunt, ex animo gratulamur.

JACOBI, SIVE ACTII SYNCERI SANNAZARII, Neapolitani, Poemata ex antiquis editionibus accuratissime descripta, accessit ejusdem vita, JOH. ANTONIO VULPIO Autore, item GABRIELIS ALTILII & HONORATI FASCITELLI carmina nonnulla.

Patavii, excudebat Josephus Cominus, 1719, 4.

Alph. 2.

UTi quidem Clarissimi Vulpii adhuc optimis Scriptoribus edendis egregie de re litteraria mereri cœperunt, ita non minorem ab eruditis gratiam inivere, quod Actium Syncerum, cujus Poemata jam dudum omne tulerunt punctum, tam eleganti

ganti habitu stiteriat. Ex ipsis quidem carminibus non pauca se sustulisse menda antiquarum editionum ope, asseverat Cl. Editor. Gravissima quoque testimonia de Sannazario undique conquesta exhibuit, indicem rerum memorabilium in calce adjecit, Altilii Epithalamium emendatius, quam vulgo circumfertur, & Fascitelli carmina Catulli elegantias spirantia junxit, qui uterque cum Sannazario familiariter vixerunt. Sannazarii vitam singulari cura conscriptam operi præfixit, cujus potiora momenta delibabimus. Ipsas sedes antiquæ *Sannazariorum* familiæ in Laeumellinæ, Cisalpinæ Galliæ regionis, pago quodam *Sancto Nazario*, cujusdam martyrio Neronis temporibus insigni, constituit Cl. Autor, quo ex ultima Hispania profecti summam fuere amplitudinem consecuti. Ex his majores Jacobi nostri sub Neapolitanis Regibus multum florere, avus vero & parens adversis casibus agitati familiæ nobilitatem vix tueri potuerunt. Hac parentis conditione Jacobus Neapoli 1458 festo die Sancti Nazarii, Ferdinando imperante natus fuit, quo tempore omnem Italiam bellorum pestisque calamitates misere vexabant. His pessimis vitam auspiciis exorsus domestica quoque paterni funeris clade admodum affligebatur. Quare mater ejus Neapoli relicta Nuceriam Paganorum cum puero Sannazario concedebat, ubi parcius paulo vivere poterant. Rediit vero noster cum matre Neapolim Juniani Maji celebris Neapolitani ludimagistri hortatu, ibique litteris humanioribus, Joanne Pontano potissimum duce, sedulam navavit operam, novamque Actii Synceri nomen a poemate quodam in piseatores de amoribus suis in *acta* colloquentes concinnato, morumque integritate sibi imponi passus est, ipsius Pontani exemplo, qui Jovianus appellabatur, moreque omnium alumnorum, qui in Academiam ejus admissi ex antiquitate nomen asciscabant. Ita literis cultus in amorem nobilis puellæ Carmosinæ Bonifaciæ incidebat, quæ cum reciprocam non tribueret voluntatem, multum exercuit Sannazarium, unde plurimum Italorum epigrammatum puellæ crudelitatem insectantium materia eidem fuit subvata. Omnem vero puellæ memoriam depositurus in ultimam Galliam proficiscebatur, quam in carminibus Arcadiæ

nomine involvisse ferunt, unde tamen amoris impatiens mox rediit Neapolim, cum interim Carmosina vivis excessisset, cujus mortem eclogis Phyllidis nomine deflet. Postea ingenii fama singularem Ferdinandi Regis, & Alphonfi Calabriae Ducis gratiam merebatur, quorum alteri in bello Hetrusco, contraque Turcas, alteri contra Sixtum Pontificem praesto fuit, ubi, si quid sub pellibus otii relinquebatur, id epigrammatibus concinnandis impendebat. Consecuta deinde sunt tempora exiliis funeribusque Regum Neapolitanorum maxime infaustra, ex quibus Federicum Ferdinandi filium regno pulsum in Galliam in exilium secutus est Sannazarius. Illo defuncto, rediit Neapolim, ibique literis suis obsecutus est. Inde vero singulare religionis studium praese ferre coepit, cujus rei & Poema de partu virginis, cui viginti annos impendit, & templum Mariae rure suo suburbano ab eodem aedificatum, collegium Monachorum, qui Servi Mariae appellantur, constitutum, Sacellumque Divo Nazario exstructum monumenta exstant. Venetorum Remp. quantum veneratus fuerit, testatur argutum illud Hexastichum, cujus amplum satis praemium a Venetis ipsi tributum fuit. Exacta fere aetate, pesteque Neapolim invadente, ad vicum in Vesuvii radicibus situm confugit, ubi inprimis consuetudine Cassandrae Marchesae, ibi coelibem vitam agentis, cujus jam olim captus amore fuerat, multum delectatus fuit, ut adeo in senectute amoris constantia admiranda esset. Non multo post bello a Caesare de Neapolitano regno suscepto, villa Sannazarii a militibus everfa fuit, cujus rei nuntius nostro acerbissimum dolorem attulit, adeo ut cum morti proximus occisum Ducem, cujus iussu diruta villa erat, audivisset, libenter se de vita migrare testaretur, postquam barbarus ille violatis musis, quibus sacra erat villa, poenas dedisset. Mortuus est 1530 in domo Cassandrae, quae eum quoque in templo Mariae ab ipso exstructo sepeliendum curavit. Ejus Tumulo carmen inscripsit Petrus Bembus:

Da sacro cineri flores: hic ille Maroni

Syncerus Musa proximus ut Tumulo.

Nullos reliquit liberos, siquidem nunquam duxerit uxorem;
unicum vero filium extra matrimonium susceptum praemature
fate

fato extinctum epigrammatibus queritur. Ita omnis Saanazariorum gens cum Actio nostro extincta fuit.

Quod reliquum est, precamur, ut Cl. Vulpium factam spem edendi scriptores reliquos, quibus seculum decimum sextum floruit, implere feliciter pergant.

EPISTOLA CHRISTFRIED WÆCHTLERI
de Codice MSC. Orationum XVI GREGORII NA-
ZIANZENI, & stricturis Jacobi Billii, ad Illustris-
simum DN. DN. CHRISTOPHORUM JOST
ZANTHIER, Dynastam Sigelsdorffii &c. Sereniss.
ac Potentiss. Poloniarum Regis & Electoris Saxo-
niæ Consiliarium intimum.

Lipsiæ, typis Bernh. Christoph. Breitkopff, 1722, 4.
 Plag. 2½.

Codex iste Orationum XVI Græcarum Gregorii Nazianzeni cum Nicetæ Scholiis Græcis, inventus olim Corinthi, deinde allatus Venetias, venit ibi fato, quo meliore venire non potuit, in manus Illustrissimi Dn. Dn. Christophori Jost Zanthier, ac per diuturna illius itinera circumvectus, tandem in Saxoniam nostram appulit cum hero suo. Existimabat is etiam, dignum esse, qui cum editis Gregorii Orationibus, & cum stricturis Jacobi Billii Abbatis criticis, quas hic Editioni suæ Parisiensi 1609 adscripsit, compararetur. Utrumque exequi voluit Conf. Autor hujus epistolæ, & in Orat. statim II, ubi Billius in verbis Nicetæ præfert *σημιονέντων*, observat, similiter legere Codicem Zanthierianum. In Scholiis ad Orat. III dixerat Nicetas, *Mamas non est apud Gregorium, οὐκ ἐν ἀλλοτρίᾳ κείμενος ἐνοσίᾳ, utpote in aliena terra conditus.* Billius hic addidit, *nempe Horia.* Autor vero epistolæ ostendit ex verbis Nicetæ sequentibus, quod Mamas conditus fuerit in Casarea, adeoque in ἐνοσίᾳ, *diocesi* Basilii, Episcopi Casareensis. Sequitur locus ex Orat. IV, ubi deprehendit idem Autor, unicum comma Codicis Zanthieriani reddere totum sensum perspicuum, *ὁ μὲν τὸς*

διάβολος προσχῶν τῷ ἀπαλῷ τῆς γυναίκος (Ενα) καὶ τῷ ἐκ-
 τικῷ, *diabolus animadvertens mollitiem mulieris & flexibilitate-
 tem, τῆν πρὸς ἀρετὴν ἐνκολίαν πρὸς κακίαν εἰσεποικίσατο, pro-
 persionem, quam illa habebas ad virtutem, vertit ad malitiam.*
 Ἀπαλὴ γὰρ κ. τ. λ. Oratione VI in textu Gregorii est, οἷόν ἐστι
 μία τὸν φόβον. Billius autem annotabat, in duobus Nicetæ co-
 dicibus legi, *ευημερία*. Eademque etiam est lectio Codicis no-
 stri. In Orat. IIX quinque adeo notavit loca Billius, quæ ipsi
 crucem fixerint. Singula excussit Antor epistolæ, ac vidit, ubi-
 que hic integrum mansisse MSC. Zanthierianum & intactum.
 In Orat. IX comparat Gregorius Basilium M. cum Josepho, pro-
 rege Ægypti, ubi varia emendantur in stricturis Billii. Ibidem
 præfert ille *χρηθὲν*, πρὸς *χρηθὲν*, *salsat senectus*, *spiritus ope-
 ram suam commodans*. Et Codex Nostri consonat iterum. In
 Orat. X deprehendit Billius, scholiis Nicetæ inserta esse verba
 quædam peregrina. Abest autem & ista macula a codice No-
 stri. Oratione XI appellat Gregorius baptismum *ἀγῶνων χρωῶν*
εὐσεβέστερον ἐντάφιον, adjecitque Billius, etiam Nicetam ita le-
 gere. Codex contra Zanthierianus, *ὑπὲρ τὰς ἀγῶνων καὶ ἀ-
 κέρων χροῖς*. Autor igitur epistolæ suspicatur mendum hic sub-
 esse. Certamina enim funebris, *ἀγῶνας ἐπιταφίως*, hic plane
 cessare, in textu perinde Gregorii & scholiis Nicetæ, sed no-
 minari varia genera libationum, fluida & arida, infructuosa
 omnia apud mortuos & sterilia. Eaque occasione illustratur H.
 Stephanus, *Tom. I f. 840* & Cælius, *antiqu. lect. L. 10 c. 3. Sed*
& Phavorinus, f. 23. Apud hunc enim innui Gregorium nostrum,
τὸν θεολόγον, & hunc ipsum, de quo hic agitur, illius locum,
 quem Cælius videtur in mente quidem habuisse, sed eum non
 expressit, neque adeo is occurrebat H. Stephano. In eadem
 Oratione sensit Billius in verbis Nicetæ recte legi, *ἔλαβεν, ac-
 cepit*. In Codice autem Zanthieriano melius scribitur, *ἔθυσεν*,
hostiam se obtulit. Ad Orationem XII attulit Nicetæ locum
 Prov. XVIII, 19. Ubi Billio videbatur non admodum placuisse,
 quod non retinuerit *τεθεμελιωμένον*. Atqui in Hexaplis
 Origenis etiam ibi videas *μεμοχλευμένον*. In Oratione XIII ma-
 luit Billius *τὴν νεόγραφον κακουργίαν*, consentitque Codex No-
 stri.

stri. Et quam difficilis hic locus alius se offerat in verbis Nicetæ circa causam Arianorum, optaret Autor epistolæ, scholia illius Græce pridem edita fuisse integra, vel a Billio, vel post illius tempora ab aliis. Orat. XIV dixerat Gregorius, ἡ περὶ γὰρ διὰ τὴν ἀμαζαν, neque aliter Nicetas, ἡ περὶ γὰρ, χεῖρ τῆς ἀμαζαν. Billius tamen credebat rectius scribi, περὶ γὰρ. Autor vero epistolæ nixus codice Zanthieriano, tuetur περὶ γὰρ. Quid sit λόγος συντακτικῆς, quaesitum hic fuit. Excussitque eam vocem Suicerus *Tom. II f. 1184* & extendit significatum ejus etiam ad morituros, quī multa mandant superstitibus peragenda. *Confirmat id*, pergit, *Damasceus*, de impiis & mox damnandis agens. Monet tamen autor epistolæ, abesse hic plane illam Suiceri significationem. Verba etiam potius esse Ephrazm Syri, quam Damasceni. Sed & vita Gregorii illustratur hic quodammodo, quodque post abdicationem etiam ab episcopatu, scripserit quasdam adhuc Orationes, in usum Ecclesiz, quæ extant. Oratione XV dixerat Gregorius, morbum sanctum non omnino respuendum, sed in pretio habendum; ne forte Jobus quispiam inter ægrotantes lateat, multo præstantior iis, qui corpore sano sunt; etiam si Jobus saniem radat. Hic Billius prætulit lectionem, καὶ τὸν ἕωρα ζῆν, non ζῆν. Laudaturque iterum consensus codicis Zanthieriani. In Oratione I, V, VII & XVI non deprehendas censuram Billianam. Per modestiam adjecit Autor in fine epistolæ, quid Franciscus Louvardus, Benedictinus, jam ante senserit de Editione hac Billii. Ad Nicetæ laudem commemoratur etiam Catena Patrum in Jobam. Eundem tamen non videri esse Autorem ceterarum Catenarum in Matthzum &c. quod exciderat Guil. Caveo. Frontonem sane Duczum 1521 spem fecisse supplementi Cyrilli Alexandrini in Joannem, opæ Catenarum Nicetæ, in literis ad Seb. Tengnagelium, apud Lambecium. Corderium autem, qui edidit Catenas in Matthzum 1647, in Lucam 1628, in Johannem 1630, rem tanti momenti non fuisse dissimulaturum, si successum habuisset. Hæc de collatione harum XVI Orationum cum observationibus Billii. Superest, ut optimus iste codex comparetur totus cum libris editis, atque ut lucem tandem aspiciant integra

Ni-

Nicetæ scholia: quæ perpetuam exhibent paraphrasin Gregorii, textumque sequuntur *ναρὰ πῶδα*, abruptum aliquando & quodammodo grandem, qui quæ facile pati potuerit, ut in eam scriberentur a Niceta tam copiosæ enarrationes.

Gründliche Einleitung zu der Eidgenössischen Bundes- und Staats-Historie.

i. e.

IUSTA INTRODUCTIO IN HISTORIAM STATUS & fœderum Helvetiæ: e probatis Autoribus, M^{Spis} & Archivis collecta J. O. RUDOLPHUS DE WALDKIRCH, J. U. D. & P. P. in Lyc. Bern.

Partes II.

Basileæ, apud Jo. Georg. König, 1721, 8.
Alph. 3 plag. 8.

ET si non desint Helvetiis Scriptorum fide digni, Simlerus puta, Stumpfius, Stetlerus, aliique, nemo tamen hæcenus tanta concinnitate ac prudentia tum Historiam Helvetiorum, tum singulorum pagorum statum, fœdera, jura exposuit, quam Autor Conf. qui cum animadvertet, jura publica Germaniæ magno hodie ardore tractari, id potissimum egit, ut, quæ ad pernoscenda Helvetiæ universæ jura publica faciunt, accurate exponat. Itaque non minus generatim res ab Helvetiis bello paceque inde a primis initiis utque ad conventionem cum Abbate Sanguinensi A. 1718 innotuit gestas luculenter tradit, & documentis authenticis CXXXV partim Latino partim Germanico idiomate exaratis illustrat, verum & sub finem Partis II sigillatim XIII Pagorum magistratus, judicia, prædia, tum & urbium & regionum Helvetiis fœderatarum, Sanguinensis, Mulhusiæ, Bicanæ, Genevæ & Valesiæ conditionem breviter & accurate describit. Ut pluribus memoratu dignis e libro recensendis superfedeamus, pagos Helvetiorum ad instantiam Corporis Evangelici e Januario anni 1701 undecim dies eliminasse, initiumque anni ad d. 12 Jan. statuisse, præter tres ligas Grifonum, & pagum Abbatiscellæ, (exceptis quidem urbibus Rodensi & Sanguinensi,) quibus & pagus Glaronensis ob tumultum a plebe, quæ eam rem a monachis imprudentibus in præjudicium religionis verti indigne ferebat, excitatos tandem accessit.

Errata.

M. Jan. p. 9. lin. 3, 4, 5, 7 & 8 pro Tegerascensî lege Tegerascensî.

ACTA ERUDITORUM,

publicata Lipsia

Calendis Aprilis Anno MDCCXXII.

THESAURUS ANTIQVITATVM ET HI-
storiarum Italiae, quo continentur optimi quique Scriptores,
qui Regionis Transpadanae & Alpibus vicinae confinium-
que populorum & civitatum res antiquas aliasque vario
tempore gestas memoriae prodiderunt, digeri olim caeptus
cura & studio JOANNIS GEORGII GRÆVII:
accesserunt variae & accurate Tabulae, ut & Indices
locupletissimi, cum Praefationibus P E-
TRI BURMANNI.

Tom. IV & V.

Lugduni Batavorum, excudit Petrus van der Aa, Bibliopola Ci-
 vitatis atque Academiæ Typographus, 1722, fol. reg.

Const. T. I Alph. 10 Tabb. zn. 40, T. II Alph. 14 Tabb. zn. 130.

Postquam Illustris sua tempestate in litteris Vir, Joannes Ge-
 orgius Grævius, de Veteri Italia & æternæ urbis splendore,
 ritibus, imperio restituendo, vasto illo Antiquitatum Ro-
 manarum Thesaurio præclarissime esset meritus, aliud opus ani-
 mo conceperat, molis sane non iminoris aut utilitatis, *Thesaurum*
recentioris Italiae & mediæ ætatis imperii antiquitatum & histo-
riarum locupletissimum: cujus Tomi priores tres, illam Italiae
 partem quæ Alpibus & Ligustico Mari est vicinior, complexi,
 cum jam essent ordinati, & maximam partem impressi, diem su-
 premum obiit magnus Vir maxima cum jactura bonarum lite-
 rarum, eoque tomi illi a Cl. Perizonio doctis sunt commendati.

Aa

immo

immo laudatissimi illi solertissimi Bibliopolæ conatus per ingens illud belli incendium, quod totam fere Europam pervasit, interrupti. Dederat autem Librarius simul fidem, se, ubi illud extinctum esset, telam, quam exorsus erat, pertexturum, quam adeo nunc liberare incipit, & quidem uberrime, Tomis Italici Thesauri IV & V in lucem nuper editis, quos alii plures pari cura atque studio congesti propediem sequentur. Opus esse laudatissimum, nobis tacentibus res ipsa loquitur, libros rarissimos utilissimosque, manuscriptos, typis exscriptos, undique conquisitos esse, catalogus librorum, ex quibus hic Thesaurus constabit, Bibliopolæ Præfationi præfixus, satis indicat; eam denique adhibitam esse fidem, eam industriam, ut major desiderari non possit, illa, de qua modo diximus præfatio te edocebit. Chartæ & Typorum ingens est puritas & integritas; alio quam Latino sermone scripta, hic leges versa, si Benedicti Varchi Historiam Florentinam excipias, quam verborum, qua scripta est, elegantia fraudari noluerunt Viri summi nominis; diversas editiones deprehendes collatas, vetustas imprimis diligenter exhiberi, nihil quod in illis legitur, sive dedicatio sit, sive præfatio, sive aliud quidvis, omissum, nomina propria, citationes, alia notatu digniora litterarum diversitate distingui, notas aliquando additas, aliquando numeros paginarum veteris editionis adjectos, loca veterum accuratius allata, figuras æneas multas insertas, Indices sane optimos ubique subjectos offendes. In fronte præfatur operi Petrus Burmannus, facundissimum Belgii decus, cuilibet libro Typographus clarissimus, cui vel hoc unum opus maximum, XXXVIII puta Voluminum, nominis æternitatem spondet. Debent multa ei, debebuntque plura litteræ, uti ex eo satis apparet, quod Illustres Celeberrimique Viri, F. Alexander Burgos, Patavinus Philosophiæ & Historiæ Ecclesiasticæ Professor, Justus Fontanini, Joh. Burchardus Menckenius noster, Antonius Mongitores, Ecclesiæ Panormitanæ Canonicus, Bernardus Montefalconius, Jo. Laurentius Moshemius, Ludovicus Antonius Muratorius, Josephus Max. Sandius, Jacobus Scheuchzerus & Petrus Catharinus Zenus, de hoc opere in Epistolis suis præfationi Typographi subjunctis dixerunt. Sed hæc in unum

verum sufficient. Nunc scripta, quæ Tomum hujus Thesauri IV conficiunt, ordine recensere videmus.

I *Joannis de Cermenate, Notarii Mediolanensis, Historia de situ, origine & cultoribus Ambrosianæ Urbis, ac de Mediolanensium gestis sub Imperio Henrici VII ab anno MCCCVII ad annum MCCCXIII.* Edidit hunc scriptorem rerum Mediolanensium insignem primus L. A. Muratorius in Anecdotorum Tomo II, sed manuum mutilumque, cujus inde supplementa a Lazaro Augustino Cotta, Jcto Novariensi, accepit. Recusus est hic accurate & integer, & Indice auctior.

II *Arnulphi, Mediolanensis Historici Historia Mediolanensis, qua continentur gesta quorundam Italia Regum ab A. D cccxxv. usque ad MLXXVI.* Libri IV. Primus edidit hunc Arnulphum Godofredus Guilielmus Leibnitijs Scriptorum Brunsvicensium Tomo III.

III *Joannis Petri Puricelli, S. T. D. Laurentianæ Archipresbyteri, Ambrosianæ Mediolani Basilicæ ac Monasterii hodie Cisterciensis Monumentorum singularis descriptio.* Mediolani olim edita est 1643, 4. Hi tres scriptores Tomi IV priorem partem constituunt, in altera existant sequentes :

I *Ludovici Antonii Muratorii, serenissimi Ducis Mutinensis Bibliothecarii & Bibliotheca Ambrosiani Collegii Doctoris, de Corona Ferrea, qua Romanorum Imperatores in Insubribus coronari solent, Commentarius.* Hunc Commentarium Vir doctissimus A. 1698 Mediolani Tomo II Anecdotorum suorum adolefcens evulgavit.

II *Justi Fontanini, a Cubiculo honorario Clementis Papæ XI, Dissertatio de Corona ferrea Longobardorum,* quæ hic auctior apparet, quam aut Romæ A. 1717 aut Lipsiæ 1719 edita est. Cum vero in ea dissertatione sententia Cl. Muratorii impugnatur, qui illam Modoetiensium coronam clavum dominicum intextum non habere, nec ideo sacram dici posse, dudum in suo de ista corona commentario docuerat, hic *Epistola ad Cl. Menckentium nostrum* conscripta ad nonnulla Fontanini respondit, quam ut post Cl. Burmanni præfationem iupressam evolvant hoc studium noscere cupidi, nostrum est monere.

III *Benedicti Jovii*, qui Pauli Fratris est, *Historia Patrie five Novocomensis Libri II*. Venetiis primum edita est A. 1629, 4.

IV *Octavii Rubei, Brixiani, Monumenta Brixiana seu Civitatis Brixiae Antiquitates*. Italico sermone bis edita Brixiae 1616 & 1693, sed posteriori anno meliori ordine & auctiora, Fortunati Vinacesi cura. Hic leguntur Latine versa per Alexandrum Dukerum, & ex Manuscripto Inscriptionum Codice, qui rerum antiquarum magnificae Civitatis Brixiae ejusque universi agri memoria inscribitur, & olim Antonii Verderii Vallis privati Domini fuit, locupletata.

V *Antonii Gatti Historia Gymnastii Ticinensis a Seculo V ad finem Seculi XV*, nec non de ejus Urbis antiqua nobilitate, edita Mediol. 1704, 8.

VI *Baptista Sacchi, Cremonensis, ex vico Platina vulgo appellati Platinae, Historia inclita urbis Mantuae & Serenissime familiae Gonzaga in libros VI divisa*; edidit primus Petrus Lambecius. Viennae 1673, 4.

Quintus Tomus Venetos scriptores sistit, & Parte equidem prima:

I *Bernardi Justiniani, Patritii Veneti Senatorii Equestrique ordinis, de origine urbis Venetiarum rebusque gestis a Venetis Libros XV*, adjectis III Libris de D. Marci Euangelistae Vita, ejus translatione & sepulturae loco. Petrus van der Aa secutus est editionem Venetam A. 1534.

II. *Donati Jannotii, Reipublicae Florentinae a Secretis, Dialogum de Republica Venetorum, cum notis Nicolai Grassi*, quae hic primum suis locis subjectae sunt.

III *Casparis Contareni, Patritii Veneti & S.R.E. Cardinalis, de Magistratibus & Republica Venetorum Libros V, ex editione Veneta A. 1589, cum notis Nicolai Grassi*, suis locis obviis: accesserunt Balthasar's Bonifacii de majoribus Comitibus & Judiciis capitalibus Epistolae II.

IV *Nicolai Grassi, Veneti, de forma Reipublicae Venetae per omnem ejus aetatem mista librum singularem*, qui cum notis in Jannotium & Contarenum prodiit Lugduni Batavorum 1642, 24.

V. *Blondi Flavii, Forlivienfis, multorum Pontificum Romanorum*

orum Secretarii, de origine & gestis Venetorum Librum effigie Viri & ejus Tumulo ornatorem.

VI. *Petri Bembi, Patritii Veneti, S. P. E. Cardinalis, Historie Venetae Libros XII.*

VII. *M. Ant. Cocci Sabellici de situ Urbis Venetae, Magistratibus & officio Pratoris atque Scribarum ingeniosam descriptionem, ut & ejusdem Genetbliacum & oraculum.*

Parte autem secunda & tertia *Splendorem magnificentissime urbis Venetiarum clarissimum*, altera quidem parte *Templa, Collegia, Monumenta, Mausolea, Epitaphia, Inscriptiones, Statuas, Picturas, Sculpturas, altera Regimen Reipublicae, Magistratus, dignitates, aedificia publica & privata, Pompas, Festa, Spectacula exhibentem, opus ex optimis & luculentis scriptoribus collectum.*

.Parte denique quarta :

I *Antonii Stella, Clerici Veneti, Elogiorum Venetorum navas pugna illustrium Librum, Venetiis olim 1558 editum.*

II *Nicolai Crassi junioris, Philosophiae & J. U. C. Elogia Patriciorum Venetorum belli pacisque artibus illustrium, quae Venetiis 1612, 4 prodierunt.*

III *Bartholomaei Facti, Respublicae Genuensis a secretis, de bello Veneto Clodianum librum, ut & aliud parvi temporis bellum Venetum. Clodianum appellat Facius bellum A. 1377 inter Venetos & Genuenses exortum. Liber exstat Lugduni 1568, 8 excusus.*

IV. *Antonii de Villa, Equitis Galli, Pyctomachiam Venetam, seu de pugna illa, quae Venetiis autumnis temporibus inter Nicolaitos & Castellanos, partes civitatis amice contrarias, in ponte habetur.*

V *Josephi Laurentii, Lucensis, dissertationem de Desponsatione maris Adriatici.*

VI *Joannis Valacrii, Scoto-Britanni, spectacula Veneta, Epigrammatibus aliquot celebrata.*

VII *Andreae Mocenici, P. U. D. Belli memorabilis Cameraensis adversus Venetos Historia Libros VI, ex editione Veneta A. 1525.*

VIII. *Bernardini Arluni, Jcti, Patricii Mediolanensis, de bello Veneto Libros VI, ubi quae, Seculo XVI novo, a Germanis*

Gallis, Hispanis variisque Italiae Principibus adversus Venetos gesta, ab his vero infirmata sunt, usque ad pacem inter hos omnes in vitam, aliaque huic pertinentia dilucidissime & solidissime enarrantur. Hunc scriptorem, ex Bibliotheca Viri gravissimi Francisci Strykeri, nationis Hollandicæ apud Venetos consulis, acceptum, primus edidit ex Manuscripto Petrus van der Aa, & Jo. Burchardo Menkenio nostro in grati animi tesseram pro consiliis saluberrimis, variisque rarissimorum Auctorum operibus benevole communicatis, dicavit.

Hæc de ipso opere dicenda erant, redeundum est ad Præfationem Burmannianam, in qua præter insignem voluptatem, quam castissimum scribendi genus creat, inveniet bonarum literarum & historiarum studiosius, quæ forte non quaesiverit. Ita ad Joannis de Cermenate Historiam annotat Cl. Autor, se Criticis esse autorem, ut in medii ævi scriptoribus versantes diligenter ea loca excutiant, quibus de veterum populorum fatibus & migrationibus agunt: sæpe enim patere, eos integra veterum loca in scripta sua transtulisse, quæ cum olim ex manuscriptis codicibus depromserint, variarum sæpe nobis lectionum copiam non exiguam illa subministrare posse. Idem ex Joannis Petri Puricelli silentio, qui Friderici Enobarbi res gestas præ reliquis accurate & operose persecutus est, omnes illos, qui de calcato maximi Imperatoris collo, aut prolati ab Alexandro Pontifice insolentiæ & arrogantis plenius verbis nugati sunt, fabularum & ineptiarum, Paulum autem Jovium animi ingrati, reos agit, cui posteriori Hadrianus Pontifex e Batavis innocentissimus Ecclesiæ Comensis Canonatum contulerat, honorificum in ejus historia locum simul sibi pactus, qua in re quam mala fide fuerit usus Paulus ille Novocomensis, hoc in loco ostenditur. Ex Rubei Monumentis Brixianis Apollinis Arvali mentio injicitur; quo Arvali nomine Saturnum insignitum fuisse sibi persuasit Rubeus; sed manifestus est error sculptoris Apollinem Arvalem, qui Græcis Ἄργεος & Ἄρνεμος dicitur, in Arvalum transformantis. Dum de Bartholomæi Sacchi, qui Platina nomine in vulgus notior est, Mantuana historia sermonem facit Clarissimus præfationis Autor, de quaestione nuper in Germania agitata

cum

p. 7.

II.

3.

15.

cum cura egit, num fuerit docta Abbreviatorum in Italia ista tempestate societas, cujus moderator Platina fuerit, & quibus, quia ipse eo munere fungeretur, Abbreviatorum nomen dederit; quamvis omnino mirari fubeat, qui Viri docti in re longe prouissima cespitare potuerint. Si tamen quem hic urit scriptulus, rem apertissimam apertissime hic traditam, & quid illa Platinæ: *Abbreviatores a Pio in ordinem redactos, & iterum: conjuratos non esse Academicos sed sedatores Academiae, sibi velint, explicatum offendet.*

De Nicolao Crasso juniore, Philosopho & Jcto, cujus in parte Tomi V quarta Patriciorum Venetorum belli pacisque artibus illustrium Elogia leguntur, pauca quædam afferuntur, p. 27. conjecturæ nempe nonnullæ, quod hic Nicolaus Junior avum habuit Nicolaum, notarum in Jannotium & Contarenum Autorem, & ferri eundem Satyræ Menippeæ: nescimus quid serus vesper vehat, scriptorem, quam, quod Vincentii Liberi Batavi nomen præ se ferat, Petro olim Cunæo tribuerunt. Non nihil de eo dictum est a Jo. Imperiali in Museo, plura ab Hier. Brusonio in libro *Glorie de gli incogniti*, quem ad manum non esse sibi, fateatur Cl. Burmannus. Non injucundum itaque fore credimus, cum aliis multis, quibus illæ Incognitorum laudes non sunt cognitæ atque inspectæ, tum ipsi Cl. Burmanno, cujus conjecturam fide historica firmabimus, si ex isto libro non ubique obvio, quæ Crassum istum spectant, sumus delibaturi. Natus est A. MDLXXXVI II Julii mensis die, patrem habuit Marcum Crassum, anno Seculi superioris XII Magnum Regni Cretenfis Cancellarium, Matrem ex illustri Dominicorum familia oriundam, Avum Nicolaum Crassum, oratorem & Jctum clarissimum. In nobili Muracensium schola bonis literis initiatus, concessit Patavium, & Philosophiæ quidem privatim sub Mario Mazzoleno, publice sub Cæsare Cremonino, Juri vero sub Antecessoribus Ottelio & Gallo eam operam navavit, ut anno ætatis supra decimum septimo Juris utriusque Doctor crearetur. Amicis, Cremonino imprimis suo, Recuperatis & Stabilibus Academicis, Incognitis etiam amicissimus, patriæ utilis, Musis carus, dum viveret, posteritati etiam nomen suum scriptis variis commendavit, Poematibus,

ali-

aliquibus nullo nomine addito, nonnullis sub Publii Lucinii nomine publicatis, Antiparzenesi in tumultibus, quibus A. MDCVI Respublica quassata est, edita, Elogiis Patriciorum Venetorum, vita Andreæ Mauroceni, Satyra Menippea. Num alia Poemata Bucolica & Tragica, Andreas sive Venetiz servatz, Poema patrio sermone Epicum de Andreæ Contareni Ducis Veneti victoria de Genuensibus reportata, de re Testamentaria Libri VI, de Re Politica Libri XXIV, quæ omnia in ista Incognitorum Gloria laudantur manuscripta, lucem publicam aspexerint, nos latet; mortem etiam Viri cum non indicatam inveniamus, A. MDCXXXVII, quo liber modo allegatus Venetiis prodiit in lucem, adhuc vixisse eum conjicimus.

*JO. CHRISTOPHORI WOLFII, PASTORIS
ad S. Catharinæ ædem & Scholarchæ, Biblio-
thecæ Hebrææ*

Pars II.

Hamburgi, apud Theodorum Christoph. Felginer, 1721, 4.

Alph. 8 pl. 4.

A Eterum hoc volumen est operis elaboratissimi, cujus primam Partem A. 1715 p. 265 commendavimus. Cumque in illa Hebraicorum omnis generis scriptorum notitiam haud tralatitè traditam liceat reperire, in hac Autor summe Rev. pro ea qua pollet doctrina & judicij vi historiam imprimis criticam sacrorum Scriptorum egregie explicat illustratque. Cum enim universum hoc volumen in octo libros dispertitum sit, tres priores propemodum integri Historiæ Biblicæ tributi sunt, ita ut in tertio Grammatices etiam Criticesque Hebrææ historia subjungatur: quartus Talmudi utriusque dicatus est: quintus Bibliothecam Judaicam & anti-Judaicam complectitur: sextus de Targumim sive paraphrasibus Chaldaicis tractat: septimus Judæorum Cabbalæ, octavus denique scriptis Hebræorum anonymis octingentis propemodum enarrandis est destinatus. Ut autem, quantum fructus & utilitatis ex hoc opere lectori haurire liceat, eo apertius constet, argumenta librorum singula

singula ab Autore diligentissime, ut solet, & accuratissime expo-
 sita breviter perstringemus. In *primo* libro *Canon* maxime
Biblicus ejusque integritas a mutilatione, transpositione, con-
 fusione, ac corruptione immunis, ex communi ab omni Sect. I.
 memoria Ecclesie usui constituitur, & adversus Criticorum
 quorundam objectiones & dubia vindicatur: deinde differitur
 de variis Codicis sacri *partitionibus*, sive majoribus, ut in Mo- p. 41.
 sen, Prophetas & Psalmos, in Prophetas anteriores & posteriores,
 sive minoribus, ut in capita versusque, ubi etiam de paraschis &
 sedariis, sive ordinibus sectionibusque minoribus apertis & claus-
 sis, nec non de haphtharis seu sectionibus Propheticis, quas para-
 schis respondentes in synagogis legendo quotannis observant Ju-
 dæi. Denique traditur de diverso *ordine*, quo collocati deprehen- 47.
 duntur variis ætatibus locisque in Codicibus sacris libri Biblici,
 atque varietas illa ex Humfredi Hody opere præstantissimo de
 textibus Bibliorum originalibus p. 644 sq. ad oculum exponi-
 tur. Succedit inde ampla & præclarissima tractatio *de singulis* Sect. II p. 62.
libris Veteris Testamenti, eorumque Autoribus, nec minus de
libris Apocryphis & de libris in Codice Hebræo citatis sed non ex-
 stantibus, accurata commentatio, subjunctis copiosis elenchis qua-
 tuor alphabeticis scriptorum, qui *introductiones* in Scripturam S.
 sive *mnemonicas* & analyticos more ac compendii, sive *historicas* p. 257.
 de sacrorum librorum scriptoribus, occasione, argumento, stylo, 262.
 sive denique *Criticas* & de Codicibus MSStis, de editionibus ver- 275.
 sionibusque ediderunt, vel tradiderunt notitiam Interpretum ac
 Commentatorum.

Libro *secundo*, in quo de MSS, Codicibus atque editioni-
 bus Codicis Hebræi Autor eruditissimus sollicitus est, primus
 labor versatur in disquisitione de *autographis* sacrorum scripto- Sect. I. p. 181.
 rum, quæ pridem interciderunt, & quæ præter rem adhuc extare
 jactantur sive Bononiæ sive aliis in locis. Proximus in *Codici-*
bus aliis MSS, remotioris ætatis, ad quos Talmudici vel alii Ju-
 dæi, ut David Kimchi, Maimonides, Menahem de Lonzano, pro-
 vocant. Tertius in *Codicibus MSS*, antiquioribus vel recen-
 tioribus, quos hodie adhuc constat superesse. Atque inter eos
 quos exploratæ ætatis refert non paucos, nullum antiquiorem

- p. 304. potuit reperire quam Phorcensem scriptum A. C. 1106. *Incerta aetatis* longe plurimos ordine alphabetico locorum, ubi afferuntur, enumerat, tam integri Veteris Testamenti, quam singularium quorundam librorum singularumve Vet. Test. partium.
326. Lectu digna etiam de *antiquitate & bonitate* Codicum dignoscenda, quam subjicit, dissertatio, & de pretio eorundem usuque. Inter *editiones* Bibliorum primo loco tractatur de polyglottis, ubi post curiosam de tentatis illis vel adhuc latentibus notitiam edita diligentissime recensentur, ita ut iteratæ etiam meritissimi de litteris viri ac desideratissimi Jac. le Long industriz non paucæ minimeque contemnendæ observationes accesserint. Neque *integra Biblia* tantummodo, sed partes quoque pluribus junctim linguis editas accurate percenset, subjuncto eorum qui *Orationem Dominicam* polyglotton vulgarunt, catalogo. Similem industriam & accurationem deinde in enarrandis cæteris Bibliorum *Hebraicorum* integrorum, vel partium editionibus probat, ordine chronologico ab A. 1488 deductam usque ad præsens tempus, non omisso etiam Hebraicis *Apocryphorum* vel *Novi Testamenti librorum, versionibus*, nec præterito studio eorum qui excerpta Biblica sive dicta classica ex libris sacris delecta ac digesta sub titulis vulgarunt. Ad *versiones* V. T. ubi perventum est, primum agendum sibi existimavit de iis, quæ a Judæis vel Ex-Judæis profectæ sunt, ut Samaritana (ubi etiam de Pentateucho Samaritanis exarato literis) nec non de versionibus Arabicis, Græcis, Persicis, Turcicis, Italicis, Hispanicis & Hebræo-Germanicis Judæorum. Nam de Chaldaicis agit infra Libro VI, & testatur, Gallicam nullam se reperisse, quæ Judæis debeatur, licet R. Isaac in commentariis suis Biblicas voces obscuriores Gallicis hinc inde explicat, & glossas Gallicas litteris Hebraicis scriptas ex eodem excerptas Isaacide apud D. Capellanum vidit Rich. Simonius. Non omittendum, quod de Karræorum observat codicibus, non tantummodo Pentateuchum, sed omnes libros V. T. iisdem comprehendi & punctis vocalibus animatos illos esse.
- p. 435. Liber tertius postquam de nomine, origine & fatis *Masore* sive Critices Hebræorum, in enumerandis sacri Codicis verbis,
- Sect. IV. p. 332-338.
- 354
- 362.
- Sect V. 354
- p. 413-416.
- 415.
- Sect. VI p. 419.
- Sect. I & II

fibus, vocibus & literis varietatibusque lectionum annotandis conditioneque illius & argumento succincte & erudite disputasset, diligentissime etiam explicasset controversiam de antiquitate *punctorum vocalium*, antiquitateque & usu *accentuum* multiplici, hermeneutico, grammatico, musico & rhetorico: notitiam alphabetico concinnatam ordine subtextit scriptorum tum Judaeorum tum Christianorum, qui *accentuum* Hebraicorum doctrinam vel tradiderunt vel illustrarunt. Hinc ad *variarum lectionum* rationes examinandas descendens, quæcunque vel de differentia lecti & scripti (*keri & kesibb*) origine, ætate & autoritate diversitatum illiusmodi, de litteris majusculis, minusculis, inversis, suspensis, finalibus & in medio textu positis, nec non quindecim vocibus desuper punctatis, qualem Genes. XIX, 33 etiam in suo Codice reperisse se Hieronymus testatur, quæ de *Ictur Sopherim* (ablatione Scribarum in quinque locis) & *Thickum Sopherim* (correctione Scribarum in locis duodeviginti) vel de aliis ejusmodi varietatibus scita digna feruntur, accurate exponit, & de Masoræ ipsius usu & pretio sobrium fert judicium. Utilissimi deinde nec sine magno labore & apparatu compositi sequuntur elenchi, 1) Scriptorum *Masoreticorum* Judæorum Christianorumque, 2) Scribarum seu *Sopherim* & Punctatorum seu *Nakdanim* Judæorum, 3) Scriptorum de Masora Christianorum, 4) Christianorum, qui *varias lectiones* Codicis Hebræi annotarunt vel examini subjecere, 5) *Lexicographorum* Judæorum, editorum ineditorumque, 6) *Lexicorum Hebraicorum* polyglottorum a Christianis vel Ex-Judæis, 7) *affectorum* vel ineditorum 8) eorum qui *nomina propria* in codice sacro exposuerunt: in quibus omnibus non pauca addita videbis illis, quæ in historia Lexicorum Hebraicorum, Witebergæ pridem An. 1705, 8 edita & in Actis illius anni p. 301 recensita Autor maxime Rev. exposuit. Jam succedit *supplementum* insigne libri Buxtorfiani de abbreviaturis Hebraicis præmissis scriptorum hujus argumenti indice. 9) Index subsidiorum ad lectionem Rabbinicam: & 10) scriptorum Hebræo-Germanicorum, 11) Grammaticorum Judaicorum Catalogus ex B. Christ. Theophili Unger apographo Hebraicus, conferendus cum eo, quem parte prima p. 37

p. 476. 492
 500.
 507. 526.
 524.
 22. & 527.
 534.
 537.
 542.
 544.
 546.
 548.
 561.
 565.
 575.
 591.
 593.
 595.

- p. 597. doctissimus Wolfius exhibuit, 12) Catalogus Grammaticorum
 600. Judaeorum alphabeticus, 13) Catalogus alphabeticus amplis-
 621. simus Grammaticorum Hebraeorum inter Christianos, 14) Ob-
 servationes variae jucundae dignaeque lectu de Lingua Hebraica,
 de literarum figura, nominibus, significato ac potestate, pronun-
 633. ciatione, usu numerali, variisque earum affectionibus, de i-
 635. diotissimis figurisque Grammaticis, ac demique de linguarum He-
 braicarum antiquitate inque alias linguas deflexione, lexicisque har-
 monicis, ubi post varias linguas explicatas, quae Hebraicae origi-
 nem debere sunt existimatae, integrum inseruit eruditissimi &
 639. ingeniosissimi Viri *Olat Rudbeckii* filii specimen, quo vocum
 Laponicarum Hebraeis affinium sive Lapo-Hebraicarum indicem
 648. contexuit: nec non viri supra laudes positi *Bernhardi de Montfau-
 con* dissertationem (ex T. 2 Hexaplorum Origenis p. 394 sq.) de
 veteri literarum & vocalium Hebraicarum pronuntiatione.
- Cap. Ip. 658. Liber *quartus*, qui totus fere de *Talmude* est, sive de corpore do-
 ctrinae traditionum veterum Judaicarum duplici Babylonico &
 Hierosolymitano, nomen ejus, aetatem, origines & autores Mi-
 693. schae & Gemarae, tum *rosapharum* sive additamentorum &
 700. *baraitarum* sive extravagantium argumenta, item & disposi-
 tionem operis, deinde specialem, accuratam & uberiorem sin-
 gulorum Codicum Talmudicorum recensioem, ordine litera-
 rum, facta initio a Pirke *Abot* sive Patrum Capitulis, quorum
 plurimae editiones ac versiones referuntur. Ita & in aliis, ubi,
 qui separatim vel editi vel in alias linguas conversi sunt, hoc
 diligenter annotatum lector reperiet, sicut etiam monitum de
 716. promissis Mischnicorum vel Gemaricorum Codicum versio-
 724. nibus aut adhuc ineditis. Subjicitur Catalogus alphabeticus
 Talmudicorum codicum ex verbis Hebraicis, quibus singuli
 741. incipiunt. Nec non designatio Codicum singulorum Mischni-
 corum ea serie qua in lex ordinibus suis exstant, perspicue
 expositis singulorum argumentis. Tum Catalogus duplex Do-
 ctorum *Mischnicorum* & *Gemaricorum* Alphabeticus ex libro
 754. 757. *Juchasin* concinnatur. Nec non index autorum qui a *R. Geda-
 781. lia* in Catena traditionis (*Schalchelech hakabbala*) allegantur,
 & Catalogus Magistrorum Judaicorum inde a Seburzis usque

ad

ad recentiora tempora concianantur ex *Zemach David*; tum p. 791.
 index Doctorum Judaicorum medii superioris maxime seculi,
 quorum mentio in *Barriosi* opusculis hispanice editis A. 1683, 796.
 hinc index in *Abrahami Ben Dior* Sepher hakabbala. Licet 801.
 præclara autem hæc sint, tamen longe plura adhuc minime-
 que inferiora lectoribus offert summe Rev. Autoris industria,
 nam hic videmus Notitiam & catalogum accuratorem Docto-
 rum *Thaanim*, quorum in *Mischmajoth* mentio, scriptores de 805.
beresibus Judæorum tum universe tum de singulis speciatim. 815.
 De Hillelis item & *Schammxi* schola & de Tryphone Justini 824. 837.
 Martyris: nec non de Nathanejus tractatum de patribus a ca- 855.
 pitulis Patrum (de quibus supra) monet distinguendum esse, &
 de Simeone Hillelis filio, quem eundem cum illo Lucæ II, 25
 volunt. Proxime sequitur Notitia alphabetica Doctorum *Ge-*
maricorum præcipuorum, editionumque *Mischna*: nec non
Talmudis tum integri tum ejus partium; deinde de fati*s Tal-*
mudis inter Judæos & Christianos, & plenior, quam usquam alibi
 reperias, de *Typographiis Judaicis* & de libertate imprimendi
 libros suos per Christianas ditiones concessa Judæis, nec non In-
 dex alphabeticus locorum, in quibus libri Judaici typis exscripti
 sunt. Denique totus liber hic judiciis de pretio & usu *Talmu-*
dis Grammatico, exegetico, elenctico & historico, de sensu fa-
 bularum *Talmudicarum*, de locis ubi *JESU* vel *Christiano-*
rum ac *Christiana rei in Talmude* mentio, & notitia scripto-
 rum de *Talmude* scriptorumque *Talmudicorum* concluditur. 959.
 Liber *quintus* plenissimos indices complectitur pulcherrimos
 que, 1) scriptorum *anti-Judaicorum* Græcorum & Latinorum,
 xvi veteris editorum, ineditorum perditorumque, 2) Scripto-
 rum *anti-Judaicorum*, ab Ex-Judæis antiquis & recentioribus eru-
 ditorum 3) *Scriptorum Christianorum* recentium, qui Judaicos er-
 rores oppugnarunt. 4) *Judæorum* qui Christi nomen & sanctissi-
 mam nostram religionem oppugnare vel blasphemare sunt ausi,
 5) *Judaicarum* pro gente & religione sua apologiarum, 6) ob-
 servationum miscellanearum de *Judæis converfis & convertendis*,
 7) *concionum* in converfos & baptizatos Judæos, & 8) *Scripto-*
rum de optima Judæos convertendi ratione, 9) *Catechisimorum*
 pro

Cap. IV p.
 962.
 p. 973. 979.
 987.
 994.
 1003.
 1013.
 1048.
 1053.
 1055.
 109.
 1063.
 pro 1065.

- p. 1067. pro Judæis germanice aut pro Christianis hebraice compositum, 10) scriptorum de speranda vel non speranda magna vel universali Judæorum conversione, 11) Historicorum de rebus Judaicis Hebræorum tam universalium quam specialium, 12) 1080.1082 Christianorum de eodem argumento, 13) Hebræorum itidem & 14) Christianorum de *Antiquitatibus* Judaicis moribusque ac ritibus hodiernis. 15) observationum miscellanearum farraginem de Judæis rebusque Judaicis, ut de decem tribuum fatis, fluvio Sabbatione, Judæo, quem immortalem fabulantur, sublesta Gentilium scriptorum in rebus Judaicis fide, supina Judæorum recentium maxime ignorantia, aliisque variis consimilibus argumentis. Postremo loco post catalogum eorum qui a Christianis ad Judæos pro pudor! defecerunt, libro colophonem imponit
1108. appendix rariora quædam scripta antijudaica paulo fufius enarrans, 1) *Petri Nigri* librum contra perfidos Judæos, 2) Alphonfi Spinæ *Fortalissimum fidei*, 3) *Porcbeti* victoriam adversus Hebræos & 4) *Hadriani Fini* flagellum Judæorum. Pervenimus ad librum *sexum*, in quo solita industria Autor summe Rev. persequitur, quæcunque ad Targunism sive *paraphrasum Chaldaicæ* originem auctoresque, rationes, autoritatem, usum, pretium, fata & editiones pertinent. In Pentateuchum quidem Onkelosi, quem ab Aquila recte distinguit, Jonathani Ufielidis atque Hierosolymitanæ; in Hagiographa & Megilloth incertorum, quarum aliquas male quidam tribuunt Jonathani.
1185. sq. Concludit hunc librum erudita de *Verbo Domini* dissertatio atque 1189. elenchus scriptorum, qui de paraphrasibus Chaldaicis sunt commentati.
1191. In libro *septimo* de Cabbala sive arcana Judæorum & abstrusiore doctrina, ludicris ac superstitiosis multis nugisque canoris contaminata, ita differitur, ut & de origine ejus, natura, indole, variis generibus, nec non de pretio illius & usu judicium idoneum ferre liceat attento lectori. Copiose etiam traditur de decem illis apud Cabbalistas decantatissimis Sefhiroth, atque de illis, quemadmodum & de omni re Cabbalifica, scriptores alphabetico ordine enumerantur.
1220. Libro denique octavo sive ultimo non tantum solers & per-
1228. spicua
1243.
1247.

spicua notitia traditur scriptorum Hebræorum Anonymorum DCCLXXXIV, cum Gabriel Groddeckius *ὁ μακροβίτης* in erudita diatriba, quæ Theatro Placciano adjuncta est, Anonymos & Pseudonymos tantum DXIX enumeret: sed etiam insignis attexitur recensio librorum precum & rephillarum ritualiumque librorum, quibus in Synagogis Judæi uti consueverunt, obiter etiam adspergitur notitia *dissertationum* quæ Hebraico idiomate a Christianis in Academiis variis editæ ventilatæque sunt, ac denique volumen totum claudit *specimen thesauri polyglotti* harmonici, quod non ita pridem in lucem edidit supra jam laudatus nobis Olaus Rudbeckius Fil.

p. 1452. sq.

1291.

1473.

Quam vero summe Rev. Wolfius promittit Partem tertiam hujus Bibliothecæ suæ, hoc impensius ab eo expectimus, atque ad hanc aliasque, quas ab eo Ecclesia & res literaria expectat, lucubrationes pertendendas valetudinem prosperam ei toto pectore vovemus, quo magis in hac certe præsentem demonstravit, cordi sibi esse illud Domitii Pisonis apud Plinium præf. Hist. *thesauros oportet esse non libros.*

DISSERTATIO DE DARIO MEDO.

Th. I. Nomen Darii Medi in sola Scriptura sacra invenitur. Dan. VI & IX. Non Herodotus, non Xenophon, non Berofus habent.

Th. II. Ex Scriptura patet, Darium hunc Medum (1) suscepisse regnum Babylonis post mortem Balthazaris, (2) fuisse 62 annorum, cum regnum susciperet, 3) Regem factum super regnum Chaldæorum, (4) fuisse Danielis estimatorem, (5) Patrem habuisse Aserum, (6) fuisse Medum genere, (7) Cyri regnum ejus regno successisse, (8) Angelum Dei ei datum Gabrielem, ut corroboraret & auxiliaretur.

Th. III. Sed & id bene in Historia Darii Medi observandum, illum Regem Medorum & Persarum fuisse, antequam regnum Babylonis susciperet. Hinc fit mentio Legis Medorum & Persarum, qua Reges obstringebantur, ut revocare decreta semel non possent.

Th. IV.

Th. IV. Haftenus bene succedunt omnia : sed jam in collatione historiae sacrae cum profana multae occurrunt difficultates, quas secant potius, quam solvunt Historici. Sed ut res melius procedat, examinanda sigillatim antiquorum fontium fides. De Scriptura sacra dubitari nequit. Danielis enim prophetiae jam Darii tempore consignatae, adeoque fallere nequeunt. Berosi fragmentum, quod Josephus contra Appionem adducit, a plurimis aestimatur, & licet in quibusdam tam a Scriptura, quam ab aliis antiquis videatur recedere, conciliatio tamen institui potest. Herodotus pater historiae est, fideliter scripsit, sed non semper circumspice. Quae tamen de regibus Orientis habet, ex Persarum relatione eis temporibus hausit, adeoque plane rejici nequeunt. Xenophon in Cyropædia Philosophus magis est quam Historicus, & autoritas ejus, qua hanc Cyri senioris historiam, a duobus maximis viris Platone & Cicero vilipenditur.

Th. V. Tentemus ergo Historiam sacram cum profana conciliare. Mortuo Nabuchodonosore successit Evilmerodach filius ejus. Hic mirus omnium consensus. Nomen paulisper mutatum : *Iluarodamus* in Canone, quae tamen differentia nullius momenti est.

Th. VI. Occiso a sororis marito Evilmerodacho, ille successit, Neriglossor nomine. Sed cum sui ipsius nomine regnare non poterat, regnat filii nomine. Hic filius Berosi Laborosarchod appellatur, quod Wilh. Langius monstrat esse idem nomen cum Nabuchodonosore, scilicet E pro I & transpositione Laboroschod-sar. Est hæc ratio est, cur Scriptura non meminit Neriglossoris, filii enim nomine regnabat. Vocatur autem filius in Scriptura Balthasar, quod nomen honorificæ appellationis forte in ejectione ad regnum ut gloriosum cognomen assumptum. Quod autem Berosus huic novem menses regni tantum tribuit, Daniel autem tertium ejus annum memorat, facilis conciliatio est. Si enim a morte Evilmerodachi computentur anni ejus, jam quatuor annos & novem menses regnavit. Videtur autem hic Rex Balthasar, ut pater, patre habenas tenente, ejus imperio coercitus, post mortem Patris autem in vitia prolapsus. Necessè quoque est, ut successio talis sit, cum a Jeremia prædictum, Judæos servituri

ros Nabuchodonosori filio ejus (Evilmerodacho) & nepoti ejus (ex filia scilicet Balthafari.) Quod autem Nabuchodonosor pater ejus vocetur Dan. V, id non rarum, avum Patrem dici. Occisus autem uterque & Balthasar Danielis & Laborosarchod Berofi, ut eo magis pateat, unum eundemque esse.

Th. VII. Sed occiso Balthasare, jam maxima oritur discrepantia. Daniel enim dicit, Darium Medum suscepisse regnum. Et Berofus dicit, Nabonnado, uni ex conjuratis, qui ex Babylone erat, regnum traditum. Ut hæc concilientur, varia notanda: (1) impossibile esse, Nabonnadum eundem cum Dario esse. Darius enim Rex Medorum, Nabonnadus Babylonius erat, & interfecto Regis. Et quomodo ille, qui Babylonius erat, juxta Reges Medorum & Perfarum regnare poterat? Nulla ergo ratio ne Nabonnadus est Darius Danielis. (2) Major est verosimilitudo, imo certitudo, Labynitum Herodoti eundem cum Nabonnado esse. Solum enim L & I discrepantiam causatur, Labonnadus & Nabonnadus, bene observante Langio. Et hoc evicto, jam matrem habuit Nabonnadus Nitocrim, prudentissimam fœminam, Et forte patrem Labynitum, qui inter Alyattem & Cyaxarem arbiter erat. Quod enim Harduinus dicit, Labynitum esse nomen Regibus commune, ut Pharaos, id exemplo caret. (3) Iam vero quæritur, quomodo duo hi simul ad regnum Babyloniæ evehi possent, id quod ulterius inquirendum.

Th. VIII. Labynitum statim ac occisus Balthasar, Regem nominatum, dubitare nos non sinunt clara Berofi verba.

Th. IX. Darium Medum quod attinet, clarius adhuc ex Scriptura est, illum suscepisse regnum Chaldæorum post Balthasarem. Sed potest tamen Scriptura ita explicari, ut forte aliquid intervalli fuerit inter unius mortem & alterius successionem in regno Babylónico. Certe non vi regnum Babylonicum subegit Darius Medus, sed **קבל** accepit **המלך** regnum, factus est, electus & constitutus Rex. Videbimus jam, quid concludi possit.

Th. X. Balthasar quidem moribus pessimis fuit, & ideo occisus. Interea tamen non omnem humanitatem & justitiam exuerat. Quam fidelis enim promissorum servator fuerit erga Danielem, qui tamen tam tristia illi prædixerat, Scriptura nar-

rat. Verosimile ergo est, illo amicorum scelere sublato, non omnes in Nabonnadi successionem consensisse incolas. Et neminem minus, quam Danielem, virum non sanctum modo & iustum, sed & a Balthasare dignitate & muneribus affectum. Qui autem non consentiebant, ad alium jam Successorem respiciebant.

Th. XI. Scripserat jam manus Dei, regnum Balthasaris tradendum Medis & Persis. Ad quem ergo prius respicerent, quam ad Regem Medorum & Persarum tunc regnantem? Ille sine dubio erat Astyages, præterea forte sanguine Balthasari conjunctus. Nabuchodonosor Medam in matrimonio habuit. Illa iuxta fragmentum Alexandri Polyhistoris in Syncello, filia Astyagis Satrapæ Mediæ dicitur. Est quidem obscurius hoc fragmentum, & rem non satis clare explicat. Interea ansam dat conjectandi affinitatis vinculo Reges Mediæ & Babylonis conjunctos. Darius ergo Medus sive affinitatis jure, sive a præstantissimis evocatus regnum Babylonis suscepit, & suo adjecit. Quid vero tunc Labyrinthus? Altum est silentium, Daniele, ut Regicidam, ne nominare quidem volente Beroso, sub nomine Nabonnadi nominante, sed Darium Medum prætereunte, quod forte non satis de rebus Babylonicis temporum tam longe a se remotorum instructus fuerit. Sed id credi potest, suscipiente regnum Dario, vel latuisse vel auferuisse Labyrinthum: Satrapam autem constitutum, ut vult Langius, nulla ratione credibile est. Interea non videtur Darius Babylone resedisse, sed in Mediam rediisse, & Danielem, quem tam charum & honoratum habuit, secum in Mediam abduxisse. Id quod Josephus clare dicit p. 352, & quod nil nisi verum dicat, facile concludere est ex v. 4. c. VI Danielis: quod cogitavit Rex illum toti regno præponere. Talem enim virum secum habere omnino Regis intererat. Et sane historia de fovea Leonum multo magis in Media, quam in Babylonia videtur gesta. Vix enim probabile est, Darium Leges Medicas & Persicas in Babyloniæ inferre statim voluisse, imprimis cum sine armis regnum videatur occupasse.

Th. XII. Redeunte in Mediam Dario, qui Astyages est, bella illum civilia exeperunt, Cyrus nepos Persas ad rebellio-

acem

nem concitavit, & post varios conflictus vicit, regnoque cedere coegit. In his tumultibus Labynitus regnum recuperare poterat, & inde annos computare, & mortuo post aliquot annos Dario, a Chaldaeis omnibus pro Rege agnosci. Cyrus jam Medis & Persis imperans, Crœsum etiam subegit, quæ omnia causam Nitocri dare poterant muros instaurandi, Euphratem ducendi, finitimos Reges & Gentes conciliandi contra Persas. Quæ tamen omnia, Deo ita moderante, impedire non poterant, quin Labynitus a Cyro regno depelleretur.

Th. XIII. Ita Scripturam sacram cum profanis Auctoribus conciliaui. Sed jam varia expedienda mihi restant. Objicitur, (1) Astyagem non fuisse Darium Medum. R. Cur non? Nam pater Darii Medi Assverus. Et quoddam nomen melius Assvero congruit, quam Cyaxares, Astyagis Pater? Si non, dic ergo, quis alius Rex eo tempore Medis & Persis imperaret, nisi Astyages? Non potes. Sed inquit, (2) Darius Medus fuit frater Astyagis. R. At hoc probari nequit, vel fratrem habuisse Astyagem, vel si habuerit, unquam regnasse, vel si regnaverit, utrique genti, Medis simul & Persis, fratre vivo, regnasse. Ex Herodoto, & omnibus antiquis patet: Persas a Phraate subiectos paruisse Medis, & contra Astyagem a Cyro incitatos. Ficulneum istud argumentum est, quod pro probando contrarium ex loco Esaiæ adducitur: *Ascende Elam, ascende Madai*. E. duo Reges erant. Quidni duæ gentes sub uno Rege? Sed (3) objiciet alius: Fuit E. filius Astyagis. Cyaxarem enim illum appellat Xenophon. R. At Astyagem non habuisse filium, Herodotus, Ctesias, Diodorus Siculus & uno consensu Veteres tradunt, qui magis audiendi, quam unus Xenophon. Et si vel habuisset, unde, nisi ex mera & incerta conjectura probare posses, Cyaxarem hunc Xenophontis fuisse Darium Medum Danielis. Certe Cyrus immediate successit Astyagi in Media, juxta Herodotum & omnes. Cyrus etiam Dario Medo immediate videtur successisse, juxta Danielelem. Sed nego, successionem illam, quæ in Daniele memoratur, ulterius se extendere quam in regno Medico & Persico. Cyri tertius annus Dan. X, 1 est imperii Medici. Sed primus Cyri annus Esdræ. I est

imperii Babylonici. Daniel enim videtur ante reditum Judæorum ex captivitate mortuus fuisse. Nescio enim, cur non alias simul ipse rediisset. In Babylonia autem Cyrus non Dario Medo, sed Labynito successit. Viginti & unus anni intercesserunt inter initia horum Cyri regnorum. Medicum incipiebat anno Nabon. 189, Babylonicum anno 210. Harduini fictitious Reges & commentitias successiones relegere, est refutare. Inquies, (4) quæ de Dario Medo dicuntur apud Danielem, non quadrant in Astyagem. Astyages crudelis in Medos, in filiam, &c. Darius Medus Danielis amantissimus, Dei veri adorator &c. R. Sed quis nobis verum Astyagis characterem unquam depinxit? Certe Herodotus non vidit neque cognovit. Omnia ex Persarum relationibus habuit, quæ mala plura, bona fere nulla de Astyage dicebant, ut rebellionem eo melius tegerent. Certe Æschylus de Cyri antecessore, ut prudente & benigno viro loquitur. Sed licet veri Dei agnitor, nonne lapsus tamen in crudelitatem Nabuchodonosor? Potuit & labi Darius Medus, & crudelitatis in familiam & subditos pœnas luerre. Certe qui Principibus tam impia mandata gratificari poterat, poterat ille & somnio quodam, divinitus forte oblato, nimis angere, & in crudelitatem abripi.

Th. XIV. Darium E. Medum Cyri avum maternum esse, ex nostra hypothese fluit. Sed Nabonnadum Megasthenes asserit nullam unquam affinitatem Nabuchodonosori fuisse conjunctum.

Th. XV. Æschyli locum quod attinet, cum dictis facile conciliatur. Si enim de Susorum expugnatione loquitur, jam primus Medus, qui Susa expugnavit, Cyaxares fuit. Alter, qui non nominatur, Astyages. Tertius Cyrus, succedens Astyagi.

Th. XVI. Scholiastes Aristophanis & Suidas nominant Darium, Dario Xerxis Patre antiquiorem: & hoc ipso nostram sententiam confirmant. Verum enim Astyagis nomen Darius, qui cognomen aliquod nancisci potuit, unde Astyagis appellatio, juxta Græcorum pronuntiationem, orta.

Addimus Schema Chronologicum historię hujus.

Era Capt. Bab. ab anno Jojakimi 4	Era Nabon	Era Olym-piad.	Regnum Babylo-nicum	Regnum Medo Perfa-rum	Anni Imp. Medici Astagis Cyri	Danielis historia
43	182		Evilmerodach incipit.	Astyages, qui Darius est.	25	
45	184	- - -	Balthasar sub tutela neriglossoris		27	Vifio cap. 7
46	185	Ol. 54	3 annus - - -	- - - - -	29	Vifio c. 8
47	186					
49	188		Darius Medus qui Astyages est, regnum utrumque conjungit. Tunc ab Angelo contra Nabonnadum & rebelles confortatus.		31	Vifio c. 9
50	189	Ol. 55	Bellum civile Cyro duce, incipit. Cyrus victus.		32	1
51	190		Cyrus altero quoque anno victus.		33	2
52	191		Cyrus tertio victus. Rex Persiæ Danielo vocatur Cyrus, quia nondum Mediam subjugarat.		34	3 Vifio c. 10. & 11
53	192		Cyrus victor. Darius seu Astyages ad privatam sortem redactus Rex.		35	4
54	193	Ol. 56	Nabonnadus f. Labyrinthus regnum recuperat & hinc annos 17 computat.			5
Annus 70 & ultimus.	209	Ol. 60				
Reditus Judæorum	210	- - -	Cyrus Babylone potitus iterum utrumque regnum conjungit. Hinc annos Cyri Esdras computat.			22
	217	Ol. 62				
	218	- - -	Cyri mors vel hoc vel sequente anno.			30

ΠΑΡΑΤΙΤΑΑ ΤΗΣ ΧΡΟΝΟΛΟΓΙΑΣ
 & Historiæ Sacræ, a mundo condito usque ad τὴν ἔξοδον
 Israelitarum ex Ægypto; Profanam quæ explicat, pro-
 ut desumpta ex Libris Metamorphoseων P. Ovidii Nafe-
 nis ad hæc tempora spectat, Autore LUCA
 CUPERO, Philologo.

Amstelod. apud Henr. Strick, 1721, 8.

Alph. I plag. 3.

CUM Cl. Autor animimum induxisset Chronologiam & Hi-
 storiam vetustam interpretandi, quam sacræ in primis lit-
 teræ tradiderunt: eam ita adumbratam simul esse in Libris *Me-
 tamorphoseων Ovidii* sibi persuasit, ut operæ pretium facturus
 videretur, si sacram Chronologiam cum profana, eaque Ovi-
 diana curatius compararet. Et quamvis fuerint, qui primo sta-
 tim libelli adspectu offenderentur; ita tamen fabulam suam e-
 git, ut optime egisse ex ipso opere appareat. Dum enim Ovi-
 dius principio præclari istius operis disertè profitetur, se per-
 petuum carmen prima ab origine mundi ad sua tempora de-
 ducere: vel cuivis alii opinionem iniicere potuisset, quam Cl.
 Cupero iniecit, contineri in illo Systema aliquod Chronologi-
 cum sive Historicum, connexum a Mundo condito usque ad
 Jesum Christum natum sub Augusto, quibus diebus Poeta noster
 vixerat. Iam vero nihil amplius, quam tempora ab origine
 mundi ad Exitum Israelitarum ex Ægypto examinare consti-
 tuit: in quibus hoc hypothese suæ maxime proficuum depre-
 hendere potuit, quod dudum Viri docti Creationis, Diluvii &
 quorundam aliorum manifesta vestigia in Nasone observarunt.
 Itaque introductione inde a p. 1 ad 40 Creationem doctissimis
 adnotationibus, tam ex sacræ linguæ genio, quam poeta suo petitis,
 diligenter illustrat, dum p. 3 de superficie terræ ejusque figura
 Sphærica, p. 5 de initio *ἡμετέρας* a nocte, non a die, p. 6 de di-
 versis aquis, p. 23 de terra Planeta & reliquis Planetis maribus ac
 montibus, viriditate & quibusdam creaturis præditis disputat. Et
 quia Chronologica tractat, locum ibi iavuisse etiam credidit, p. 24
 de Ho-

de Hebdomadis, p. 25 de Mensibus, p. 28 de Diebus, p. 31 de Annis, vulgaria illa Chronologorum, sed ex sacro Codice demonstrata, proferendi. Sic aulpicatur primam temporum Periodum p. 47 a mundo condito usque ad diluuium: ubi inquisitio illa Chronologicæ sacræ & ætatis hominum, qui ante diluuium vixerunt, sic satis bene se habet, utpote quam nemo nescivit; sed ubi ad alteram partem, h. e. ad Historiam Sacram Profanam explicantem devenit, non æque bene se gerit. Præsupponit enim, Profanos Scriptores existimasse, magnum temporis spatium intercessisse inter ea quæ Genes. c. I & c. II memorantur, p. 58. & 62; & hinc *Auræam ætatem* Ovidii ac partem *Argentææ* trahit ad statum integritatis. Saturnum pro Deo accipit p. 62, & ne nimium sterilis esset ea tractatio, p. 64 de nomine Dei יהוה disputat, idque יהוה enunciandum esse docet. Pag. 66 folia ficulnea, ex quibus cinctoria sibi fecerunt Protoplastæ, pro habitaculis in arbore quadam Paradisi accipit & p. 67 *Æneam* denique *ætatem* de Lapso hominis interpretatur, uti p. 70 adierit, *ferream* cum parricidio Abelis initium fecisse. Astræam Nasonis I v. 150 de *Esthere*, ut ultima fidelium ante Christum natum, intelligit: qui saltus vix est ferendus, cum eadem opera de justitia, quæ apud homines diutius quam reliquæ virtutes culta, interpretari potuisset. Pag. 75 seqq. Gigantes Ovidii cum corruptis ante diluuium hominibus confert, & mores Lameci in *Lycaone* Nasoniano depictos esse, p. 84 ostendit: ita vero ut vates simul respiciat ad Historiam *Labanis*, p. 86, qua opinione nihil sane ad Chronologiam opus fuisset. Periodo secunda digerit tempora a Diluuiio usque ad exitum Abrahami ex Ure Chaldæorum, & notatis variis difficultatibus Chronologicis, diluuium, prout ab Ouidio describitur, illustrat. Per *Scbemum*, qui tunc oracula tenuerit, p. 140, verbum Dei ad Noachum perlatum esse p. 110, & per *Ventum*, cuius in ea descriptione Poeta meminit, nuncios a Jacobo ad Esavum missos, uti per Aquilonem emissum *persecutionem Labani*, intelligi p. 117 sqq. statuit: cuius commatis fere omnes sunt, quas quærit, allusiones ad Historias speciales in ipsa illa descriptione Diluuii conten-

tz. Pag. 140 sqq. pluribus docet, *Schemum* atque nobilem illum *Melchisedecum* unum esse eundemque, quibus talia protulit, quæ vero non multum sunt absimilia. Contraria autem veritati, quæ de tribus Viris Abrahamo apparentibus p. 146 differit, inter quos primum, qui nomine *Jehove* insignitur, eundem *Schemum* fuisse, (etsi p. 151 eam difficultatem quomocunque tollere nitatur) reliquos duos *Schelachum* & *Heberum* majores Abrahami, p. 152 arbitratur. Per *Iapetum* Ovidii ejusque uxorem *Aham* intelligit p. 162 *Abrahamum* & *Sarab*, & per *Orchamum* Ovid. IV v. 212 *Nachorem*. *Nimrodum* esse *Belum*, p. 167, & *Belides*. Ovidio IV v. 463 memoratos *Nimrodianos* turrem extruentes, p. 169 ingeniose demonstrat. Periodus demum Tertia disponit tempora, quæ sunt inter Exitum Abrahami ex Ure Chaldeorum usque ad Exitum Israelitarum ex Ægypto, idque intervallum describit annis 430, quos demonstrat p. 173 sqq. Huc Ovid. Metam II. v. 594 trahit & de *filiabus Loti* interpretatur, p. 189, mox advocat *Celmum* & *Jovem* ex Ovid. IV v. 281, & *Jovem Jacobum*, *Celmum Esavum* interpretatur. Pag. 203 sqq. de *duodecim Zodiaci signis*, tanquam de *tot Jacobi liberis* differit, eorumque profectioes de *Constellationibus*, quæ loca sua mutaverunt, exponit p. 216. *Phæbus* Cl. Auctori p. 217 est *Josephus*, *Lea* uxor Jacobi *luno*, & *Zilpa* ancilla ejus *Parrhastis*, de quibus Ovid. II v. 410, qua occasione Historiam Jacobi illustrat. *Oceanus* senex eidem p. 239 est *Esavus*, & *Latoria* p. 248 *Dina*, cujus historiam ibidem exsequitur. *Semiramis* vero *Thamar* a *Semo* ita nominata, cujus filiam fuisse *Thamarem* plurimi Judæi tradunt, p. 271. Reliqua Josephi & Jacobi Historia occupat, quam quominus figillatim exponamus instituti ratio prohibet. Satis enim jam allata docebunt, qualis sit opera Cl. Cuperi. Si vero sive ingenio, sive judicio interdum falsus fuit, condonabimus istud omnæ Ovidio seductori, qui de uno & altero momento ita cecinit, ut vi quadem ad hanc vel illam opinionem, si semel Carmina ejus cum historia sacra comparare inceperis, rapere videatur.

DISSER.

i. e.

DISSERTATIO HISTORICA DE DUEL-
lis & ordinibus equestribus.

Amstelodami, apud Petrum Brunel, 1720, 8.

Pl. 12.

Qui multis ingenii monumentis politæ eruditionis, & πολυ-
αγαθίας non solum, sed & πολυμαθίας gloriam con-
fecutus est, Vir eleganter doctus, Jacobus Balnagius, in Acta no-
stra jam sæpius dignis cum elogis relatus, in hac dissertatione
historica de duellis accurate disputat, & ex historia, cum civili,
tum ecclesiastica, nec non ex saniore morum doctrina, multa
in medium profert, quæ lectu non minus utilia quam jucunda
censemus. In *præfatione* refert celeberrimus Autor, Italos quam
maxime in describendis duellis se industrios exhibuisse, eademq;
adeo deperisse, ut Poetæ, Jcti & Theologi rationem fere perdi-
derint, falsissimis existimationis tuendæ regulis occupati, quas in
systema aliquod redactas, & in academiis legum civilium studio
antepositas, Comitem Maffeuum in libro de scientia equestri, Ro-
mæ 1710 edito, omnium optime & retulisse & rejecisse, suosque
ad meliorem mentem revocasse notat. Gallorum Scriptores in tres
classes dispescit, quorum alii, qui iis temporibus vixerunt, in qui-
bus ex duellis Regum & ecclesiæ auctoritate initis de familiis, re-
gionibus & beneficiis judicium ferebatur, duella magni fecerunt,
& data opera in historiam contulerunt: alii, quorum ætate fu-
ror ille deferbuit, ut gentis suæ gloriam tuerentur, antiqua duel-
la a recentioribus distinxerunt, & illa quidem vindicarunt, hæc
reprobarunt: alii denique circa finem sæculi superioris, senten-
tiam Regis, duella graviter prohibentis, & malo huic feliciter me-
dentis, secuti sunt. Seldenum, Anglos ante Normannorum ad-
ventum duello conflixisse negantem, & hic & in opere cap. IV
notat, atque Iani Slicheri dissertationem juridicam inauguralem
de debita ac legitima vindicatione honoris & de duello (Amst.
1717 in 12 ed.) exquisitis laudibus ornat.

Dd

Ipla

Ipsa vero dissertatio XV capitibus absolvitur, quorum *primum* ideam duelli generalem exhibet, & præmissa hac observatione, si quis duellorum originem a Caino & Abele deducere velit, injustitiam eorum esse manifestissimam, eo quod Abel innocentissimus succubuerit, ex inordinatis passionibus humanis duella proficisci docet, iracundia & vindictæ cupidine hominem, falsa vanæ gloriæ persuasione fascinatum, extra se rapientibus, ut, præsertim si semel atque iterum successerit, nec tristitia, quæ duella sequuntur, fata secum reputet, nec vinculis legum divinarum perruptis, ab hac insaniam, nisi sola Principum severitate, coerceri queat. Cum itaque vindicta & impotentia animi mortales statim a condito orbe ceperit, duellorum originem a prima mundi ætate repetendam esse liquet, quorum in *Capite II* varia, ratione causæ impulsivæ, consuevit genera. Ejusmodi enim certamina singularia suscipiebantur quondam, modo pro bono publico, quando misso in compendium bello, paucis pugnantibus utriusque belligerantis populi fata committebantur, modo ad detegenda crimina, vel crimen aliquod diluendum, & veritatem alicujus rei eruendam, modo ad solam fortitudinis gloriam consequendam, modo ad innocentes vindicandos, oppressosque liberandos, modo denique amore incitante: ubi obiter addimus, duellis olim non lites solum esse terminatas, sed & nuptias conciliatas, bellorum eventum exploratum, & id genus alia demonstrata, quæ ancipiti duellorum eventui non subjicienda fuissent. Quia vero frequentissime famæ & gloriæ causa instituebantur, in *Cap. III* falsa falsi honoris principia ex veris veræ philosophiæ moralis præceptis hisce potissimum rationibus confringuntur, quod vera gloria non ex vulgi judicio pendeat, sed in legitima officii, sive a Deo, sive ab hominibus injuncti, administratione consistat, qua occasione antiquorum sententia rejicitur, qui judicem aut ducem, a reo vel milite provocatum, in duellum descendere oportere contenderunt: porro quod postulandum non sit, ut omnes bene de nobis sentiant: quod gloria majorum in umbram abeat: quod injuriæ sint effectus iræ, patientia virtutis: quod duellis minime probari possit, justane an injusta sint, quæ facta sint: quod Philosophi gentiles & Jcti pagani, Lombardorum leges, vindictæ locum relinquentes, a legibus Romanorum, qui actionem

nem

nein non permittebant contra injurias, probe distinguentes, du-
 ella illicita esse jam agnoverint: quod ea opinione, ac si satisfac-
 tio exstimationem restituere possit, nimum auctoritatis ini-
 mico concedatur: quod virium ostentatio homine ratione prz-
 dito sit indigna: quod denique falsissimum sit Deum przesse du-
 ellis, & ab innocentis partibus stare, atque mediante duello oc-
 cultam ipsius voluntatem revelari, cum id ipsum, licet ab eccle-
 siz doctoribus quondam traditum, & per multa sæcula creditum
 sit, cum primis religionis christianæ principiis pugnet. Dirutis
 itaque fundamentis, quibus duellorum necessitas innitebatur, ad
 historiam duellorum enarrandam progreditur Cl. Autor, & *Cap.*
IV proluxe refert, quæ duellorum origo fuerit, quove loco habita
 sint apud quam plurimas gentes, ubi primum de duellis Princi-
 pum, & de spectaculis Græcorum Romanorumve gladiatorii dis-
 ferit, & inter alia ex lege Ulpiani, veniam concedente acce-
 ptas injurias vindicanti, probat, duella etiam apud gentes bene
 moratas in usu, & nullo non tempore homines turbulentos, im-
 patientes, rixosos & vindictæ cupidos fuisse: tum Germanos & re-
 liquas gentes septentrionales armis lites decidisse, Velleji Pater-
 culi & Taciti testimoniis confirmat; apud Danos etiam Frotho-
 nem III lege publica declarasse, *armis melius componi posse lites,*
quam ratione, & verberibus seu ictibus, quam verbis, commemo-
 rat, cui Theodorici Regis Gothorum, duella abrogaturi, litteras
 ex Cassiodoro opponit: duella etiam legum auctoritate confirmata
 fuisse, inprimis lege Salica, Alemannorum & Bojoariorum, lege
 Gombetii, Roderici, Grimoaldi, qui mulierem quoque adulte-
 rii accusatam heroem quærere jussit, pro ipsa certaturum; nec
 non Luitprandi, qui tamen, eo quod certi esse nequeamus de ju-
 dicio divino, & multis exemplis constat, innocentes occisos esse,
 & justam causam defendentes periisse, prohibuit, ne bona victi in
 duello in fiscum raperentur; porro Caroli M. & Ottonis II alio-
 rumque; ordinem temporis secutus, latius exponit, monetque,
 Avito, Archiepiscopo Viennensi, & Agobardo, Archiepiscopo
 Lugdunensi, nec non Concilio Valentiæ A. 855 habito, frustra se-
 se opponentibus, e contrario Nicolao I Papa Romano duella
 licita esse pronuntiante, non Gallos solum, uti quidem Audigui-

eris opinatur, sed & Hispanos & Italos, a Longobardis & Gothis subjugatos, Anglos etiam, quos ante adventum Normannorum duello congressos esse, Edmundi & Canuti certamine aduersus Seldenum evincit, duella semper magni fecisse. Pandectarum volumine a Lothario II invento, edictum Longobardorum non abrogatum esse, atque adeo duella successu temporis non in desuetudinem abiisse, sed hastiludiis, seu vulgo sic dictis torneamentis, institutis, frequentiora fuisse, *Cap. V* ostenditur, ubi in originem ludorum equestrium inquiri, eosdemque ab Alexandro II in Concilio Lateranensi, & Clemente V in Concilio Viennensi irrito successu damnatos esse refert. In *Cap. VI* ad *militas* sese convertit, qui cum ordinibus equestribus non confundendi, & de feudis, militumque creatione erudite differit, eleganterque describit, quomodo juvenes nobili loco prognati, & juramento adstricti ne ullam ferant injuriam, accincti gladiis, litesque fiverint, & præcipientes in duella ruerint, plebejis baculo & scuto inter se pugnantibus. Ordinum vero equestrium originem demonstraturus, *Cap. VII* in investiganda hujus vel illius origine longe aberrari, Monachorum exemplo adstruit, ab antiquis Judæis, quin immo ab ipsis patriarchis originem suam repetentium, atque *eis* *in* *capitolo* aduersus P. Elioti accusationem, quod Therapeutas ex Monachorum ordine, solo religionis præjudicio, excluserit, suam tueretur sententiam, Therapeutas, quos Monachorum instar vitam solitariam egisse nunquam negaverit, Judæos fuisse, & ne umbram quidem religionis Christianæ præ se tulisse. Pari ratione ordinem equestrium originem imaginariam esse adserit, si quis a Constantino M. eam deducere velit, & Scipionis Maffei epistolam de fabula equestris ordinis Constantiniani Tiguri 1712, 4 editam, ideo suppressam esse ait, quod evidentissime id quod probandum sibi sumerat, demonstraverit, cum ordo Constantinianus, quantum conjicere licet, ab Imperatore Mæaco Angelo Commeno A. 1190 denuum sit institutus. Fabulam quoque redolere institutionem ordinis equestris S. Georgii, *Cap. VIII*, & *Cap. IX* veram ordinum equestrium originem ex seculo XII ab expeditionibus cruciatis petendam esse, omniumque primam ordinem fuisse S. Johannis Hierosolymitani, atque hunc ordinem sancti sepulcri, . Tem-

Templariorum, & ordinem Teutonicum infecutos esse, prolixius commonstrat. In *Cap. X* regulas duellorum a Jctie, Decio, Baldo & Bartolo, Pozzo & multis aliis doctoribus scholasticis Sæc. XIII & XIV præscriptas esse, Possevinum pro duellantibus preces composuisse, Romanensium fabularum Scriptores Sæc. XV infinitarum ineptiarum auctores exstitisse, sacerdotes religiosos & Episcopos duella & adornasse & iniuisse, Martino IV, Nicolao I & Concilio Seligenstadiensi A. 1002 duella approbantibus, & Regibus, usque ad Ludovicum XIII legum suarum, in quibus duella interdictione fuerunt, observationem leniter admodum urgentibus, exponit. In *Capite XI* de iis agit, qui ad duella obligati erant, & primum duella non nisi a Principe, vel iis, quibus singulare hoc privilegium concessum, adornari potuisse monet, tum totam familiam imo civitatem ad singularia illa certamina obligatam, & omnis ordinis homines, ne nothis quidem & foeminis exceptis, legi duellorum subjectos fuisse refert, ubi Abbates etiam atque Episcopos cum aliis decertasse, allatis exemplis comprobatur. Et notatu sane dignissimum est exemplum Clerici cujusdam, veritatem verborum Christi: *quisquis se humiliaverit, exsolletur, blaspheme negantis, qui in duello, ore & lingua ictu vulneratis, perit & justissimas insolentiz verborum suorum penas dedit. Leprosos, ægrotos, & qui annum ætatis vel vigesimum primum nondum attigerint, vel sexagesimum egressi sint, a duello exemptos quidem fuisse, quamvis senes etiam & ægroti, curru infidentes, nonnunquam ad duella coacti fuerint; duelli vero necessitatem etiam filiis Regum, imo ipsis Regibus impositam esse tradit, atque hac occasione duelli inter Carolum V & Franciscum I propositi mentionem injicit. Materiam liti suppeditabat, quicquid ullo modo in disceptationem cadebat, in primis, quando aliquis accusabatur, quando jus domini in dubium vocabatur &c. Sic duellum etiam adornatum est in Hispania de quaestione, quænam liturgia sit præferenda, Gothica, an Romana, atque in hoc duello Gothicæ liturgiæ defensor quidem superior exstitit, hoc tamen non obstante, Papa Gregorius VII & Rex Hispaniæ renitenti populo Romanam liturgiam obtruserunt. In *Cap. XII* duellorum leges & regulas tradit, ex quo tantum ob-*

servamus veritatem rei etiam per crucem investigatam esse, ad quam duo homines, actoris & rei personam induentes, ea lege extensis brachiis sistebantur, ut, qui primus defatigatus situm mutaret, causa caderet. Ex *Cap. XIII*, in quo exponit, quibus modis Deum & religionem in duellorum partes traxerit superstitio, plura excerptanda forent, nisi brevitatis gratiam sectaremur; hinc paucis saltem notamus, Deum ipsum præsidem & iudicem duellorum constitutum; Sanctos in duellantium numerum relatos, in primis Nestorem, quem *Metaphrastes* apud *Photium* cod. *CCLV* f. 1403 *Demetrii* Martyris defensorem sistit, & de quo disputatur adhuc, an Christianæ religioni addictus fuerit; nonnulla pietatis exercitia, utpote invocationem *S. Georgii*, communionem, pernoctationem ad sepulcrum *Drausini*, & alia conflicturis fuisse præscripta. Reliqua superstitiosa, & antiquis temporibus usitata veritatem probandi genera *Cap. XIV* inspergit, per ferrum scilicet candens, & aquam; quod ultimum genus quoad omnes circumstantias describit, idque *Eugenium* instituisse, ex *Mabillonio* adversus *Harduinum* evincit, hæreses quoque & hæreticos iudicio aquæ examinatos esse miratur, *Divo Bernardo* serm. in *Cant. LVI* f. 766 illud ipsam approbante, cujus assentum frustra negat *Del Rio* in *disquis. Mag. L. IV*. Quando vero nonnulli arbitrantur, usum duellorum pro nobilibus, aquæ pro plebejis, & ferri candentis pro monachis institutum esse, Autor in fine hujus capituli hanc distinctionem non æque observatam esse opinatur, in hisce vero veritatem probandi generibus tantum credulitatis, quantum barbariei & crudelitatis deprehendi posse fatetur. In *Cap. XV* tandem ad nostra progreditur tempora, indicans, quomodo duella, quæ per quingentos vel sexcentos annos apud omnes fere nationes, ordines & status altissimas radices egerant, nec decretis *Papalibus* rescindi poterant, paulatim desinere cœperint & aboleri, dum mysteria religionis duellis subtracta; præjudicium de providentia Dei circa duella depositum; commodum, quod & ecclesiastici & sæculares iudices ex duellis capiebant, abrogatum; equitibus, quorum ordines hodie adhuc supersunt, ditescendi studio deditis, & sententia ecclesiæ prorsus immutata; tum etiam graviores poenæ confisgentibus indictæ. Ubi zelum Cleri Gallici A. 1657

con-

congregati, & Comitibus de Druy librum, quem contra duella scripsit, publico præmio ornantis commendat, librum vero tantis e-logiis indignum reputat, & in fine totius dissertationis ex morum præceptis solide docet, quomodo duellis conflictandi pruritus sit coercendus. Adjecta est ordinatio Philippi Pulchri Regis Galliarum, A. 1306 duellis præscripta, quam ex Cangii Glossario descripsit.

INTRODUCTIO AD LIBROS POETICOS
Veteris Testamenti, præcognita critica & historica ac au-
toritatis vindicias exponens: adornata studio L. F. GOTTL-
LOB CARPZOVII S. Theol. Prof. Pub. Extr.
& Lingu. Sanctæ. Ord. nec non Archi-
diaconi Thomani.

Lipsiæ, apud Hæredes Fridr. Lanckif. 1720, 4.
 Alph. 1 pl. 12.

Quod ante septem annos publici juris facere cepit introductionis in libros S. Codicis opus Vir summe Rever. & Clar. CARPZOVIVS, de coetu Dei optime meritis, id omni studio perficere adhuc comatus est, & uti in Parte *prima*, quam A. M DCCXIV in his Actis p. 401 exhibuimus, ea omnia, quæ ad accuratam librorum sacri codicis *historicorum* cognitionem faciunt, & diligenter conquisivit, & recte dijudicavit: ita eadem quoque ratione in hac Parte *secunda* in enarrandis *poeticis* versatur. Cap. I a ratione & indole poeseos Hebræorum auspicatur, & non tantum eam existere, & in sacris litteris metrum, quod versus numeris suis dimensos & musicæ aptos complectatur, occurrere affirmat, sed etiam rejectis eorum sententiis, qui eam vel in accommodatione musica, vel in parabolico dicendi genere, vel in accentuum situ, vel in metro ad pedes & mensuram Græcorum astricito, vel in *ὁμοιοτελευτῆσι* ponunt, notatisque iis, qui metrum aliquod ad corrigendum textum Hebræum somniarunt, vel rationem Poeseos Hebraicæ antiquæ prorsus ignorari statuunt, suam sententiam ita aperit, ut dicat, poesin illam certo commensurari & circumscribi metro, hodie prorsus deperdito, poemata, quæ

quæ cantica conficiant, certis melodix & musicæ finibus, nobis tamen æque incognitis, nisi in quantum ex psalmorum hemistichiiis interdum colligi poterit, contineri, alternisque vicibus & a diversis decantata fuisse, in carmine Hebræo stylum comparere Laconicum, sententiarum pondere gravem, variisque figuris grammaticis æque ac rhetoricis ornatum, singulas periodos, cum cancellis arctioribus illigetur dictio poetica, in duo communiter, nonnunquam in plura se ipsas dispertiri tmemata, & velut hemistichia, quæ satis perspicua scansionis vestigia determinatumque syllabarum & pedum numerum, nobis tamen incognitum, prodant, & rhythmum in fine versus tinnulum Poetas sacros non quidem studiose quærivisse, nec tamen prorsus neglexisse. Hinc causas, cur divina sapientia voluerit, ut in sacro codice libri metro astricti extent, exponit, & tandem Scriptores, qui de hoc argumento vel ex instituto vel ex occasione commentati sint, recenset. Cap. II. de *Jobo* disserit, variaque & de loco, quem inter Scriptores sacros tum antiquitus obtinuerit, tum adhuc obtineat, & de origine vocis, quæ ab **דן** inimicitias egit, arcessenda, & de ejus historix veritate atque prosapia, quæ non sit Isascharis, ut verosimile visum Clar. V. von der Hardt, sed Nachoris, & dignitate ejus, quæ non fuerit regia, sed prophetica & sacerdotalis, & ætate, quæ in Israelitarum Ægyptiacam servitutem inciderit, & amicis ejus, quorum dicta ea tantum normæ fidei morumque rationem habeant, quæ vel testimonium divinitatis aperte ferant, vel cum aliis Spiritus S. effatis exacte conspirent, assert. Tum ad librum ipsum progreditur, & in ejus scriptorem, qui ratione orationis in metro Jobus, ratione orationis in prosa in initio & fine libri se offerrentis, sit Samuel, in ejusdem linguam authenticam, quæ Hebraica Arabilmis tincta, (retinuisse enim Jobum avitam & gentilitiam Hebræam linguam, quanquam inter Arabes degerit, eorumque communi lingua sit usus,) in ejusdem argumentum, quod absolvatur disputatione Jobi cum amicis de eo, num piis citra suum meritum in hac vita interdum malefiat? in ejusdem scopum, qui sit, patientiæ humanæ gubernationisque divinx singulare exemplum præbere, non vero, ut Antonides sibi persuasit, fata Ecclesiæ N. T. tradere, in ejusdem utilitatem divi-
namque

namque autoritatem, a Spinosa, Clerico & Observatoribus Hal-
 lensibus frustra impugnata, in ejus integritatem, qua Hebrae-
 cus textus neque ex versione Arabica neque Graeca sit supplen-
 dus, & tandem in tempus, quo res Jobi adversae sint exorta &
 sedata, (ortas autem anno ~~etatis~~ *etatis* ejus sexagesimo & finitas
 quinto, qui illum secutus fuerit, anno putat,) cum cura in-
 quirat. Hinc Cap. III transit ad *Psalms*, veritaturque in ex-
 positione, & loci, quem in sacro codice obtineant; & titulo-
 rum, quibus generatim gaudeant; & eorum a quibus compositi
 sint, qui neque a Talmudistis, neque ab Hermanno von der Harde,
 quosdam ad reditum Judaeorum e captivitate Babylonica rejicien-
 tibus, recte constituentur, sed sint David, Moyses, Assaph, Salomon,
 Heman, Ethan, Jedathum, filii Core, & quidam viri *Θεοπνεύστου*
 in captivitate Babylonica; & collectorum, qui ante exilium illud
 fuerint Viri Ezechiae, & post illud Esdras, a quo illi additi, quos
Θεοπνεύστου agnovit; & dictionis metro alligatae animosque miri-
 fice moventis; & argumenti, & scopi, & usus musici & autorita-
 tis divinae, quae Psalmo CLI & psalterio Salomonis merito dene-
 getur, & chronologiae, & titulorum *ἁδερνίας*, officii atque diffe-
 rentiae & partitionis. Pari ratione Cap. IV agit de *proverbis Salo-*
monis, differitque de loco, qui iis cum inter libros sacros tum in-
 ter scripta Salomonis assignetur, de eorum inscriptione, scriptore,
 qui fuerit Salomo, minime Auguris cognomine gaudens, singula-
 ri vero eaque, qua homines suae aetatis superavit, non autem abso-
 luta praeditus sapientia, dono prophetico instructus, regalem ma-
 gnificentiam praese ferens, viriis etiam se contaminans, atamen
 ab iis quoque se poenitentia purgans, typum Messiae gerens &
 multis scriptis, quorum tamen quaedam sunt spuria & supposita,
 clarus; de collectore, qui ratione majoris partis fuerit Salomo,
 ita tamen ut Viri Ezechiae gnomas ejus, in sanctuario asservatas,
Θεοπνεύστου in unum systema contulerint, de tempore, quo con-
 scripserit, ex scilicet aetate, qua Dei amicus adhuc deprehen-
 sus, de argumento & scopo, qui non sit convivales sermones enar-
 rare, ut Salazaro visum, sed *ἁδερνίας* ita, ut hic praecipua sapien-
 tia ad vitam sancte justaeque instituendam & beatitudinem con-
 sequendam tradantur, de stylo, qui sit poeticus, paræmiialis, & ob

Ee

sub.

sublimitatem explicatur difficilis, de divina auctoritate, quæ contra Judæos, Socinianos, Spinofam, Simonitum & Clericum cum cura stabilitur, de nexu, qui a Scriptoribus Adagiorum plerumque negligatur, tandemque de eorum œconomia. Dum ad *Ecclesiasten* Cap. V pergit, observat, vocem אֱלֹהִים esse generis communis, dicitque de Salomone, quod verba sua palam & convocata concione habuerit, libri ipsius scriptorem non esse Zorobabelem, ut Grotius, nec Jesum Jojadæ, qui post exilium Babylonicum vixerit, ut Hermannus von des Hardt sibi imaginetur, sed Salomonem, ejusdemque propositum esse in hoc libro, edere confessionem vanitatum cum damno huc usque & ad nauseam degustatarum, statuereque publicum penitentia monumentum, ut hac ratione alios a spuris mundi gaudiis ad Deum veræ beatitudinis letitiaque fontem reducat; fœlique & Clericum fingentem, hunc librum dialogi rationem habere, in quo pii homines & Sadducæi inter se colloquantur, & Observatores Hallenses, Salomonem in scepticorum numerum referentes, & Collinum, a Salomone æternitatem mundi hic stabiliri, immortalitatem vero animæ vitæque æternam negari, contendentem. Ad extrema *Canticum canticorum* Cap. VI expendit, idque omnino a Salomone in florente ætate confituro profectum, & cum in choro instruendo versaretur, interque alios hymnos Psalmum XLV perpenderet, confectum esse, cui *musnotabrum* commentarium addendum statuerit; ejus scopum esse castas Christi in amore Ecclesiæ hujusque rursus in Christo spæso delicias exponere; lectorem ejus esse quemque pium in lectione Scripturæ sacræ versatum rerumque divinarum gnarum; & ejus auctoritatem divinam persistere firmam, tanctissimamque in dubium vocata sit; neque ulli miram videri debere, nomen Dei proprium & quidem אֱלֹהִים ibi plus semel non legi, amare enim hujus Cantici scriptorem nomina Dei impropria, quæ suo instituto apte conveniant, luculenter annotat. Quemadmodum vero Cl. Autor in sine superiorum capitum uniuscujusque libri *עיון* & *אמרו* exhibuit, ut & interpretes Judæicos, Evangelicos, Pontificios & Reformatos recensuit, ita hic quoque idem ipsum præstitisse, B. L. deprehendet.

De

De tertia libri hujus Parte, seu Introductione ad libros Propheticas, quæ superiore anno prodiit, dicemus proximo Mense.

A COMPLETE TREATISE OF THE GRAVEL and Stone.

i. e.

TRACTATUS DE ARENULIS ET CALCULO, ejusque Causis, Symptomatibus & Cura, Autore NICOLAO ROBINSON, M. D.

Londini, apud G. Mortlock ac W. & J. Innys, 1721, 8.

Plag. 19

TRactatum hunc in duas divisit Partes Clarissimus Robinson, in quarum priori, octo Sectionibus circumscripta, anatomicæ & physiologicæ explicat partes calculis maxime obnoxias, renes puta, atque vesicam urinariam, urinæ secretionem & excretionem describit, causam originalem & generationem lapidum in genere detegit, in quantum hi cum calculis humanis convenient, manifestat, horum causas, tam proximam, quam remotas, ut & diversam figuram, magnitudinem & numerum exponit, & quæ circa signa tam diagnostica quam prognostica monenda sunt, adducit; in posteriore, septem Sectiones continente, facta introductione ad curam calculi, debitum præscribit regimen sex rerum non-naturalium, specifica ad hunc morbum nominat, symptomatum mitigationem subministrat, calculos majores dissolvi posse, & quomodo minores expellendi sint, docet, ac tandem methodum subjungit, qua dissolvi queant majores. Circa generationem lapidum in genere monet, in aquis inexistere semen saxosum seu petrosum, per attractionem salium in eis obviorem, & mediante fermentatione in succum sui generis mutatorum augmentum capiens. Calculum humanum examinans, recensitis variis tam veterum quam recentiorum de ejus origine sententiis, haud possibile esse statuit, talia ejus statuminare principia, quæ pro basi & fundamento inserviant omnium, qui quovis tempore, & singula æqualiter exercent individua. Cum enim indies uri-

Eg 2

na

nã diverſorum hominum à variis accidentibus enormiter alterentur, neceſſario inde ſequi putat, principia, quæ pro baſi calculi in una perſona fuerunt poſita, eſſentialiter differre à principis calculorum in aliis perſonis; hancque diverſitatem potiſſimum variz diætæ rationi, cum alii atque alii homines ſubjacent, adſcribit. Calculum humanum, factò examine maximam partem ex ſale fixo, fortiſſimum ignis gradum ſuſtinente, conſtare deprehendit. Exiſtimat igitur, ſal hoc fixum originem ſuam debere ſali eſſentiali, aquis inexiſtenti, quod ſicut in macrocoſmo cum aqua globum noſtrum tranſſat, atque lapidibus, mineralibus, &c. incrementum largitur, ita cum alimentis tam ſolidis, quam fluidis aſſumtum, & per varios mæandros corporis circumgyratum, de natura ſua priſtina multum deperdit, ac mediante ſtomachi calore, & ſanguinis humorumque circulo, cum quibus circumfertur, magis figitur, conſiſtentiam duram & compactam acquirat, ac cum lymphâ glutinoſa, qua urina ſeatet, in calculum ſolidiſſimam cæmentatur. Eam enim inter lapides hujus univerſi & calculos corporis humani annotat differentiam, quod illi à liquore fermentante, cujus centrum ſemen proprium eſt, hi vero ab accretione vel appoſitione materiæ, per glutinoſam lympham urinz cæmentatæ, oriantur. Inter cauſas remotas quomodo res non-naturales ad calculi generationem ſanguinem, & humores diſponant, inquirat. Nulla vero certa ſigna diagnoſtica calculi in veſicâ hærentis niſi per catheterem haberi poſſe exiſtimat, & circa prognôſtica monet, periculôſam quidem nephrotomiam eſſe operationem, ejus tamen feliciter peractæ exemplum allegat. Curam quod attinet, ſpecifica commendaturus medicamenta, diſtinguit hæc in ea, quæ ſymptomata remonent, quæ arenas parvoſque calculos expellunt, & quæ majores diſſolvunt. Sub illa claſſe ſtant anodyna & baſamica, & ſi cruciatus vehementer urgeant, narcotica; ſub iſta diuretica; & ſub hæc lithontriptica; quorum ultimorum vim in eo conſiſtere perhibet, ut ſale ſuo nitroſo in calculi poros ſe inſinuent, ac glutinoſam lympham, quæ unit & cæmentat arenôſas particulas invicem, abſumant, fractasque moleculas eſciant. Probaturus autem, non impoſſibile eſſe, majorem calculum diſſolvere, provocat ad autoritatem Veterum

terum

terum, Sennerti puta, Amati & Zacuti Lusitanorum, Riverii, Varrandæi, Helmontii & Horatii Augenii, qui omnes majores calculos dissolutos fuisse testantur; monet autem simul, hos Autores ægris non per unum alterumve mensem medicamenta propinasse, sed per annum integrum in eorum usu continuasse. Quod vero recentioribus Medicis adeo felicibus haud esse liceat, ut similem faustum successum spondere queant, culpam rejicit partim in nimis solidam & compactam calculi consistentiam, quæ lithontripticorum particulas impedit, quo minus intra ejus poros penetrare, & glutinosam lympham dissociare valeant; partim in Medicorum imperitiam; partim in ægros immorigeros, quæ nec debitum diætæ regimen admittere, nec tam longo tempore pharmacis uti gestiunt. Rationes demum, quæ pro calculo dissolvendo militant, dum allegat, ad primam calculorum genesis recurrit, quam ab unius pluriumve rerum non-naturalium abusu derivavit. Exin enim ventriculus primum læditur, hinc chylosi turbata, crudi humores ad massam sanguineam protrusi calorem præternaturalem accendunt, ac lentorem patrant, qui humores viscosi cum sanguine ad renes delati glandulas eorum vitiant, viscerisque tonum relaxant, unde læsa urinæ secretionem, ponderosæ atomi ad renem pelvim vel vesicam præcipitantur, sicque ansa præbetur calculi concretioni. Pro quo dissolvendo rei cardo in eo vertitur, ut lentor hic præternaturalis sanguinis, qui salia fixa ad unionem disponit, corrigatur, & præcaveatur, ne a materia nova semel formatus majora capiat incrementa. Quod medicamentorum ope effici posse eo minus dubitat Autor, quo certius est, naturam calore suo innato sponte sua discontinuare calculorum materiam mollem, imprimis cum videamus, guttam lapideam etiam durissimum cavere sæpe cadendo, & calorem fornacis saxa compactissima reddere friabilia. Quod etiam ex eo patescere putat, quod, quo propius absint a centro cordis vel motus calculi, eo friabilioris minusque compactæ substantiæ illi observentur; ut in renibus, qui molliores semper observantur iis, qui in vesica generantur. Methodum itaque primum præscribit, juxta quam calculi minores ex renibus & vesica cum urina sint eliminandi. Præparare autem omnia jubet corpus pro hoc scopo per venæsectionem, in statu plethorico, quo-

niam hæc sanguinem reliquosque humores fundendo, diureticorum operationem promovet; per leniora cathartica in alvi stypticitate, vel per oleosa clysmata, quorum ope intestina non minus a fecibus liberantur, quam totum corpus solubile & in debito calore conservatur, ad hæc inflammatio tollitur, & ut calculi absque dolore transeant, efficitur. Præparato hac ratione corpore ad tres indicationes respiciendum esse monet, primum ut paroxysmus sedetur, hinc ut concretiones sabulosa removeantur, ac denique, ut, ne novæ generentur, præcaveatur. Paroxysmus tollitur, dum symptomata mitigare studemus; sub concretionum sabulosa excernendarum studio ante omnia mucilaginosæ & oleosa sunt præbenda, quibus renum & vesicæ mucus contra calculorum asperitates defendatur, hinc diuretica sunt subministranda; præcavetur denique sabuli concretio per usum Aquarum Mineralium, illarum potissimum, quæ de ferro participant, per equitationes leniores, per potum lactis recens emulsi, & per balnea calida. Ut vero calculus etiam major dissolvatur, sequentes indicationes pro fundamento ponit, 1 bonum dietæ regimen servandum, 2 digestionem imminutam restaurandam, 3 dyscrasiam sanguinis & humorum corrigendam, & 4 calculi dissolutionem per fortiora lithontriptica esse moliendam. Nullum enim subesse metum putat, præparato sic corpore, diorum superventurorum symptomatum. Fractum autem lapidem per vesicam eliminari, discerni posse judicat, quando urina limosa, crassa & feculenta redditur, sabulum fundum matulæ petit, magnique dolores ante dissolutionem fuerunt observati, quo in casu anodyna mitiora cum diureticis miscenda sunt. Evacuatis hac ratione omnibus fragmentis atque concretionibus calculosis, opus esse existimat, ut æger temperamenti cholericæ, alvique obstructionibus obnoxius, per integrum annum singulis mensibus semel emeticum, singulis hebdomadibus laxans ex cassia recens extracta, seu electuario lenitivo cum cremore tartari aut manna capiat, liberis vero ab evacuationibus diebus medicamentum ex terebinthinatis & gummosis compositum assumat, cæteraque ad calculi præsertionem supra commendata observet.

Nova

NOVA OBSERVATA ET INVENTA CIR-
ca ferrum & ignem, & precipue circa naturam
ignis elementarem, una cum nova Camini
inventione.

Amstelodami, apud Joannem Oosterwyk, 1721, 8.

Plag. 3 $\frac{1}{2}$ Tabb. zn. 3.

Horum observatorum ac inventorum Autor est Vis Clarissi-
mus, Emanuel Swedenborg, Assessor Collegii metallici in Sue-
cia, cujus Prodromum principiorum rerum naturalium supra M.
Febr. p. 83 recensuimus. Cum nullibi melius naturam ignis cogno-
sci posse existimet, quam in caminis & furnis metallicis, expe-
riencia instituit in camino maximo, in quo minera ferri fundi-
tur. Ejus igitur primo tradit structuram & figuris æneis deline-
at, quæ verbis satis clare exponi nequeunt. Quando in isto ca-
mino opera fusoria instituenda, ab ima is parte usque ad supre-
mam carbonibus repletur, igne subjecto incendendis: quo facto
ab omni parte ocluditur, laminis ferreis per decem vel duode-
cim dies supra repositis, quibus equidem ignis extinguitur, sed
tamen post decem vel duodecim dies camino rursus aperto, car-
bones absque omni scintilla nigerrimi apparentes calidissimi sunt
& ad decimam modo sui partem diminuti deprehenduntur, licet
interea temporis calor murum ad unius pedis distantiam penetra-
rit. Aperto camino post quadrantem horæ sponte sua a solo æ-
ris contactu erumpit ignis & flammæ maxime volatilis, circum
circa quasi carbonis superficiem lambens, sine ulla scintilla appa-
rentis in carbone ignis. Cum caminus apertus est & carbonibus
repletur, primum in medio tantum minera imponitur, & quidem
1 die nonnisi 5 mineræ pondera imponuntur, secundo 7, tertio 9,
quarto 10, quinto 11, & sic continuando usque ad diem decimum
quartum ad 20 pondera. Secundo etiam die minera aliquanti-
per a centro, tertio remotius, tandem sexto & octavo die ad ipsos
etiam parietes minera imponitur, quod si ponderum mineræ im-
positio iusto citius augetur, hoc fit cum dispendio fusionis. Hinc
Autor concludit, vim ignis a peripheria ad centrum augeri in ra-
tione parabolica, scilicet ut ordinatæ ad axem; eandem etiam in
COR-

corporibus duris in ratione parabolica augeri; ignem, cum in dura penetret, augeri in ratione simplici temporum & distantiarum. Quantitas mineræ & carbonum variat pro diversa camini constructione; in melioribus utriusque pondus esse æquale. Recenset deinde Autor varia signa, unde dignoscere licet, num plus aut minus mineræ vel carbonum requiratur, & tum notatu digna circa scorias, tum folles in istis furnis usitatos, tum ferri quoque fusio- nem describit. De igne porro annotat, ignem infra erumpentem diversi esse coloris pro ratione carbonis ac mineræ, nunc rubri, nunc flavi, nunc virescentis, flammam desuper erumpentem per gyrum quendam spiralem aquæ latentis sonum edere; maximum ignem inesse camini medio, ubi minera primo liquefit; parietes camini, cum fusio peragitur, æque lædi a calore minori, quam a majori; finita opera fusoria calorem primum penetrare trans mu- rum, non citius, etiam si per $\frac{7}{8}$ partes anni fusio continetur; car- bones a scoriis inclusos ne hinc quidem consumi. Recenset alia, quæ circa ipsum caminum observantur, variaq. circa ferrum expe- rimenta. Quatuordecim affert regulas de ignis natura elementari, quas inter e. g. est, quod ignis sursum feratur, quod per superiora plus caloris erumpat, quam per inferiora, quod eruptiones calo- ris augeantur secundum altitudinem suam in ratione duplicata temporum, quod calor pressione quadam incumbat partibus su- perioribus, sicut aqua inferioribus; quod ignis ascendens eundem sonum habeat, quem aqua descendens &c. quas regulas ex recensitis antea observatis deducit. Subjungit his theoriis aliquam praxin, nempe constructionem camini, in quo non plus ligni aut car- bonum infundendum esse confidit octo vel decem diebus, quam in usitatis per unum aut duos. Imitatur formam caminorum, in quibus ferrum funditur.

Abmessung des jährlichen Regen- und Schnee-
Wassers &c.

h. e.

SPECIMEN HYETOMETRIÆ CURIOSÆ AB A.

1715 usque ad 1721; Autore Metrologiæ par allelæ Ulmenfis.

Francofurti & Lipsiæ, sumptibus Danielis Bartholomæi, 1721, 8.

Plag. 3.

Autor

Autor hujus speciminis est *David Algewor*, verbi divini apud Ulmenfes Minister & in Gymnafio Ulmenfi antea Mathematicum Professor, qui ab anno 1710 usque ad 1714 obfervationes meteorologicas fermone patrio publicavit. Obfervavit idem, exemplo *Philippi de la Hire*, ab anno 1715 usque ad 1721 quantitatem aquæ pluvialis & nivis liquefactæ, ufus vase quadrato ex lamina ferrea ftanno obducta parato, cujus longitudo & latitudo erat pedis unius, altitudo nonnifi quatuor digitorum. Aquam hoc vase exceptam infudit alii minori, cujus longitudo pariter ac latitudo & altitudo erat 3 digitorum, & hanc menfuram notavit in Diario. Mense finito summam reduxit ad vas majus, quo pluviam & nivem excepit, ut altitudo aquæ in eodem innotefceret, dividendo fcilicet menfuram minorem per 16. Exhibemus itaque quantitates aquarum in fingulis menfibus juxta menfuram minorem fequenti Tabula.

Nomina Menfium.	Quantitas aquæ pluvialis					
	A. 1715 & 16	1716 & 17	1717 & 18	1718 & 19	1719 & 20	1720 & 21
Mart. ab æqu.	33	62	150	40	80	59
Aprilis	229	112	192	477	140	375
Majus	406	662	401	680	274	778
Junius	719	735	669	1185	423	700
Julius	507	474	640	244	616	473
Auguftus	963	536	352	998	270	807
Sept. ad æqu.	352	358	240	538	255	411
Sept. ab æqu.	24	398	12	0	142	82
October	289	238	284	349	722	592
November	207	157	274	306	486	366
December	204	696	762	395	467	557
Januarius	350	166	209	474	553	150
Februarius	63	229	79	430	575	225
Mart. ad æqu.	194	32	92	414	154	5
Sum. in men- fura majori	23. dig. 7 lin.	25 dig. 2 lin.	22 dig. 8 lin.	34 dig.	26 dig. 9 lin.	29 dig. 6 lin.

Obfervavit quoque Cl. Autor A. 1712 quantitatem aquæ
Ff pluvialis

pluvialis 34 dig. 3 lin. A. 1713, 28 dig. 3 lin. A. 1714, 26 dig. 3 lin. In appendice breviter describit auroram borealem d. 1 Martii anni superioris visam. Curiosum est phaenomenon, quod d. 1 Jun. hor. 5 vespertina usque ad septimam Sol caelo sereno visus fuerit instar Lunae radiis ac splendore orbus, qualis aestivo ac hiemali tempore per nubes ac nebulam transparere solet.

Joh. George Leutmanns A. M. & P. D. **vollständige Nachricht von Uhren; erste Continuation &c.**

h. e.

JOH GEORGII LEUTMANNI, A. M. ET P. D. Tractatus de horologiis automatis Continuatio prima seu Pars secunda, cum Praefatione CHRISTIANI WOLFII, S. R. M. Bor. Consilarii aulici & P. P. O

Halz: Magdeburgicæ, in bibliopolio Rengeriano, 1722, 8. Plag. I & Tabb. zn. 40.

CUM Cl. Autor didicisset, suam de horologiis automatis Tractatum, in Actis A. 1718 p. 240 commendatum, plurimis placuisse; eundem ut continuaret, facile se adduci passus est, plura de eodem argumento in posterum additurus. Hac quidem vice primo loco describit illud horometrorum genus, quo utuntur artifices ad cetera examinanda; Germani *eine Probir-Uhr* h. e. *horologium examinatorium* vocant. Succedit accurata descriptio omnis instrumentorum apparatus, quo utuntur artifices in fabricandis horologiorum partibus, ex quibus componuntur. Sifit por-
Cl. Autor ideam, quam animo concepit, conficiendi horologii, quod una cum tempore medio indicet etiam apprensens. Ad horologia examinatoria cum caelo in gratiam reducenda Sciatericum æquinoctiale delineat, quod singula minuta horaria distincte monstrat. In eundem usum exhibet instrumenta lineam meridianam in plano horizontali ducendi. Tandem docet, quomodo horologia examinatoria ad motum Solis componantur, tum etiam, si ita visum fuerit, ad fixarum stellarum motum. Huic horologiorum generi jungit alterum, quod Noftratibus *eine Re-*
peti-

Ubr, hoc est, *horologium repetitorium* appellatur. Id habet singulare, ut quoties nobis visum fuerit, intra eundem horæ ambitum numerum horæ repetat, ac consueto sonitu horas a meridie elapsas numeret. Explicat quoque discrimen inter tempus medium atque apprens, cujus gratia in usum horologiorum automatorum plures æri incidi curavit Tabulas. Mantissæ loco *Vizoria*, utilissimum in metiendi itinere instrumentum, superaddit. *Wolffus* in præfatione temporis divisiones ac discrimen in usum chronometricum explicat.

GEOMETRY IMPROVD I. BY A LARGE AND accurate Table of Segments of Circles, & a concise Treatise of Polyedra &c.

h. e.

GEOMETRIA PROMOTA I. PER TABULAM amplam & accuratam Segmentorum Circularum, & 2. per Tractatum concisum de Polyedris, Autore A.

S H A R P I O, Philomath

Londini, apud Richardum Mount, Joannem Spruit & Wilhelmum Inays, 1718, 4.

Plag. 17 Tabb. xii. 4

Duo hic comparent Tractatus : alter de segmentis circularum, alter de polyedris. In Tractatu primo docetur constructio Tabulæ segmentorum circularium, exhibetur Tabula ipsa cum quibusdam aliis subsidiariis, monstratur tandem varius Tabulæ usus. Condidit Autor Tabulam ope dnam series infinitarum pro segmento circuli. Prima series, suppositis sinu verso = C & diametro = 1, est $2 C^2 C \left(\frac{2}{3} - \frac{1}{3} C - \frac{1}{28} C^2 - \right.$

$$\frac{1}{72} C^3 - \frac{5}{704} C^4 - \frac{7}{1664} C^5 - \frac{7}{2560} C^6 - \frac{33}{17408} C^7 -$$

$$\frac{429}{315296} C^8 - \frac{715}{688128} C^9 - \frac{2431}{3014656} C^{10} - \frac{499}{655360} C^{11}$$

$$- \frac{29393}{56623104} C^{12} - \frac{52003}{121634816} C^{13} \text{ \&c.}) \text{ Altera series sup-$$

Ff 2

ponit.

ponit finem versus duplum datum & quadratum complementi
ejus ad $1 = x$ facitque segmentum æquale semicirculo — $\frac{1}{2} r x$

$$\left(1 - \frac{1}{6}x - \frac{1}{40}x^2 - \frac{1}{112}x^3 - \frac{1}{1154}x^4 - \frac{7}{2816}x^5 - \frac{21}{13312}x^6 - \right.$$

$$\frac{33}{30720}x^7 - \frac{429}{557066}x^8 - \frac{715}{1245184}x^9 - \frac{2431}{5505024}x^{10} -$$

$$\left. \frac{4199}{12055624}x^{11} - \frac{29393}{104857600}x^{12} - \frac{52063}{226492416}x^{13} \&c. \right)$$

Pro facilitando usu resolvit terminos utriusque seriei more consueto in fractiones decimales. Seriei primæ locus est in computandis segmentis minoribus; alteri vero in majoribus, ubi prior radiosas parit ambages. Ipsas quod attinet Tabulas, segmenta in iisdem exhibentur 5000 ad singulos sinus versus in particulis istiusmodi datis, quorum radius habet 5000. Quodlibet segmentum exprimitur 17 notis numericis & adjicitur unicuique differentia a proximo præcedente. Subjicitur Tabula pro computanda soliditate segmenti conici, si planum sectionis fuerit hyperbola & Tabula Logarithmorum ad loca numerica 60 extensorum pro singulis numeris ab 1 usque ad 100 & omnibus numeris primis usque ad 1100, una cum Tabula pro 20 Logarithmis a 999990 usque ad 1000000 eorumque differentiis a primis usque ad decimas continuatis. Usum tandem Tabularum ubi demonstrat, ad Coni etiam segmenta solida dimetienda digreditur.

In Tractatu de polyedris Autor non modo constructionem & dimensionem tradit quinque Corporum regularium, de quibus jam in Elementis egit *Euclides*, verum etiam duodecim nova producit, hæcenus Geometris non expensa. Istiusmodi polyedrum est, quod terminatur sex rhombis & duodecim figuris quadrilateris ex triangulis æquicruris inæqualibus compositis.

CLARISSIMORUM VIRORUM ORATIONES
Selectæ, quæ partim argumentorum præstantia, partim dicendi elegantia sese commendant. Collegit, recensuit, indicibus-

etibusque necessariis adduxit JOANNES ERHARDUS KAPPIUS.

Lipſiæ, impenſis Joannis Chriſtiani Martini, 1722, 8.

Alph. 4 plag. 10.

Quod poſt fata etiam celeberrimus Germaniæ noſtræ Polyhiſtor, *Daniel Georgius Morhofius*, olim ceperat conſilium variorum eruditorum Panegyricos ſelectos aliquot voluminibus in lucem edendi, morte autem funeſta præpeditus præſtare non poterat, illud nunc hoc volumine exſequi cœpit *Clar. Kappius*, aliquoties jam in Actis noſtris memoratus. Diſceſſit tamen in eo a *Morhoffii* conſilio *Cl. Editor*, quod, quum ille tantum aliorum Orationes Panegyricas publicare in animo haberet, Noſter alias etiam, rerum & argumentorum præſtantia commendabiles, non negligendas ſibi eſſe putaverit, ut hac ratione utile dulci miſceretur, lectoresque, & qui in orationibus Latini ſermonis nitorem & qui res in iis pertractatas adamare ſolent, animum ſuum exſatiare poſſent. Non enim principe loco integritatem ſermonis Latini habuit, (qualia inſtituta Latinas orationes, epistoſas, programmata, carmina & quæ ſunt hujusmodi, in quibus ſermonis integritas principe loco habetur, porro in vulgus edendi, diſſuaſiſſe nuperrime illuſtrem *Dn. de Ludewig*, in præſatione monetur,) ſed ad argumenta quoque, rebus utilibus et eruditis inſtructa, reſpiciendum ſibi eſſe putavit, &, dum de variis linguis & diſciplinis agentia & a variarum nationum doctoribus elaborata ſelegit, argumentorum etiam varietate placere voluit.

Diſtributum vero eſt hoc primum, quod nunc ſiſtitur, Orationum ſelectarum Volumen in tres partes, quarum prima Orationes in rerum Academicarum ſolemnitate habitas complectens, numero XXIV, ſparſim quidem & ſeparatim editas omnes, ſed magna tamen cum diligentia collectas & non minori recensitas, de novo exhibet. Oratio I *Cel. Jacobi Facciolati* ad S. Scripturam, de argumento quippe graviffimo graviter & eleganter diſſerens, jure meritoque primum locum obtinuit. II eſt *Stephani Morini* de utilitate linguarum Orientalium ad intelligentiam S. Scripturæ. III

Ff 3

Edmundi

- P. 55.
88.
114
135
178.
214.
253.
287.
334.
361.
383.
434.
420.
496
537.
554.
572.
613.
648.
679.
733.
752.
786.
- Edmundi Castellii* de usu linguarum Arabicarum. IV *Jo. Alphonsi Turretini* de multiplici sacrarum Antiquitatum usu ac præstantia. V *Hadriani Relandi* de eodem argumento, de usu nimirum Antiquitatum sacrarum. VI *Jacobi Perizonii* de usu atque utilitate Græcæ, Romanæque linguarum, eloquentiæ, historiæ & antiquitatis in gravioribus disciplinis. VII *Michaelis Rossal* de præstantia linguarum Græcæ ad artium, quibus liberales doctrinæ continentur, cognitionem adipiscendam. VIII *Arnoldi Drakenborch* de utilitate & fructu, qui ex humanioribus disciplinis in omne hominum & doctrinarum genus redundat. IX *Caroli Andrea Dukeri* de difficultatibus quibusdam interpretationis Grammaticæ veterum scriptorum Græcorum & Latinorum. X *Petri Burmanni* in humanitatis studia. XI *Jo. Clerici* de præstantia & utilitate Historiarum Ecclesiasticarum. XII *Jo. Ens* de persecutione Julianæ. XIII *Franc. Burmanni* de persecutione Diocletianæ ejusque exitu gloriosissimo. XIV. *Dav. Millii* de Mohamedanismo e veterum Hebræorum scriptis magna ex parte composito. XV *Antonii Mauricii*, quod linguarum Hebræicæ cognitioni in primis accepta referri debeat beata XVI Sæc. instituta Reformatio. XVI est laudati jam *Turretini* de Seculo XVII erudito, & hodiernis literarum periculis. XVII vero ad Historiam laudati *Facciolati*. XIX *Jo. Olive* de nummorum veterum cognitione cum historia jungenda. XIX *Jacobi Gronovii* de origine Romuli. XX *Casparis Cæbereri* de universo rei litterariæ hodiernæ statu. XXI *Camilli de Quintis* Soc. Jesu : Quantum Neapolis a litteris, quantum litteræ a Neapoli gloriæ atque ornamenti retulerint. XXII *Joannis Poleni* de Physicis in rebus Mathematicis utilitate. XXIII *Facciolati* ad jurisprudentiam, & denique XXV Cl. *Joannis Jac. Mascovii* de ortu & progressu Juris Publici in Germania.
- Alterâ hujus Voluminis pars Orationes argumenti gratulatorii sistit, & quidem XV, quarum I Cl. *Justus Christophorus Bæhmerus* CAROLO VI de summo in rebus humanis fastigio, diademate & unctioe nomine Academiarum Juliarum gratulatus est. II est Genethliaca CAROLI VI & ELISABETHÆ CHRISTINÆ filio atque Archiduci primogenito LEOPOLDO Alectorii a Cl. *Christiano Gottl. Schwarzio* habita. III ab Illustri N. H. Gundlingio

*In*gio natali LIII FRIDERICI, Regis Boruffiz, Halæ dictæ, & IV in ejusdem Regis natalem LV libertas Fridericianæ a laudato P. 803.
Gundlingio asserta est. *V Olsgerius Jacobaus* CHRISTIANO 837.
 Daniz Monarchæ natalem XLVI, *Jas. vero Gronovius* VI WIL. 855.
 HELMO, Britanniz Regi, felicem adventum in Bataviam gra-
 tulatus est. Quatuor sequentes sunt nuptiales: VII nimirum *Jo.*
Hermannii Schminckii in nuptias FRIDERICI Landgravii 880.
 Hassiæ cum ULRICA ELEONORA, Suecorum tunc Prin-
 cipis regia & regni herede; VIII *Gundlingii* in nuptias FRI- 930.
 DERICI, Regis Boruffiz, cum SOPHIA LUDOVICA; 950.
 IX *Danielis Eremitæ* in nuptias COSMI Medicei cum MARIA 991.
 MAGDALENA Austriacæ; X nostri *J. B. Menckenii* in nu-
 ptias FRIDERICI AUGUSTI, Ducis Sax. Principis Regii
 & Electoralis, cum MARIA JOSEPHA, Archi-Duce Au-
 striz. Oratio XI *Henrici Moreelse* GUILIELMO, Arausionen- 1008.
 sium Principi, post inaugurationem Celsitudinis suæ in Præfectu-
 ra Provinciz *Trajectinæ* dictæ, XII *Casaris Cremonini Centensis* in 1018.
 creatione Venetiarum principis LEONARDI DONATI
 habita est. Orat. XIII *Jo. Wolfgangus Kieserus* CHRISTIANO 1029.
 WILHELMO Principi Schwartzburgensi, Principis elogium
 suscipienti, summam ac duraturam felicitatem precatus, & XIV
J. Adamus Henricus de Kochenberg felicem temporum reparatio- 1048
 nem auspiciis & victoricibus armis Imperatoris LEOPOLDI
 Pannonico bello partam & parandam seculo gratulatus & appre- 1080.
 catus est. Tandem Orationem XV *Petrus Burmannus* de aus-
 piciatissima terra marique anni cto 1000vi Batavorum & fœdera-
 torum militia, & præclaris a communi hoste reportatis victoriis
 eodem anno publice dixit.

Tertia denique pars hujus Voluminis Orationes selectas in
 celebritate funerum habitas comprehendit, quarum XIII hic exhi-
 bentur. Oratio I est CLEMENTIS XI Pontificis in mortem LU- 1129.
 DOVICI XIV Galliz Regis. II *Jo. Casparis Kubnii* in me- 1132.
 moriam ejusdem Regis. III *Turretini* in obitum GUILIELMI 1154.
 III Britanniz Regis. IV *Bartolii Bartholini* in memoriam FRIDE- 1183.
 RICII III Daniz Regis. V *Danielis Eremitæ* in funere FERDI- 1201.
 NANDI MEDICEI. VI laudati *Bahmeri* in funere ANTO- 1237-
 NII

p. 1272.
1297.
1333.
1363.
1392.
1417.

NII ULRICI, Brunsvicensium & Lüneburgensium Ducis. VII
Andrea Naugerii in funere BARTHOLOMÆI LIVIANI.
IIX ejusdem *Naugerii* in funere LEONARDI LAURETANI IX
laudati *Petri Burmanni* in obitum EVERARDI DE
WEEDE. X ejusdem *Burmanni* in obitum HERMANNI VAN
HALENI XI *Clerici* in obitum PHILIPPI A LIMBORCH.
XII *Drakenborch* in obitum FRANCISCI BURMANNI.
XIII *Gottfridi Leonardi Baudisii* in exequiis GOTFRIDI
GRÆVII habita.

His duabus & quinquaginta Clarissimorum Virorum Orationibus, nostra omnino laude non indigentibus, præmissa est Serenissimi Principis CHRISTIANI ERNESTI, Marggraffii Brandenburgiei, elegantissima Oratio, quam d. 21 April. 1659 in Academia Argentoratensi, de *Principatus bene regendi artibus* summa omnium admiratione memoriter dixit, una cum ejusdem Academiæ ad hanc Orationem audiendam invitatione, & de eadem gratulatione. Laudat etiam hanc Serenissimi Principis Orationem Cel. Bergeri verbis in præfatione sua Cl. *Kappius*, in qua post varios eruditos, qui ipsi in colligendis diversorum auctorum orationibus præverunt, strictim carptimq. recensitos, quædam ad hoc institutum faciendæ non solum in genere præmonet, sed etiam nonnulla de quibusdam orationibus in hoc volumine recensitis speciatim animadvertit, & sub finem plura orationum selectarum volumina, si primum hoc erudito orbi non displicuerit, pollicetur, quorum alteri notitiam Collectionum a diversis auctoribus conscriptarum Orationum præmittet. Non dubitamus, gratum acceptumque fore litteratis hominibus hoc promissum Cl. Editoris, quippe qui hoc primo volumine satis superque ostendit, si bi regulas & cautiones bono editori observandas non incognitas fuisse. Persuasum etiam habemus, Editorem doctissimum a Viris, qui rei litterariæ promovendæ cura tenentur, facile plures ejusmodi rariores orationes impetraturum, ut eo felicius, quod precamur, in hoc negotio pergere possit.

Prodiit nuper* Actorum Eruditorum Supplementorum
Tomi VIII Sectio. I.

ACTA ERUDITORUM,

publicata Lipsia

Calendis Maji Anno MDCCXXII.

ΦΛΑΒΙΟΥ ΙΩΣΗΦΟΥ ΤΑ ΕΥΡΗΣΚΟΜΕΝΑ.

i. e.

FLAVII JOSEPHI OPERA, QUÆ REPE-
virii potuerunt, omnia. Ad Codices fere omnes cum im-
pressos tum Manuscriptos diligenter recensuit, nova versio-
ne donavit & Notis illustravit JOANNES
HUDSONUS.

Volumina II.

Oxonii, e theatro Sheldoniano, 1720, fol.

Alph. 16.

TAndem post diurnas contentiones, cum per tot annos
sua expectatione suspensus & novæ Josephi editionis de-
siderio pæne contabescens spes suas & vota delusa vidisset
literatus orbis, moras rumpit & post tot eruditorum labo-
res in lucem prodit tot eruditis fatale opus, Flavius Josephus;
Scriptor certe illustris, cui quicquid ad Veteris Testamenti Ec-
clesiæ Historiam, quæ in S. Codice integra haud continetur, per-
tinet, Politiam nempe Judæorum & durissima post hæc fata, quæ
tandem subire coacti fuerunt, imprimis deberi, constans est Ec-
clesiæ Scriptorum testimonium. Ac proinde cum multa sint,
quæ huic insignæ pretium conciliant, mirum omnino videbitur iis,
qui Veterum Scriptorum fata cogitant, neminem fuisse erudito-
rum, qui id præstaret Josepho, quod multi jandudum præstite-
runt Autoribus, Josepho longe vilioribus. Forte deterruit ab ope-
re nonnullos rei difficultas; alii, qui manum labori admoverant,

Gg

prius

prius morte extinctis, quam laborem absolvissent, inter quos eminent Joh. Andr. Bosius, Stephanus Monachus, Eduardus Bernardus, Jacobus Gronovius Godofredus Olearius & Hadrianus Relandus, quod observatum clarissimo præfationis Autori, quæ præmissa est Operi. Jam vero uni Hudsono, Viro litterarum peritissimo, ea contigit felicitas, ut rem ab aliis susceptam, acerrime ab aliis expectatam, fortunate tandem ad finem perduceret. Certe si ex eruditis ejus laboribus, quos edendis nonnullis tum Græcis, tum Latinis Autoribus, Vellejo nempe Paterculo, Thucydidi, Dionysio Halicarnasseo, tum quoque Geographiæ Veteris Scriptoribus Græcis minoribus, Longino, Mæridi Atticisæ aliisque non sine laude impendit, præsentis quoque Josepho impensos labores æstimaveris, quid præstitum fuerit a Viro doctissimo, judicare tibi facile erit. Optimis stipatus mediis tanto labori necessariis opus aggrediebatur. Ad manus enim ipsi erant omnes veterum Josephi interpretum & Textus Græci editiones. Codices Manuscriptos fere omnes vel ipse oculis lustraverat, vel lectiones ex iis ab aliis collectas magnisque interdum sumptibus comparatas possidebat. Ex quibus autem in paranda sua Editione profecerit Hudsonus, sequentes fuerunt Codices & editiones: Editio nempe princeps Basileensis, Lectiones, quas Vir illustris Emericus Bigotius e Codicibus perantiquis descripsit, Codex Pembrochianus in Bibliotheca Bodlejana, Exemplar Busbequianum in Bibliotheca Cæsarea, Codex in Bibliotheca Cæsarea, cujus lectiones aliquot notavit Lambecius in Comm. l. 8 p. 37, Codex D. Caji apud Cantabrigienses, cujus lectiones ipsi dono miserat Jo. Dawson de Haslingfield, Josephi *Μακκαβαίων* e MS. vetustissimo Caroli I Regis Angliæ, quod Alexandrinum vocatur, Lectiones Veteris Codicis Regis Galliæ, quas manus carpserrat If. Casauboni, Liber MS. e Bibliotheca Viri Summe Venerabilis Johannis Móri Eliensis Episcopi, Genevensis Editio excusa A. D. 1611, Codex alius in Bibliotheca Regis Galliæ, Varietates Codicis Hafniensis, quas olim in Angliam transmisit D. Wandalinus, Codex Hennebergensis & Schleusingensis, Membranæ Lipsienses, Lectiones Mediceæ, a Bigotianis diversæ, bonæ notæ Exemplar in Collegio Novo apud Oxonienses, Variantes Lectiones Schedarum Peire-

sciana-

scianarum, quas Sam. Petitus notaverat in Commentariis MSS. in Bibliotheca Bodlejana asservatis, Liber Rhedigerianus apud Vratislavienses, Lectiones quædam Vaticanæ opera Rualdi Harle-
 mensis, Sambuci Exemplar, quod nunc servat Bibliotheca Cæsa-
 rea, Lectiones aliz Vaticanæ ære ipsius comparatæ, Lectiones Co-
 dicum Il. Vossii. Tum quoque ad manus ipsi fuerunt Exemplaria
 Latina Rufino & Epiphanio Interpretibus. Ex Libris autem scri-
 ptis, quorum lectionem coram oculis habebat Cl. Autor, Busbe-
 quianus brevior esse videtur reliquis, & non absimilis illi Epitome
 antiquitatum, quam adhibuisse se testatur Arnoldus Peraxylus in
 procuranda Editione Basileensi. Atque hunc Codicem sic di-
 ctum Busbequianum, qui in Bibliotheca Cæsarea servatur, ut &
 alium J. Sambuci in eadem Bibliotheca repositum, optimæ notæ
 esse observat in supra nobis laudata præfatione Antonius Hallius.
 Usus deinde fuit noster Notis Bosii, Reinesii, Periti, ex quibus iti-
 dem se profecisse testatur: & inter eas quidem cæteris præstare
 videntur Lectiones e Codicibus Th. Reinesii exscriptæ, & Caspari
 Barthii ad Veterem Josephi Interpretem notulæ. Sed Sam. Petiti
 Conjecturæ, quæ in Bibliotheca Bodlejana reconditæ sunt, minus
 faciendæ; is enim dum nimium plus tribuit Rabbiniis, primis o-
 mnium Antiquitatum Judaicarum corruptoribus, sæpius in absur-
 ditates incidit. Instructus præterea erat fere omnibus, quæ ne-
 cessaria erant operi tam difficili, tam laborioso tandem ad finem
 perducendo, multis quoque doctissimorum Virorum ad il-
 lustrandum Josephum multa illi subsidia subministrantibus, Ri-
 chardo nempe Bentlejo, Michaele Lequienio, Ordinis Dominica-
 norum Fratre doctissimo, Richardo Ibbetsono, Cl. Jablonskio, cui
 imprimis annotata debuit Illustris Ezechielis Spanhemii. Quid
 igitur de Josepho sperari non poterat, cum ad tot subsidia ingeni-
 um suum, eruditionem, & indefessas vigilias afferret Cl. ille Au-
 tor? Certe his mediis adjutus ad emendandum Josephum sese ac-
 cinxit, Textum quam diligentissime recognovit, ad Codices e-
 um correxerat, typographorum errores, quibus scatebant priores e-
 ditiones, studiose eliminavit, Variantes Lectiones notavit, Codi-
 cibus, ex quibus acceperat, ubique simul nominatis; Textui ad-
 jecit Animadversiones doctissimas, obscura illustravit ex præstan-

tissimis Criticis, quorum scrinia diligenter excussit, & si qua tandem fuerunt, quæ lucem fœnerare posse Josepho intelligebat, ea omnia in Notas suas transtulit, in quibus & illustre illud quod de Jesu Christo nobis reliquit Josephus testimonium, cujus quidem auctoritate Josephum vel in confinio Christianæ lucis positum, vel ad Veritatis Confessionem singulari Dei virtute compulsum fuisse, nonnulli Eruditorum asserunt, diligenter, quantum fieri potuit, excussit, not. ad Cap. 4. libr. XIX Antiquit. Judaic. Vol. II p. 798, sitæ illud Josephi de Christo testimonium genuinum, an Josepho pia fraude suppositum vel saltem interpolatum, eruditis inter sese nondum convenientibus. Ruperti, Snellii, Reinesii, Majoris, Menassii, Gronovii, Blondelli, Wheloci, Lansii, Ursini, Wagenseilii, Bœcleri, Bangii & Fabri de hoc argumento epistolas collegit, variaque simul Veterum & Recentiorum de hoc testimonio judicia adjecit Christoph. Arnoldus. Laudant illud tribuuntque Josepho, quod negari non potest, post Eusebium, e Græcis Isidorus Pelusiota, Sozomenus, Sophronius, Cedrenus, Suidas, Zonaras, Glycas, Nicephorus, e Latinis fidem illius confirmantibus Hegesippo, Hieronymo, Rufino aliisque recentioribus sequentium Seculorum Scriptoribus bene multis, Haymone, Cunrado Urspergensii, Freculfo, Alberto Stadenfi. Verum silentio illud prætermittunt hocque inprimis contra Judæos tælo haud utuntur, qui tamen ex instituto Judæos impugnarunt, antiqui Ecclesiæ Doctores, Justinus Martyr, Tertullianus, Origenes & Chrysostomus, neque Photius mentionem illius injicit, in cujus tamen Bibliotheca bis recensentur Antiquitates Josephi Cod. 76 & 238. Res scrupulose indagare nostrum non est: hoc tantum dicendum, tum Codicum, quos ad manus habebat, tum Veterum Ecclesiæ Doctorum, qui hujus de Christo testimonii fidem confirmabant, auctoritate ductum *ἡνωίστηα* illius credidisse Hudsonum, ut & alterius, quod de Jacobo Justo reliquit nobis Josephus, libr. XX Antiquit. Judaic. c. IIX p. 896. Libri vero de Maccabæis pag. 1391 seq. ut & Tractatus de universo, qui sub ejus simul nomine circumfertur, Josephum esse Autorem, vix sibi persuasit, in reliquis tamen Scriptorum eum fuisse eloquentissimum & veri studiosissimum, sectatorem in nonnullis dogmatum Sancti Johannis Baptistæ,

fra, errores autem, quos illi impingerent eruditorum nonnulli, librariorum potius, quam ipsius Josephi esse, existimavit. Sic fere censebat de Josepho Hudsonus, quod apparet ex doctis ejus animadversionibus, quas qui perlegerit, facile judicabit, quanti Hudsono constiterit Josephus. Nihil esse, ait Cl. præfationis Autor, literarum deprehendet sive veteris sive recentioris ævi, nihil librorum sive sacri sive profani argumenti, ad quod ille animum oculosque non converterat. Verum in his non omnis versatur labor, quem Josepho suo impendit Hudsonus. Imperitum Flavius habuerat sui interpretem, cujus Versio Latina parum elegans parumque congrua erat Textui Græco, ita quidem sentiente Viro post restauratas in Occidente literas doctissimo, Josepho Scaligero. Et licet alii, alias sua laude minime fraudandi, Veterem illam Versionem castigare & ad Græca Josephi componere, multum laboraverint, irriti tamen fuerunt eorum conatus, neque satisfecerunt eruditibus. Quid ergo agendum erat Hudsono, Josephum eruditibus daturis satis politum satisque excultum? Novus ipsi surgebat labor, nova Versio donandus erat Josephus, quam tam pure quoque tamque Latine elaboratam dedit, ut cum scriptis hujus generis præstantissimis merito conferri posse videatur. Hoc unice dolendum est, prius mortem obiisse Virum doctissimum, quam sua in Josephum merita ipse exposuisset lectoribus. Ad quartum usque Indicem, qui est Scriptorum a Josepho laudatorum, typographorum operæ processerant, cum Hudsonus paulo post moriturus Cl. Hallium accersens, Josephum in manus ipsi tradidit, rogavitque, ut, si quæ restarent peragenda, perficeret ipse; annuit libentissime Viri doctissimi desideriiis, curamque absolvendi mox operis in sese suscepit Cl. Hallius, adjecta huic præfatione, qua sæpius ex Hudsono se audivisse fatetur, non animum fuisse Viro docto, prolixa Josepho præmittere Prolegomena, sed brevem tantum præfationem, quid in sua Josephi Editione præstitum fuerit, exposituram; illud alterum jam pridem factum fuisse a nobili Eruditorum pari, Thoma Ittigio in Prolegomenis Editionis Lipsiensis, & Johanne Alberto Fabricio in Biblioth. Græca, cujus quidem de Josepho ejusque Scriptis judicium post Veterum de eodem testimonia Tomo Priori præmissum legitur.

Posteriori accessit Dissertatio Cl. Viri Christoph. Cellarii, qua Flavii Josephi de Herodibus Historia a *verdes* suspicione contra Cl. V. Joan. Harduinum justis Vindicis adseritur & nummis antiquis conciliatur, mox simul adjectis vocum Græcarum, Regionum, Urbium, Locorumque, Hominum, rerumque memorabilium, tum quoque Scriptorum Indicibus copiosissimis, quibus tandem finitur opus. Commendatur lectoribus tum chartæ, tum literarum nitore & elegantia, nullis enim, qui typis inprimendum illud curarunt, pepercerunt laboribus nullisque sumptibus, quibus operi splendorem, gloriam autori conciliare poterant. Obstrictos proinde sese censebunt eruditi Hudsono, qui feliciter tandem factum enixus fuit, quem animo conceperant alii, vel eo inprimis nomine nominis sui laudem reportaturus & gratiam nunquam intermorituram. Cæterum ne te lateat, quis fuerit noster, cui imprimis tam politum tantoque labore confectum Opus debeas, sequentia de eo accipe. Natus erat Widopizæ prope Cockermatham in agro Cumbrensi paulo post instauratam apud Britannos Monarchiam. Grammaticen in vicinia didicit ab Hieronymo Hechstettero. Juvenis admodum Oxonium missus, in Collegio Regineni sub tutela Thomæ Crosthwaitii, viri varia doctrina & humanitate in externos ea tempestate celebris, Philosophiæ operam dedit; quam ita coluit, ut literas interim humaniores nunquam neglexerit. Illas enim per totum vitæ spatium mirifice dilexit, & tantos in iis progressus fecit, quantos nemo fere suorum æqualium, etsi vixerat in Collegio Literatorum semper seracissimo. Non multo post quam gradum in Artibus Magistralem susceperat, ad Collegium Universitatis commigravit, ubi electus in Socium, per multos annos officio Tutoris functus, adolescentes ad Philosophiam & bonas literas instituebat. Dum hæc solita diligentia curaret, Thomæ Hyde, linguarum præne omnium perito, in præfectura Bibliothecæ Bodlejanæ ab Academia sufficitur. Quam quidem provinciam ad mortem usque summa cum laude administravit. Principalitatem postea Aulae B. Mariæ Virginis ab honoratissimo Academiæ Cancellario obtinuit, rogatu Viri maxime famigerati Joannis Radcliffii, Medicorum Anglorum sui Seculi facile Principis. Post Autores, quos supra nominavimus, edidit

Æsopum;

Æsopum; Lactantium prelo paratum habuit, sed quid de eo factum sit, non constat. Viris eruditis suæ ætatis plurimis innotuit, hinc ipsi natæ doctorum amicitiz & cum multis literarum etiam commercia, in Italia, Gallia, Germania, Suecia, Dania & Belgio. Erat probitate antiqua, facie decora, statura mediocri, valetudine firmissima, quam tamen studiis & vigiliis nunquam intermissis penitus labefactavit. Tandem anno 1719 die 27 Novembris hora 6 A. M. annum agens post quinquagesimum, septimum, post diutinum languorem magno literarum damno, hydrope extinctus est, ultimum hunc & illustrem relinquens ingenii factum, Flavium Josephum, Patris certe sui, a quo editus fuit, nomen ab oblivione vindicaturum.

DEL TESORO BRITANNICO PARTE PRIMA, ovvero il Museo numario &c.

h. e.

THESAURI BRITANNICI PARS PRIMA,
*seu Museum Numismaticum, quo continentur numi Græci
& Latini cujuscunque metalli ac formæ, antebac non editi,
delineari descriptique a NICOLAO FRANCISCO HAYM, Romano.*

Volumen secundum.

Londini, apud Jacob. Tonson, sumptibus Autoris, 1720, 4.
Alph. 2 pl. 3 Tab. xn. 27, præter varias figuras
textui insertas.

Volumen hoc alterum Thesauri Britannici, ejusque Partis primæ, plures, quam in primo reperiuntur, numerum delineationes, pauciores tamen tabulas æneas complectitur, propterea quod multas separari a textu, cui antea intermixtæ erant, unique earum plures numerum icones incidi curavit Cl. Haymius, contra quam in primo Volumine fecerat. Sed tamen observatum id tantum in Cæsareis numis; Regum, virorum illustrium, urbiumque memoriam celebrantes, qui perinde ut in primo Volumine

lumine præcedunt, adhuc loco suo, quo explicantur, inserti comparent. Explicationem ipsam dedit breviorē, ne liber Voluminis primi magnitudinem excederet, cui ut cætera Volumina respondeant mole, laborandum putavit.

TAB. IV.
Fig. 1.

Sub initium Dissertatio doctissimi Viri Edmundi Chishul S. T. B. occurrit, qua numo plane singulari & a sagacissimo Bellorio prolato quidem, sed explicatione nulla illustrato, ac ne lecto quidem ita ut par erat, lucem clarissimam fœnoratur. Prior ejus facies aream litteris EΦ & circulari linea notatam exhibet, in qua cervus caput collumque reclinans, infraque eum vox ΚΚΩΠΙ cernitur. Aream cum litteris EΦ Cl. Vir interpretatur theatri Ephesini orchestram, cervum autem collum reclinantem symbolum saltationis cujusdam Satyricæ Ephesi totaque adæo Ionia celebratæ iudicatque voce ΚΚΩΠΙ, qua, ab ave saltatrice petita, saltationis genus appellari, ex Atheuzo & Polluce luculenter probat. Posterior numi facies apem sifit & voces ΚΗΡΙΑ ΔΙCΩΔΕ ΠΡΟC ΠΑΔ V P N. Apem ad mellis & ceræ uberrimum proventum in agro Ephesino refert Vir doctus. In inscriptione (ex qua colligit, numum hunc non autoritate publica, sed propterea culum esse, ut symboli vice a Gymnasiarchis divideretur, locum cuique in theatro ad spectandam saltationem assignantibus) pharmanum, quod venale prostitisse putat, subodoratur, prioremque ejus partem: ΚΗΡΙΑ ΔΙCΩΔΕ, quod corrupto sculptum existimat pro ΚΗΡΙΑ ΔΙCΩΔΗ, explicat *savos bithymos seu favos bina thyma redolentes*, intelligitque *savos colore albos, melli faciundo non omnino aptos, sed ad medicamina & varios curarum usus apprime commendatos*. Posterior pars inscriptionis ΠΡΟC ΠΑΔ V P N legenda ei videtur ΠΡΟC ΠΛΕΥΡΑΝ, ita, ut tota ita habeat: *κηρία διαώδη προς πλευράν* h. e. *savi bithymi ad lateris, si ex consuetudine veterum, medicamenta publice indicantium, cujus hic exempla aliquot ex Cl. Lufkinii, antiquitatum harum studiosi, penu antiquaria adducit, loquendum sit, sive sicut bina thyma redolentes, ad lateris doloris utiles*. Artificem enim litteraturæ minus, quam artis sculpendi gnarum Α perpetuo cum Α & Δ & postremo etiam cum Ε, confudisse, ac denique & spatii angustiis exclusum Α & Ν sub unum litteræ Ν ductum revocasse sibi





Fig. 15.



13.

Fig. 14.



p. 1272.

1297.

1333.

1363.

1392.

1417.

N II ULRICI, Brunsvicensium & Luneburgensium Ducis. VI
Andree Naugerii in funere BARTHOLOMÆI LIVIANI.
 IIX ejusdem *Naugerii* in funere LEONARDI LAURETANI IX
 laudati *Petri Burmanni* in obitum EVERARDI DE
 WEEDE. X ejusdem *Burmanni* in obitum HERMANNI VAN
 HALEN XI *Clerici* in obitum PHILIPPI A LIMBORCH.
 XII *Drakenborch* in obitum FRANCISCI BURMANNI.
 XIII *Gottfridi Leonardi Baudissii* in exequiis GOTFRIDI
 GRÆVII habita.

His duabus & quinquaginta Clarissimorum Virorum Orationibus, nostra omnino laude non indigentibus, præmissa est Serenissimi Principis CHRISTIANI ERNESTI, Marggraffii Brandenburgiei, elegantissima Oratio, quam d. 21 April. 1659 in Academia Argentoratensi, de *Principatus bene regendi artibus* summa omnium admiratione memoriter dixit, una cum ejusdem Academix ad hanc Orationem audiendam invitatione, & de eadem gratulatione. Laudat etiam hanc Serenissimi Principis Orationem Cel. Bergeri verbis in præfatione sua Cl. *Kappius*, in qua post varios eruditos, qui ipsi in colligendis diversorum auctorum orationibus præverunt, strictim carptimq. recensitos, quædam ad hoc institutum facientia non solum in genere præmonet, sed etiam nonnulla de quibusdam orationibus in hoc volumine recensitis speciatim animadvertit, & sub finem plura orationum selectarum volumina, si primum hoc gradito orbi non displicerit, pollicetur, quorum alteri notitiam Collectionum a diversis auctoribus conscriptarum Orationum præmittet. Non dubitamus, gratum acceptumque fore litteratis hominibus hoc promissum Cl. Editoris, quippe qui hoc primo volumine satis superque ostendit, si bi regulas & cautiones bono editori observandas non incognitas fuisse. Persuasum etiam habemus, Editorem doctissimum a Viris, qui rei litterariæ promovendæ cura tenentur, facile plures ejusmodi rariore orationes impetraturum, ut eo felicis, quod precamur, in hoc negotio pergere possit.

Prodiit nuper* Actorum Eruditorum Supplementorum
 Tomi VIII Sectio, I.

ACTA ERUDITORUM,

publicata Lipsia

Calendis Maji Anno MDCCXXII.

ΦΛΑΒΙΟΥ ΙΩΣΗΦΟΥ ΤΑ ΕΤΡΙΣΚΟΜΕΝΑ.

i. e.

*FLAVII JOSEPHI OPERA, QUÆ REPE-
viri potuerunt, omnia. Ad Codices fere omnes cum im-
pressos tum Manuscriptos diligenter recensuit, nova versio-
ne donavit & Notis illustravit JOANNES
HUDSONUS.*

Volumina II.

Oxonii, e theatro Sheldoniano, 1720, fol.

Alph. 16.

TAndem post diuturnas contentiones, cum per tot annos
sua expectatione suspensus & novæ Josephi editionis de-
siderio pæne contabescens spes suas & vota delusa vidisset
litteratus orbis, moras rumpit & post tot eruditorum labo-
res in lucem prodit tot eruditis fatale opus, Flavius Josephus ;
Scriptor certe illustris, cui quicquid ad Veteris Testamenti Ec-
clesiæ Historiam, quæ in S. Codice integra haud continetur, per-
tinet, Politiam nempe Judæorum & durissima post hæc fata, quæ
tandem subire coacti fuerunt, imprimis deberi, constans est Ec-
clesiæ Scriptorum testimonium. Ac proinde cum multa sint,
quæ huic insignæ pretium conciliant, mirum omnino videbitur iis,
qui Veterum Scriptorum fata cogitant, neminem fuisse erudito-
rum, qui id præstaret Josepho, quod multi jam dudum præstite-
runt Autoribus, Josepho longe vilioribus. Forte deterruit ab ope-
re nonnullos rei difficultas ; aliis, qui manum labori admoverant,

G g

prius

prius morte extinctis, quam laborem absolvissent, inter quos eminent Joh. Andr. Bosius, Stephanus Monachus, Eduardus Bernardus, Jacobus Gronovius Godofredus Olearius & Hadrianus Relandus, quod observatum clarissimo præfationis Autori, quæ præmissa est Operi. Jam vero uni Hudsono, Viro litterarum peritissimo, ea contigit felicitas, ut rem ab aliis susceptam, acerrime ab aliis expectatam, fortunate tandem ad finem perduceret. Certe si ex eruditibus ejus laboribus, quos edendis nonnullis tum Græcis, tum Latinis Autoribus, Vellejo nempe Paterculo, Thucydidi, Dionysio Halicarnasæo, tum quoque Geographiæ Veteris Scriptoribus Græcis minoribus, Longinō, Mæridi Atticisæ aliisque non sine laude impendit, præsentibus quoque Josepho impensos labores æstimaveris, quid præstitum fuerit a Viro doctissimo, judicare tibi facile erit. Optimis stipatus mediis tanto labori necessariis opus aggrediebatur. Ad manus enim ipsi erant omnes veterum Josephi interpretum & Textus Græci editiones. Codices Manuscriptos fere omnes vel ipse oculis lustraverat, vel lectiones ex iis ab aliis collectas magnisque interdum sumptibus comparatas possidebat. Ex quibus autem in paranda sua Editione profecerit Hudsonus, sequentes fuerunt Codices & editiones: Editio nempe princeps Basileensis, Lectiones, quas Vir illustris Emericus Bigotius e Codicibus perantiquis descripsit, Codex Pembrochianus in Bibliotheca Bodlejana, Exemplar Busbequianum in Bibliotheca Cæsarea, Codex in Bibliotheca Cæsarea, cujus lectiones aliquot notavit Lambecius in Comm. l. 8 p. 37, Codex D. Caji apud Cantabrigienses, cujus lectiones ipsi dono miserat Jo. Dawson de Haslingfield, Josephi *Μακκαβαίων* e MS. vetustissimo Caroli I Regis Angliæ, quod Alexandrinum vocatur, Lectiones Veteris Codicis Regis Galliæ, quas manus carpsit Il. Casauboni, Liber MS. e Bibliotheca Viri Summe Venerabilis Johannis Mori Eliensis Episcopi, Genevensis Editio excusa A. D. 1611, Codex alius in Bibliotheca Regis Galliæ, Varietates Codicis Hafniensis, quas olim in Angliam transmisit D. Wandalinus, Codex Hennebergensis & Schleusingensis, Membranzæ Lipsienses, Lectiones Mediceæ, a Bigotianis diversæ, bonæ notæ Exemplar in Collegio Novo apud Oxonienses, Variantes Lectiones Schedarum Peiresciana.

scianarum, quas Sam. Petitus notaverat in Commentariis MSS. in Bibliotheca Bodlejana asservatis, Liber Rhedigerianus apud Vratislavienses, Lectiones quædam Vaticanæ opera Rualdi Harle-
 mensis, Sambuci Exemplar, quod nunc servat Bibliotheca Cæsa-
 rea, Lectiones aliz Vaticanæ ære ipsius comparatæ, Lectiones Co-
 dicum If. Vossii. Tum quoque ad manus ipsi fuerunt Exemplaria
 Latina Rufino & Epiphanio Interpretibus. Ex Libris autem scri-
 ptis, quorum lectionem coram oculis habebat Cl. Autor, Busbe-
 quianus brevior esse videtur reliquis, & non absimilis illi Epitome
 antiquitatum, quam adhibuisse se testatur Arnoldus Peraxylus in
 procuranda Editione Basileensi. Atque hunc Codicem sic di-
 ctum Busbequianum, qui in Bibliotheca Cæsarea servatur, ut &
 alium J. Sambuci in eadem Bibliotheca repositum, optimæ notæ
 esse observat in supra nobis laudata præfatione Antonius Hallius.
 Usus deinde fuit noster Notis Bosii, Reinesii, Petiti, ex quibus iti-
 dem se profecisse testatur: & inter eas quidem cæteris præstare
 videntur Lectiones e Codicibus Th. Reinesii exscriptæ, & Caspari
 Barthii ad Veterem Josephi Interpretem notulæ. Sed Sam. Petiti
 Conjecturæ, quæ in Bibliotheca Bodlejana reconditæ sunt, minus
 faciendæ; is enim dum nimium plus tribuit Rabbiniis, primis om-
 nium Antiquitatum Judaicarum corruptoribus, sæpius in absur-
 ditates incidit. Instructus præterea erat fere omnibus, quæ ne-
 cessaria erant operi tam difficili, tam laborioso tandem ad finem
 perducendo, multis quoque doctissimorum Virorum ad il-
 lustrandum Josephum multa illi subsidia subministrantibus, Ri-
 chardo nempe Bentlejo, Michaele Lequienio, Ordinis Dominica-
 norum Fratre doctissimo, Richardo Ibbetsono, Cl. Jablonskio, cui
 imprimis annotata debuit Illustris Ezechielis Spanhemii. Quid
 igitur de Josepho sperari non poterat, cum ad tot subsidia ingeni-
 um suum, eruditionem, & indefessas vigilias afferret Cl. ille Au-
 tor? Certe his mediis adjutus ad emendandum Josephum sese ac-
 cinxit, Textum quam diligentissime recognovit, ad Codices e-
 um correxit, typographorum errores, quibus scatebant priores e-
 ditiones, studiose eliminavit, Variantes Lectiones notavit, Codicibus,
 ex quibus acceperat, ubique simul nominatis; Textui ad-
 jecit Animadversiones doctissimas, obscura illustravit ex præstan-
 tissimis

tissimis Criticis, quorum scrinia diligenter excussit, & si qua tandem fuerunt, quæ lucem fœnerare posse Josepho intelligebat, ea omnia in Notas suas transtulit, in quibus & illustre illud quod de Jesu Christo nobis reliquit Josephus testimonium, cujus quidem autoritate Josephum vel in confinio Christianæ lucis positum, vel ad Veritatis Confessionem singulari Dei virtute compulsam fuisse, nonnulli Eruditorum asserunt, diligenter, quantum fieri potuit, excussit, not. ad Cap. 4 libr. XIX Antiquit. Judaic. Vol. II p. 798, sitae illud Josephi de Christo testimonium genuinum, an Josepho pia fraude suppositum vel saltem interpolatum, eruditis inter sese nondum convenientibus. Ruperti, Snellii, Reinesii, Majoris, Menassii, Gronovii, Blondelli, Wheloci, Lanfii, Ursini, Wagenfeilii, Bœcleri, Bangii & Fabri de hoc argumento epistolas collegit, variaque simul Veterum & Recentiorum de hoc testimonio judicia adjecit Christoph. Arnoldus. Laudant illud tribuuntque Josepho, quod negari non potest, post Eusebium, e Græcis Isidorus Pelusiotæ, Sozomenus, Sophronius, Cedrenus, Suidas, Zonaras, Glycas, Nicephorus, e Latinis fidem illius confirmantibus Hegeippo, Hieronymo, Rufino aliisque recentioribus sequentium Seculorum Scriptoribus bene multis, Haymone, Cunrado Urspergensii, Freulfo, Alberto Stadenfi. Verum silentio illud prætermittunt hocque imprimis contra Judæos tunc haud utuntur, qui tamen ex instituto Judæos impugnarunt, antiqui Ecclesiæ Doctores, Justinus Martyr, Tertullianus, Origenes & Chrysostomus, neque Photius mentionem illius injicit, in cujus tamen Bibliotheca bis recensentur Antiquitates Josephi Cod. 76 & 238. Res scrupulose indagare nostrum non est: hoc tantum dicendum, tum Codicum, quos ad manus habebat, tum Veterum Ecclesiæ Doctorum, qui hujus de Christo testimonii fidem confirmabant, autoritate ductum *γνησιότητα* illius credidisse Hudsonum, ut & alterius, quod de Jacobo Justo reliquit nobis Josephus, libr. XX Antiquit. Judaic. c. II X p. 896. Libri vero de Maccabæis pag. 1391 sequitur & Tractatus de universo, qui sub ejus simul nomine circumfertur, Josephum esse Autorem, vix sibi persuasit, in reliquis tamen Scriptorum eum fuisse eloquentissimum & veri studiosissimum, sectatorem in nonnullis dogmatum Sancti Johannis Baptiste,

ftz, errores autem, quos illi impingerent eruditorum nonnulli, librariorum potius, quam ipsius Josephi esse, existimavit. Sic fere cenſebat de Josepho Hudſonus, quod apparet ex doctis ejus animadverſionibus, quas qui perlegerit, facile judicabit, quanti Hudſono conſtiterit Josephus. Nihil eſſe, ait Cl. præſationis Autor, literarum deprehendet ſive veteris ſive recentioris ævi, nihil librorum ſive ſacri ſive profani argumenti, ad quod ille animum oculosque non converterat. Verum in his non omnis verſatur labor, quem Josepho ſuo impendit Hudſonus. Imperitum Flavius habuerat ſui interpretem, cujus Verſio Latina parum elegans parumque congrua erat Textui Græco, ita quidem ſentiente Viro poſt reſtauratas in Occidente literas doctiſſimo, Josepho Scaligero. Et licet alii, alias ſua laude minime fraudandi, Veterem illam Verſionem caſtigare & ad Græca Josephi componere, multum laboraverint, irriti tamen fuerunt eorum conatus, neque fatiſecerunt eruditibus. Quid ergo agendum erat Hudſono, Josephum eruditibus daturis fatiſque excultum? Novus ipſi ſurgebat labor, nova Verſione donandus erat Josephus, quam tam pure quoque tamque Latine elaboratam dedit, ut cum ſcriptis hujus generis præſtantiſſimis merito conferri poſſe videatur. Hoc unice dolendum eſt, prius mortem obiſſe Virum doctiſſimum, quam ſua in Josephum merita ipſe expoſuiſſet lectoribus. Ad quartum uſque Indicem, qui eſt Scriptorum a Josepho laudatorum, typographorum operæ proceſſerant, cum Hudſonus paulo poſt moriturus Cl. Hallium accerſens, Josephum in manus ipſi tradidit, rogavitque, ut, ſi quæ reſtarent peragenda, perficeret ipſe; annuit libentiſſime Viri doctiſſimi deſideriis, curamque abſolvendi mox operis in ſeſe ſuſcepit Cl. Hallius, adjecta huic præſatione, qua ſæpius ex Hudſono ſe audiviſſe fatetur, non animum fuiſſe Viro docto, proluxa Josepho præmittere Prolegomena, ſed brevem tantum præſationem, quid in ſua Josephi Editione præſtitum fuerit, expoſituram; illud alterum jam pridem factum fuiſſe a nobili Eruditorum pari, Thoma Ittigio in Prolegomenis Editionis Lipſienſis, & Johanne Alberto Fabricio in Biblioth. Græca, cujus quidem de Josepho ejusque ſcriptis judicium poſt Veterum de eodem teſtimonia Tomo Priori præmiſſum legitur.

Posteriori accessit Dissertatio Cl. Viri Christoph. Cellarii, qua Flavii Josephi de Herodibus Historia a *vo Desas* suspicione contra Cl. V. Joan. Harduinum justis Vindiciis adseritur & nummis antiquis conciliatur, mox simul adjectis vocum Græcarum, Regionum, Urbium, Locorumque, Hominum, rerumque memorabilium, tum quoque Scriptorum Indicibus copiosissimis, quibus tandem finitur opus. Commendatur lectoribus tum chartæ, tum literarum nitore & elegantia, nullis enim, qui typis imprimendum illud curarunt, pepercerunt laboribus nullisque sumptibus, quibus operi splendorem, gloriam auctori conciliare poterant. Obstrictos proinde sese censebunt eruditi Hudsono, qui feliciter tandem factum enixus fuit, quem animo conceperant alij, vel eo imprimis nomine nominis sui laudem reportaturus & gratiam nunquam intermorituram. Cæterum ne te lateat, quis fuerit noster, cui imprimis tam politum tantoque labore confectum Opus debeas, sequentia de eo accipe. Natus erat Widopiæ prope Cockermatham in agro Cumbrensi paulo post instauratam apud Britannos Monarchiam. Grammaticen in vicinia didicit ab Hieronymo Hechstettero. Juvenis admodum Oxonium missus, in Collegio Reginenfi sub tutela Thomæ Crosshwaitii, viri varia doctrina & humanitate in exteros ea tempestate celebris, Philosophiæ operam dedit; quam ita coluit, ut literas interim humaniores nunquam neglexerit. Illas enim per totum vitæ spatium mirifice dilexit, & tantos in iis progressus fecit, quantos nemo fere suorum æqualium, etsi vixerat in Collegio Literatorum semper seracissimo. Non multo post quam gradum in Artibus Magistralem susceperat, ad Collegium Universitatis commigravit, ubi electus in Socium, per multos annos officio Tutoris functus, adolescentes ad Philosophiam & bonas literas instituebat. Dum hæc solita diligentia curaret, Thomæ Hyde, linguarum pæne omnium perito, in præfectura Bibliothecæ Bodlejanæ ab Academia sufficitur. Quam quidem provinciam ad mortem usque summa cum laude administravit. Principalitatem postea Aulæ B. Mariæ Virginis ab honoratissimo Academiæ Cancellario obtinuit, rogatu Viri maxime famigerati Joannis Radcliffii, Medicorum Anglorum sui Seculi facile Principis. Post Autores, quos supra nominavimus, edidit

Æsopum;

Æsopum; *Lactantium* prelo paratum habuit, sed quid de eo factum sit, non constat. Viris eruditis suæ ætatis plurimis innotuit, hinc ipsi natæ doctorum amicitiz & cum multis literarum etiam commercia, in Italia, Gallia, Germania, Suecia, Dania & Belgio. Erat probitate antiqua, facie decora, statura mediocri, valetudine firmissima, quam tamen studiis & vigiliis nunquam intermissis penitus labefactavit. Tandem anno 1719 die 27 Novembris hora 6 A. M. annum agens post quinquagesimum, septimum, post diutinum languorem inagno literarum damno, hydrope extinctus est, ultimum hunc & illustrem relinquens ingenii foetum, Flavium Josephum, Patris certe sui, a quo editus fuit, nomen ab oblivione vindicaturum.

DEL TESORO BRITANNICO PARTE PRIMA, ovvero il Museo numario &c.

h. e.

THESAURI BRITANNICI PARS PRIMA,
*seu Museum Numismaticum, quo continentur numi Græci
& Latini cujuscunque metalli ac formæ, antehac non editi,
delineati descriptique a NICOLAO FRANCISCO HAYM, Romano.*

Volumen secundum.

Londini, apud Jacob. Tonson, sumptibus Autoris, 1720, 4.
Alph. 2 pl. 3 Tab. æn. 27, præter varias figuras
textui insertas.

Volumen hoc alterum Thesauri Britannici, ejusque Partis primæ, plures, quam in primo reperiuntur, numerorum delineationes, pauciores tamen tabulas æneas complectitur, propterea quod multas separari a textu, cui antea intermixtæ erant, unique earum plures numerorum icones incidi curavit Cl. Haymius, contra quam in primo Volumine fecerat. Sed tamen observatum id tantum in Cæsareis numis; Regum, virorum illustrium, urbiumque memoriam celebrantes, qui perinde ut in primo Volumine

lumine præcedunt, adhuc loco suo, quo explicantur, inserti comparent. Explicationem ipsam dedit breviorē, ne liber Voluminis primi magnitudinem excederet, cui ut cætera Volumina respondeant mole, laborandum putavit.

TAB. IV.
Fig. I.

Sub initium Dissertatio doctissimi Viri Edmundi Chishul S. T. B. occurrit, qua nuno plane singulari & a sagacissimo Bellorio prolato quidem, sed explicatione nulla illustrato, ac ne lecto quidem ita ut par erat, lucem clarissimam fœnoratur. Prior ejus facies aream litteris EΦ & circulari linea notatam exhibet, in qua cervus caput collumque reclinans, infraque eum vox ΚΚΩΠΙ cernitur. Aream cum litteris EΦ Cl. Vir interpretatur theatri Ephesini orchestram, cervum autem collum reclinantem symbolum saltationis cujusdam Satyricæ Ephesi totaque adeo Ionia celebratæ indicatæque voce ΚΚΩΠΙ, qua, ab ave saltatrice petita, saltationis genus appellari, ex Athenæo & Polluce luculenter probat. Posteriori numi facies apem sistit & voces ΚΗΡΙΑ ΛΙCΩΔΕ ΠΡΟC ΠΑΑ V P N. Apem ad mellis & ceræ uberrimum proventum in agro Ephesino refert Vir doctus. In inscriptione (ex qua colligit, numum hunc non autoritate publica, sed propterea cusum esse, ut symboli vice a Gymnasiarchis divideretur, locum cuique in theatro ad spectandam saltationem assignantibus) pharmacum, quod venale profuisse putat, subodoratur, prioremque ejus partem: ΚΗΡΙΑ ΛΙCΩΔΕ, quod corrupto sculptum existimat pro ΚΗΡΙΑ ΛΙCΩΔΗ, explicat *savos bithymos seu favos bina thyma redolentes*, intelligitque *savos colore albos, melli faciundo non omnino aptos, sed ad medicamina & varios curatiorum usus apprime commendatos*. Posterior pars inscriptionis ΠΡΟC ΠΑΑ V P N legenda ei videtur ΠΡΟC ΠΑΕΥΡΑΝ, ita, ut tota ita habeat: *κηρία διαώδη προς πλευρών h. e. savi bithymi ad lateris, si ex consuetudine veterum, medicamenta publice indicantium, cujus hic exempla aliquot ex Cl. Lufkinsii, antiquitatum harum studiosi, penū antiquaria adducit, loquendum sit, sive sicut bina thyma redolentes, ad lateris dolores utiles*. Artificem enim litteraturæ minus, quam artis sculpendi gnarum Α perpetuo cum Α & Δ & postremo etiam cum Ε confundisse, ac denique & spatii angustiis exclusum Α & Ν sub unum litteræ Ν ductum revocasse sibi







Fig. 15.



13.

Fig. 14.



sibi per-suadet. Quæ quidem res, utcunque minus credibilis per se videatur, in unum enim numulum tot errores quo pacto tandem cadant? explicationem tamen univèrsam spectatam nostro iudicio adeo non labefactat, vt ultro eam calculo nostro comprobare nihil vereamur.

Sed ad ipsum opus pergimus, potiora, quæ illud pervolventibus sese obtulerunt nobis, indicaturi. Inter Reges externos, quorum numos pertenset Cl. Haymius, Parthici haud postremum locum obtinent, qui cum omnes Arsacis nomen gesserint, vix satis distingui ab invicem possunt. Neque adeo repertus adhuc est, qui seriem eorum a Justino libro XLI & XLII descriptam, ex numis digestam, exhibere auderet. Tentavit id nihilominus Cl. Haymius, numosque Parthicos cum eos quos Tristanus, Spanhemius, Patinus, Morellius ære expressos dedere, tum visos a se in Anglia, quorum novem delineavit, ad Reges certos non infelici **TAB. IV.** successu retulit. Ex posterioribus primus a Patino jam sed male **Fig. 2.** delineatus, Arsacem ejus nominis tertium, Priapatii cognomine **p. 30.** notum, prout Cl. Haymius conjicit, sistit: in averfa ejus parte Rex idem sedens cum arcu & figura, quam non explicatam transmittit Vir doctissimus, & inscriptio: ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΒΑΣΙΛΕΩΝ. ΑΡΣΑΚΟΥ. ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ. ΔΙΚΑΙΟΥ. ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ. ΦΙΛΕΛΛΗΝΟΣ. h. e. Regis Regum Arsacis, Evergetæ, Justi, Epiphani, Philellinis deprehenditur. Ceterum, qui rudem artificis manum in eadem averfa parte imprimis considerarit, non mirabitur, sculptorum quondam patriæ nostræ artificium in bracteatis numis, quos appellant, barbaris illis temporibus non longius processisse.

Virorum illustrium, quorum numi post numos Regum externorum exhibentur, tertius est Epicurus, quem in numo **Fig. 3.** Illustrissimi Comitis Winchilseæ sub schemate Sileni latitare suspicatur **p. 62** Cl. Haymius, ratione ea potissimum ductus, quod vultus ad eum quam proxime accedat, quem Epicuri fuisse conslet, qua in causa ad geminam Illustriss. Comitis Halifaxii, Epicuri os referentem, provocat Piscibus duobus in posteriori numi facie portus duos Athenarum, quos litteræ Α Θ haud dubie significant, in memoriam revocari credit.

Hh

Viros

T AB. IV. **Fig. 4.**
p. III. Viros illustres excipiunt numi urbium populorumque, ex quibus Hieropolitanus quidam nobis dignus videtur, in quo explicando virorum doctorum diligentia defudet. Pars anterior præter caput turratum nihil, posterior hominem fluvio immersum, sive ut Cl. Haymius contendit, natantem aviculamque manu tenentem, inscriptionemque semesam $\text{IEPOΠOΛΙΤΩΝ. ΤΩΝ. ΠΡΟΣ. ΤΩ. ΠΥΡΑΜΟΥ.}$ spectandam offert. Urbem Hieropolin ad fluvium Pyramum Ciliciz campestris nondum observatam cuiquam putat Cl. Haymius, fateturque, quid avicula illa in posteriori parte sibi velit, se non perspicere. Inter eosdem numos Cyrenensium quidam cum Silphio reperiuntur, cui *μὺς διπρῆς*, de quo Herodotus, assidet. De animalculo certiora Noster a nobilissimo doctissimoque Sherardo edoctus pluribus disserit; sed nobis nunc ad alia festinandum est.

Fig. 5.
p. 194. Paucos Consulares numos sequuntur plurimi Cæsarei, inter quos & Ottonis quidam, sed qui ab editis jam parum abit, affabre ceteroqui sculptus optimeque conservatus (certe meliorem hujus Imperatoris se nunquam vidisse Cl. Haymius fatetur) cernitur. Eum illustriss. Comes Winchilsez viginti aureis Guineensibus emtum numophylacio suo intulit. Juxta hunc spectare juvabit alium Commodi, cujus altera pars vultum ejus Imperatoris & verba $\text{IMP. COMMODUS. AUG. PIUS. FELIX,}$ altera quinque naves turrimque mari vicinam promontorioque impositam sistit. Ex promontorio taurus se in mare præcipitem dat, duobus hominibus prope turrim stantibus, quidque agatur, velut spectantibus. Medio numo leguntur verba: VOTIS FELICIBUS. Ea re classem Africanam, ad frumentum subvehendum a Commodio instructam, de qua Lampridius videndus, sacrificiumque Neptuni pro felici ejus reditu denotari, Cl. Haymius luculenter ostendit.

*BLASII CARYOPHILI NEAPOLITANI,
Dissertationum Miscellanearum Pars Prima, ad CAROLUM VI Austriam, Imperatorem semper Augustum.*

Romæ, excud. Fr. Gonzaga, publica auctoritate, 1718, 4.
Alph. 2 Tab. 22. 1.

Com.

Complectitur hoc Volumen Dissertationes sex: quarum una est de mercaturis antiquorum; alia de מין sive Hyssopo; tertia de מןןן; quarta de מןןןן; quinta de מןןןןן; novissima de Icone Asclepiadis. Dissertationem de mercaturis antiquorum dividit Autor in octo capita. Et primo quidem agit de mercaturis Midianitarum & Ismaelitarum, quos Arabes fuisse docet, olim Scenitas, post Saracenos, a latrocinis appellatos; capite altero mercaturas & mercatores Phœnicum, quorum populorum celeberrimi fuerunt Sidonii, Tyrii, & Aradii; tertio Ægyptios; quarto Hebræos; quinto Græcos, Athenienses puta, Corinthios, Delios, Cretenses, Rhodios, Cyprios, Ephesios; sexto Byzantios; septimo Carthaginienfes; octavo denique Romanos persequitur; locupletissimis optimorum auctorum testimoniis, quantum fieri potest, omnia confirmans. Neque vero solum de gentibus singulis, quo tempore floruerint, quas adierint regiones, quæ importaverint, quæ exportaverint, quibus sint usi legibus, quam diligentissime exponit, sed & alia multa lectu non indigna identidem admiscet. Duo exempli gratia huc transcribere loca placet: alterum ex capite primo, alterum ex quinto. Capite primo p. 24. complures merces, „*ab Emporiis, quo mercabantur, vel ex regione, qua convehebantur, nomen esse sortitas demonstrat.* „Sic calamum *Alexandrinum* vocavit Celsus, inquit, quoniam ex „Alexandria Ægypti Romam importabatur, aliis eadem ratione **L. V. p. 319.** „dictus Ἰσραηλιτικὸς καὶ λαίματος, quasi in Arabia nasceretur: Rheum **ed. Gryph.** „etiam *Barbaricum*, quod ex Sinis in Indiam, ex qua per Barbaricum sinum in Ægyptum, aliasque regiones deducebatur. Unde „de vere Myrepsus θεὸν Ἰνδικὸν appellavit. Idem de Zingiberi „dixit Galenus, cum non ex Barbaria sed ex India afferatur; & in trypher. „Ophelio eadem de causa vocat λυβικὸν πέπερι Libicum piper. sarac. „Antiqui enim Barbariam assererebant esse totam oram maritimam ap. Ath. l. II „orientalis Æthiopiæ ab Ægypti finibus vsque ad Raptam pro. p. 66. „montorium - Quare male Plinius apud Græcos Myrrham Tro. **L. XII. c. XVI** „glodyticam dici *barbaram*, quia aspectu fordida & barbara, nam „illud Græci affirmabant ratione soli, quemadmodum in Dioscori- „de & Galeno legimus, qui falso crediderunt, myrrham in Tro- „gloditica vel Barbariæ regione nasci, cum revera ex Syris vel

Mh a

Indis

- Indis veheretur in emporia Arabica & Æthiopica, quo gignitur, bantur. Sic Senna *Alexandrinum* cognominatum, quod ex Alexandria deferebatur, cum revera ex Perfide, aliisque locis ibi importaretur. Hinc ætate Strabonis minium *Cappadasi-um*, ἰσομιάσθη δὲ Σινωπικῆ, διότι κατὰ γένος ἐκαστοῦ ἰωθασον οἱ ἔμποροι, Synopicum dictum, quia Synopen id solebant advehere mercatores, quod Celsi ætate & ab Scribonio Largo rubrica *Sinopis*, minium Synopicum dictum, de quo Dioscorides sic inquit, συλλέγεται δὲ ἐν τῇ Καππαδοκίᾳ ἐν σπηλαίοις τισὶ. δουλίξεται δὲ καὶ ταυ. L. V. c. 35. ed. Pa. Φέρεται εἰς Σινώπην καὶ πιπράσκειται, ὅθεν καὶ τὴν ἑπωνομίαν CXL p. 368. ἔρχεται: qua ratione fortasse Meleager Poeta antiquissimus nardum vocavit *Συρίην*, Celsus *Syram*, quamvis in India nascatur, &c.

Locus alter, quem adducere constituimus, est ex capite quinto de mercaturis Græcorum, ubi præter alia p. 126 hæc habet Cl. Autor: Non solum inter ipsos mercaturam fecerunt Græci, verum etiam in longinquas regiones proficiscentes, in ipsis domicilia mansionesque locarunt; præ ceteris in Ægypto, ubi negotiandi potestas, temporibus Amasis, fuit illis permessa, & Naucratis urbem, ac celebre emporium incolendi, certisque in locis aras & fana constituendi, tempestate enim illa ἦν δὲ τὸ παλαιὸν μένη ἡ Ναυκρατίας ἔμποριον καὶ ἄλλο ἕθεν Ἀιγύπτου, vetus emporium erat sola Naucratis, præter hoc aliud nullum. Herodotus enumerat civitates Græcas, quæ sanum maximum & celeberrimum, Helenium dictum, construxerunt, in quo Græci sacra facerent. Ionium fuere Chius, Teus, Phocæa, Clazomeniæ. Dorum autem Rhodus, Cnidus, Halicarnassus, Phaselis. Æolum vero una Mitilene. Quæ civitates προσηύτας τῷ ἔμποριῳ αὐταὶ εἰσι αἱ παρῆχουσαι, præfectos Emporii ipsæ præbuerunt. Quod & hodie observatum a Batavis & Anglis comperimus, qui Consules, ut vocant, terris destinant, ubi mercaturam faciunt, ad suscipiendum patrocinium curamque suæ gentis, vel ad dijudicandas lites & dissidia, quæ nasci possint, cum longe superaverint gloriam, quam Græci & Phœnices navigationibus adepti sunt. Et de una Caryophili nostri Dissertatione est, ut arbitramur, dictum satis. Restat ut etiam ceteras breviter attingamus. In hæc quæ est de τῷ πᾶσι

five

sive Hyssopo, id agit Autor, ut demonstraret, Hyssopum esse vocem Ægyptiam, quam Hebræi sibi adoptarint: atque adeo pedibus it in sententiam R. Maimonidis, qui primus *Ezob* fecit arabice *Sbatar*, & *Origanum* explicavit, quem deinde secuti sunt R. Saadiaz, Aben Ezra, David Kimchi, & alii. Dissertatione tertia docere instituit doctissimus Caryophilus, קיקי idem esse ac *kiki* Ægyptiorum, cui respondeant *σιδακώπειον*, *κρότων* vel *ricinum*, apud Herodotum, Dioscoridem, & Plinium. Dissertatione quarta מנין ארבי esse Arabum *Mauz*, id est speciem quandam ficus racemolam, ostendit, Indicæ illi non abfimilem, quæ *bavarra* dicitur, ut referunt Autores horti Malabarici, & Garcias, & alii. Dissertatione quinta מנין ארבי *lilia* significare compluribus argumentis asserit, Sexta denique de icone Asclepiadis agit, quæ servatur in Musæo Principis Alexandri Albani, CLEMENSIS XI P. M. ex fratre nepotis. Cum plures fuerint Asclepiadz, neque in icone, quam adjecta tabula oculis lectorum exhibemus, præter **TAB. IV.** simplex Asclepiadis nomen quidquam litteris expressum sit, **Fig. 7.** ster demonstrare conatur, hanc iconem, præter quam nulla alia reperitur, esse Asclepiadis illius, qui omnium Asclepiadum celeberrimus fuit, puta Prusensis, præstantissimi Medici, Philosophi & Oratoris, qui floruit temporibus Pompeji Magni, & sectam Epicuri secutus, rejectis opinionibus Hippocratis, Archagathi, aliorumque, medicinam ad summam dignitatem evexit, tantique fuit nominis, ut maximis laudibus ornaretur a Cicerone, Celso, Scribonio, Seneca, Plinio, Sexto Empirico, & Apulejo. Hæc sunt, quæ de prima Parte Dissertationum Cl. Caryophili dicenda sumus arbitrati. Unum addimus, doctissimum F. Thomam Minorellum, ordinis Prædicatorum ac Bibliothecarium Casanatensem, Præfationem huic libro præmisisse; in qua extrema de iis quæ in posterum edere constituit Cl. Caryophilus, ita scribit: Si vitam „ducere longiorem ei continget, aliud opus leges, quo sequiorum „seculorum mercaturam ab iis temporibus, quibus barbaræ nationes suis irruptionibus Europam devastarunt, aliasque orbis terrarum partes, omnia miscentes, sacraque & humana fœdantes, „caudibus ac ruinis impleverunt, ad superiora & ad hæc nostra „tempora investigatum & examinatum perducet. **Uberiore**

„præterea tractatum leges, de herbis Bibliçis, cujus operis specimen in hoc libro ob oculos habes. Plura quæ ad eam rem pertinent, iam collegit: quæ ubi satis expenderit, ac judicio critico examinaverit, totum opus perficiet, illiusque editionem adornabit. Sic quod Samuel Bochartus meditatus fuerat, nec præstare promissa, morte præreptus, potuit, Autor noster præstabit.

BALTH. BRANCHII JC. OBSERVATIONES ad Jus Romanum, Vir Ill. LEIBNITIUS contra Vir. Cl. BARBEYRACCIUM vindicatus, & Disputationes due ad JULIUM PAULUM, L. 14 ff. de L. Corn. de falsis. Accedit Viri Ill. HECTORIS BERENGER, Baronis a BEAUFIN, JCr Arausionensis, Disputatio ad L. 40 ff. de Legat. I.

Lugduni Bat. apud Cunrad. Wishoff, 1721, 8.
Plag. 17.

e. I.

Observationes hæ Viri Cl. Balth. Branchii ad Jus Romanum decem absolvuntur capitibus. Nos autem, decimum caput intactum relinquentes Criticis, novem priora recitabimus. I. Occasione l. 22 C. de fidejuss. & mand. tentat Cl. Autor methodum aperire, qua cujusvis legis species facile detegatur; hanc enim Juris interpretes adhuc latere, credibile esse. Mutatur autem eam a Mathematicis: quibus curæ est, ut in tractando problemate ex verbis illius omnia statim pronunciata, quæ iis insunt, promant. Idem esse faciendum Jcto. Deinde ex omnibus illie pronunciatis fingendam speciem, & quum illa quadraverit in omnia legis pronuntiata, tunc eam veram futuram. *Periculum*, inquit Noster, *faciamus in l. 22*. Ex illa format quatuor pronunciata, & ex his ait emergere hanc speciem: Hermianus pro Seja intercessurus, Titio mandat, ut Sejæ credat X, quod factum est: sed (per errorem) scribit, se Titio daturum ultra hoc, quod Seja accepit v. g. XX. Seja a Titio accipit aliquid ultra primum mandatum Hermiani, forte xv. Rescribunt Impp. *Si ultra hoc, quod accepit Seja*

Seja, pro qua mandatario nomine intercessisti, daturum te scripsisti, Praeses provincia ex hoc, quod ultra mandatum tuum numeratum est, a te nihil exigi patietur. Pergit Noster: *Et sic Cujacii, ut & Basilicorum cum eo consentientium lapsus manifestus evadit.* Quod si ex pronunciatis, recte ex lege haustis, nulla con-
fingi species possit, indicium ait esse latentis in illa vitii. Amoenitas textuum postulat, ut, quid nobis videatur, statim addamus. Basilica utique plus ponunt in specie, quam erat in textu: *Si a te plus petatur, quam accepit Seja, vel quam ei numerari mandaveris, nihil a te exigatur, quod excedit.* Cujacius autem propius ad textum: mandavi, ut crederes X, facto hoc, promisi deinde per errorem, me tibi daturum XX. Sive igitur Titius dederit XV, sive XX, perinde est, utramque enim quantitatem scripseram per errorem. *L. 15 C. cod.* Et nihil de ea in textu. Ipsum vero studium imitandi hic Mathematicos, laudandum est. Cartesius *in regulis ad directionem ingenii*, 5, 6, 11, p. 13 seqq. II. Agnoscit Cl. Autor, Ulpianum in *L. 2 §. 2 ff. de hered. vend.* exprimere rationem decidendi, *magis est, ne veniat; quia alia hereditas est.* Ratio igitur dubitandi fuit, *quod non alia, sed eadem videatur hereditas, nempe paterna.* Ergo, infert idem, *pro certo habere debuit Ulpianus*, non id, quod est in ratione decidendi, sed dubitandi potius. Atqui similis ratio dubitandi rejicitur in *L. 1 ff. de rescind. vend.* ac toties alibi. Possit autem ita conveniri, ut etiam alia hæc hereditas veniat in venditionem, largitur Ulpianus: & facile potuisse hoc agi, si post delatam jam impuberis hereditatem (quæ alia erat) secuta demum sit venditio. Tunc enim venditor & suam partem hereditariam, & impuberis, simul & uno actu potuit vendere. III Sententiam Pomponii in *L. 45 ff. de usuris*, ita exponit Cl. Autor: virum vel uxorem in hac donatione haberi a Jcto pro m. f. possessore, quia non dixerit, *sicuti nec cujuslibet alterius b. f. possessoris.* Secundum rigorem juris ergo debuisset eum quidem respondere, donatarium, ceu m. f. possessorem, teneri omnes promiscue fructus restituere; sed pro æquitate solita elegisse sententiam mediam, relinquendo illi adhuc fructus industriales, non autem naturales. Fundari hæc æquitatem in hoc, quod conjuges propositum liberalitatis habuerint, etsi contra legem

c. 2.

c. 3.

gem id exercuerint illicite. Verba tamen illa, *sicut nec cuiuslibet b. f. possessoris*, uncis vel circulis esse includenda; quia sequentia respiciant tantum conjugem, cui donatum. Parenthesin autem istam ita supplet: *sicuti fructus naturales non cuiuslibet, etiam b. f. possessoris, fiunt*. Dari enim b. f. possessores, qui teneantur illos restituere; qui sc. possideant titulo heredis universali. De singularis breviter. Idem sensus est, five addas five demas τὸ alterius. Immo Basilica, ἐπεὶ δὴ μήτε ἀλλὰ καὶ τῆς πρὸς τοὺς νόμους. Et Pomponius disertè: sicut omnes b. f. possessores tenentur restituere fructus perceptos, quamvis eos suos fecerint; ita etiam conjux conjugii. Æquitatis vestigium non est in textu. Verba uncis inclusit pridem Charondas, eumque illustrat optime Galvanus c. 28 p. 375, 376. De hereditatis petitione legendus est idem, ac præterea Hier. de Oroz L. 4 c. 8. Mens autem Pomponii forte hæc fuit: pomum ex arbore donata decerptum, & fructus etiam industriales, non fieri conjugis per solam perceptionem, sed quia societas vitæ quodammodo dominum facit conjugem. Sicut igitur quilibet b. f. possessor suos facit fructus omnes, etiam ex re aliena perceptos, quia interim loco domini pene est, L. 48 pr. ff. de A. R. D. ita multo magis conjux ex re donata. Voluit autem Lex Romana matrimonium permanere in diem vitæ nostræ, & reliquit adeo conjugii donanti libertatem revocandi, si divortium sequatur vel repudium, ob mores conjugis alterius. L. 57 ff. de donat. int. V. & U. ubi in epistola uxoris ad maritum, *si per me meosque mores quid steterit, quo minus &c.* Plerique enim divertebant cum ira sui animi & offensa. L. 32 § 10 d. t. Accurate ergo loquendo, res non fiebant statim ejus, cui donabantur, sed si mors donatoris citra revocationem insecuta. L. 13 §. 1 b. L. 40 ff. de mort. caus. donat. & medio tempore dominium remanebat apud donantem. L. 11 pr. h. l. 5 C. eod. Intercedente enim divortio ob mores donatum erat pro non donato. L. 62 §. 1 h. l. L. 18 C. eod. Sin discederent cum bona gratia, & maritus adhuc uxori donatum vellet constanter, valuit donatio. L. 32 §. 10 b. IV. Dissensisse ait Vir Cl. Veteres Jctos, an ita donari possit mortis causa, *ut nullo casu revocetur?* Affirmasse, quibus m. f. donatio habebatur pro donatione propria & irrevocabili: Negasse, quibus habebatur pro legato, & revoca-

revocabili. His positis dissensisse etiam in hoc: quænam actio compeat donatori ad rem recuperandam, si m. c. ita donasset, ut jam nunc haberet donatarius, redderet autem donatori, cum convaluerit. Juxta Cassianos & consentientes eis Sabinianos, conditionem, quasi re non secuta, L. 35 §. 3 b. dominium enim, quod recesserit a donatore, non reverti ad eum ipso jure, et si convaluisset. Vindicare ergo illum non posse, sed tantum condicere. Proculerianos docuisse contra, actioni in rem esse locum. Coactoseos tamen concedere, dominium non transiisse nisi impleta conditione, & tunc illud retrahere ad tempus traditionis. L. 40 b. L. 19 §. ult. ff. de donat. ubi mentio Pegasi. Perspicuus hinc fieri duos textus, Ulpiani in L. 29. 30. b. & Marciani in L. 27 b. Ulpiani sententiam fuisse mediam. Marcianum autem in L. 27 b. voluisse refutare Marcellum in L. 13 §. 1 b. & Paulum in L. 35 §. 4 b. Justinianum sibi ipsi esse contrarium. Velle enim, ut m. c. donatio naturam legatorum indueret. §. 1 I. de donat. & posse tamen m. c. ita donari, ut nullo casu donantem pœnitere liceat, Nov. 87 c. 1, quam legem sibi in legando nemo possit dicere. Argute satis omnia. Justinianus tamen §. 1 I. de donat. non agit de omnibus donationibus m. c. sed de his, quæ conditionem involvunt. *Hæc*, inquit, *ævraus œj*, m. c. donationes per omnia fere (ἄεδὸν) legatis commiserantur. In Nov. 87 approbat sententiam Juliani. Julianus autem habetur pro Cassiano & Sabiniano: immo familiam istorum imprimis illustravit. Cum L. 1 ff. de donat. jungenda L. 2 ff. de mort. causa donat. ubi ex Juliano tres sunt species m. c. donationum, ibique notanda species secunda & tertia. In L. 13 §. 1 ff. de donat. m. c. notat Marcellus ad Julianum, posse donari m. c. ut nullo casu sit ejus repetitio, ne si convaluerit quidem donator. Hunc non refutat Julianus in L. 17 b. dum ait: donationes m. c. factas legatorum instar obtinere. Idem enim ait Paulus L. 17 b. Loquuntur autem de illis, de quibus §. 1 I. de donat. Similiter Marcianus in L. 27 b. non refutat Marcellum. Non enim negat Marcianus, posse etiam m. c. donari ita, ut statim vel non statim fiat accipientis; sed exprimit eundem casum duplicem, quem habet Marcellus L. 19 §. 1 b. tunc autem causa donandi magis est, quam m. c. donatio, imo inter vivos donatio. Generaliter Ulpianus L. 3 ff. de donat.

multum interesse inter causam donandi, & conditionem. Si causa fuit, cessat repetitio: si conditio, quæ non impleta, datur. Idem dixit Julianus *L. 2 §. ult. ff. de donat.* & parallelus is textui Ulpiani in *d. l. 3 de donat.* & Marcelli in *d. l. 13 §. 1 de m. c. donat.* Si m. c. donatio detur absque ulla libertate revocandi, resolvitur in donationem inter vivos, etsi eventus sit expectandus. Ulpianus autem in *L. 29, L. 30 d. m. c. donat.* non agit de hoc casu, sed de conditionali donatione m. c. Marcianus porro in *L. 27 b.* non refutat Paulum in *L. 35 b.* Nam Paulus agit de omnibus speciebus donationis, ac primo, inter vivos: & in *§. 3* non negat, posse etiam vindicari; etsi id non dixerint Cassiani. Sic Ulpianus provocat ad Pegasus *L. 19 §. ult. de donat.* agens de donatione ob rem vel causam, quæ secuta sit, facta. Pergit Paulus *L. 35 §. 4 b. nam & sic potest donari m. c. ut mortuo donatore, omni modo, vel plane non reddatur.* Iterum & sic potest: ut reddatur, etiamsi decesserit, si tamen, mutata voluntate, voluerit sibi restitui. Hic ergo est casus priori oppositus. Ultimus sequitur Pauli: sic quoque potest donari m. c. *ut nullo casu sit repetitio, ne si convaluerit quidem donator.* Atqui is est Marciani in *L. 27. b.* Vocatur tamen adhuc *mortis causa*, ob metum mortis ex præsentis periculo. Uterius Paulus *§. 6: Si convaluerit, posse eum condicere.* Sentitque cum Cassianis *§. 3,* nec potuit adeo refutari a Marciano in gratiam Cassianorum. Similiter de conditione Africanus in *L. 24 b.* Paulus tamen fatetur etiam *§. 7,* certis casibus m. c. donationem similem adhuc esse legatis. Papinianus autem *L. 42 §. 1 b.* non tam mortis causa, quam morientem donare, profundo sensu dixit, conformiterque cum Marciano, Paulo, aliis. Iterum Paulus in *L. 44 b.* dat locum conditioni, & loquitur cum Cassianis. Tum vero Marcellus habetur alibi pro Proculejano, *L. 10 C. de condit. indeb. L. 12 §. 5 ff. de usufr. & quemadm.* V. Censet Vir Cl. Tribonianum, vel alium sociorum, verba: *bestias autem - mansuetas?* ceuglossam intrusisse in *L. 1 §. 6 ff. de postulando.* sequentia enim plane respuere hanc glossam. Martialis 2, 75: *verbera securi solitus leo ferre magistri, Insertamque pati blandus in ora manum.* Plinius 26, 11 de certis agit succis herbarum, quibus ora feris confringerent, ne dente læderent contrectantes. Glossam autem hanc de cry-

no bestiarum sumptam ex *L. 1 §. 10 ff. si quadrupes*. Budæum confundere damnatos ad bestias, & datos ad pugnam cum bestiis. Scrupulum vero tolles, si verba, *bestias autem, - mansucta?* unci includas. In *L. 1 §. 10 ff. si quadr.* Ulpianus jam erat locutus de feritate bestiarum: frustra ergo denuo moneretur, eum agere de feritate naturali, & non de mansuefactis. Manilius lib IV: *Sit placidus licet & lambat digitosque pedesque, Si dolor & bilis, si iusta coegeris ira, Ursus erit.* Lex XII Tab. loquitur de eo, *si quadrupes non mota* (ita lego) *feritate nocuit*, puta *equus per se calcitrosus*, aut *bos cornu petere solitus*. Si autem leo mansuefactus, concitatus tamen & motus ab alia quadrupede, nocuit, cessat hæc actio contra illius dominum. Nocuit enim contra consuetudinem & naturam *d. L. 1 §. 4, 7, 8*. Cur non vero credas, glossam hanc potius sumptam ex *L. 1, L. 3 §. 2, L. 4, L. 5 ff. de A. R. D. vel L. 2 §. 14, 15 ff. de acquir. vel amitt. poss.* Budæus agit de damnatis primo, deinde de datis ad pugnam, citra damnationem. Adde Jul. Cæs. Bulenger. *de Venat. Circi & Amphitib. c. 30-33*. VI. Errare ait Julianum in *l. 10 §. 4 ff. de hered. petit* & Ulpianum in *L. 11 §. 1 L. 13 pr. ff. b.* dum verba Prætoris, quibus actionem dat etiam contra illum qui pro possessore possidet, acceperint de eo, qui absque ullo iusto titulo & nullo jure sciens possidet, qualis est prædo. Prætores loqui de bonorum possessore, sive herede Prætorio. Et hinc titulum possessionis edere, quod non facit prædo. *L. 11 C. eod.* Jctos non attenda persona Prætoris, deceptos suo more loquendi. Prætori autem usitatum hunc in interdicto, *Quorum bonorum*. Justinianum in Simillimum errorem incidisse *§. 3 I. de interd.* At si vera hæc, Julianus & Ulpianus etiam plurimis aliis textibus eodem modo errarunt. *L. 13 §. 1, L. 25 §. 17, L. 31 pr. b.* Nam Ulpiano prædo ubique est, qui pro possessore possidet. Et Paulo *L. 19 §. 2 b.* immo Proculo *L. 40 pr. b.* & Sabino *L. 36 §. 5 b.* qui diu vixerunt ante Julianum, & ante ipsum D. Hadrianum. Hic autem in nobili Scto *L. 20 §. 6 b.* conformiter cum iis. In *L. 11 C. de hered. petit.* postulant Imp. titulum a prædone, ut vel confitendo, se titulum nullum habere, vel mentiendo sese oneret. *L. 4 pr. ff. de interog. in jur. Prator* in interd. *Quor. bonor.* loquitur cum p. i. s. Jctis. Similiter Justinianus. Omnibus enim titulis hic *pro possessore* hæret, & quasi inunctus est. *L. 13 §. 1, 2, 3 seq. ff. de*

c. 7.

ff. de hered. petit. Et actor non ex eo meretur, quod possessor (prædo) occupavit, sed ex suo jure. *L. 1 §. 1 ff. si pars hered. VII.* Visum Nostro, repugnare juris rationi, quod partem pretii jam solutam perdat emtor, resoluta venditione. *L. 4 §. 1 & L. 6 pr. ff. de Lege Commiss.* Neque hanc mentem esse illorum textuum. In *l. 4 §. 1* ex Neratio declarari, pactum in specie præcessisse. Scævola autem in *L. 6* non exprimere pretium. Nihil tamen de pacto speciali hic videas. Neratii sententiam tunc habere locum ait Ulpianus, quando emtor *aliquam*, i. e. non notabilem & fructus adæquantem *partem pretii dedit.* Clarius rescripsit Severus *L. 16 de addict. in diem:* juncta *L. 2 C. de pact. int. empt. & vend.* Sicut apud emtorem ex re nil residet, *L. 5 b.* ita apud venditorem nil remanens *L. 17 §. 9 de act. emt.* VIII. Suspiciatur idem Justinianum §. 7 *l. quib. ex caus. manum. non lic.* supponere, quod Lex Ælia Sentia prohibuerit absolute, ne quis minor XX annis manumittat testamento; quia ipse hoc permittat demum majoribus XVII annis. Et libenter negaret prohibitionem istam, nisi obstarat *L. 3 ff. de manum. testam. L. 27 ff. d. tit. & L. 4 C. de testam. mil.* Legem Æliam Sentiam conceptam initio fuisse tantum de prohibita manumissione inter vivos, et si non disertis verbis, extensam autem postea etiam ad testamentariam. Ideoque male intrusam §. 4 *b.* mentionem *vindictæ.* Omitti a Theophilo, & emendari ab Hottomanno. Ulpianum *Tit. 1 §. 13* nominare eam solam, quæ sit cognita causa apud consilium. Extensionem ergo factam vel Scto aliquo, vel potius per imprudentem interpretationem: recedere enim a fine Legis Sentia, & testaturum non posse prius adire Consilium. Absurdum nihil fuisse in illa. Neque ejus intentionem omni casu prohibere testamentarium: sed ineptæ interpretationi tribuendum. Justinianum nondum vitasse §. 7 absurdum, *L. Æliz* exprobratum. Removisse id autem demum per *Nov. 119 c. 2.* Atqui ignorare non potuit iste, quid dicant Pomponius & Paulus & Imp. Alexander in textibus allatis. Adde *L. 2 §. 2, L. 6 ff. qui & a quib. manum. lib. non fiant, L. 5 C. qui manum. non poss.* Pomponio autem & Paulo & Imp. Alexandro num imputabimus extensionem imprudentem & ineptam? Theophilus, vindictæ rationem describit, quod fiat *ἐπὶ ἀρχορτος ἐκ κοιτίας.* Et *Tit. 5 §. 1: ἢ ἐπὶ ἀρχορτος, ὃ ἐστὶ βινδίατα, & §. 4: καὶ βινδίατα ἢ ἐπὶ ἀρχορτος*

c. 8.

ἄνθρωπος γινόμενῃ ἐλευθερία. Hotomanus *Tit. 6 §. 4* legit, *dicta*.
 Tit. 5 §. 1 autem, *vindicta*. Ulpianus *Tit. 1 §. 13* verbo *consilium*
 similiter loquitur de vindicta, quam nominat §. 12. Et adhuc ex-
 tat Tit. *de manum. vindicta* in ff. & C. Datio libertatum promi-
 scua fuit olim majoris momenti, quam dispositio de reliquis bonis.
 Gradatim mutavit Justinianus XX annos in XVII, ac tandem ac-
 quievit in XIV, odio scil. status servilis hominum Christianorum
 & fastus dominorum Ethnicorum. Libertatem esse dixit inestimabilem,
 etiam ex parte manumittentium, phrasi antiqua Pauli
 & Gaji, i. e. valde estimandam nec temere jactandam. *arg. L. 114*
§. 8 ff. de Legas. 1. Ante hunc Imp. tota familia servorum inter
 vivos donabatur libertate, si dominus non esset minor XX annis,
 & expers fraudis creditorum. In §. 4 mutat tantum numerum an-
 norum. Majores enim XVII annis libere vult donare libertatem,
 sicut olim majores XX, utroque tempore. In *Nov. 119 c. 2* autem
 loquitur tantum de testamentaria, ut ibi sufficiant etiam anni XIV.
 IX. Tractat Vir Cl. antinomiam inter *L. 5 §. 1 ff. de constit. pec. & c. 9.*
L. 8 ff. de judiciis. Recitat primum conciliationem Cujacio tenta-
 tam. Ab initio mentem suam exposuisse illum *lib. 13 observ. c. 17*
 & *lib. 3 Q. Q. Papiniani ad l. 39 §. 1 ff. de judic.* Postea ivisse in a-
 lia omnia in Comment. ad varios Tit. ff. & *ad L. 2 §. 3 ff. de judic.*
 Immo ipsum Cujacium rationes suas hic allatas refutasse ite-
 rum *d. c. 17*. Jam vero, quid sentiat Noster, aperit. Ulpianum
 duplicem casum *L. 5 §. 1 ff. de constit. pec.* ita evolvere, ut dicat, casu
 primo legatum omnino debere conveniri Romæ, etsi ibi sit lega-
 tionis causa; nec habere jus revocandi domum: quia quum jam
 esset ibi in legatione, constituisset, se Romæ soluturum; quod in
 provincia acceperat: aut si posset Romæ conveniri, habiturum
 tamen jus domum revocandi. Altero casu respondisse Ulpianum,
 in totum denegandam contra Legatum actionem de constituta.
 Sed verba hæc Ulpiani ita illustrat, ut emergat sensus: in totum
 quidem denegandam actionem, sed tantum in provincia; non au-
 tem Romæ, ubi sit locus solutioni definitus. Textum oppositum
 Gaji in *L. 8 de judic.* non esse Ulpiano contrarium; qua Gajus si-
 militer ut Ulpianus respondeat, legatum non cogi judicium pati,
 ubi constituerat, i. e. conveniri quidem posse in legatione de con-
 stituta,

stituta, sed h. b. re domum revocationem. Si hæc non placeat expositio, posse nos sequi aliam ipsius responsionem, ad *L. 5 §. 2 d. t. datam*. In fine admonet, inutiles esse omnes alias inspectiones, si legatus id egisset, ut tempore legationis solveret, tunc enim dari efficacem in eum actionem, nec per revocationem domum elidendam. Videamus singula. Cujacii mentem paulo aliter recensimus. Legenda ante omnia, quæ dixit *Tract. 3 ad Africanum, ad L. 3 ff. de legatione*. Deinde recitationes ad Varios tit. ff. & quidem ad *L. 1, L. 2 ff. de judic.* ubi succurrebat illi additio negativæ, *non*. Sed rejecit illam mox iterum duobus locis uniformiter, nimirum *lib. 13 observ. c. 17*, & in posterioribus recitationibus ad *Papiniani L. 39 §. 1 ff. de judic.* Neque adeo statuendum, eum in alia omnia ivisse postremo in recitationibus ad *L. 2 §. 3 ff. de judic.* Cum enim *lib. 13 Obs. c. 17*. & in *Papiniano* eam opinionem damnarit, defenderitque lectionem receptam, castigata utique jam satis fuit negativa ista, quæ occurrit ad *L. 2 ff. de judic.* & ultima Cujacii sententia alibi non erit querenda, quam in *Observ. c. 17*. Accedit, quod Cujacius etiam ad *d. L. 2* urgeat, quod urfit *Tract. 3 ad Afric. & Papinianum*, principem rationem hanc esse, an dictum sit nominatim, ut legationis tempore solveret. Laudo nunc, quod Nostro non placeat negativa ista, quæ neque est in textu Ulpiani, neque vestigium habet apud Græcos. In primo autem casu Ulpiani rectius omittamus domum revocationem. Attendi enim meretur hic geminatio Cujaciana: Si legatus Romæ constituit, *se Romæ soluturum*, quod in provincia accepit, conveniri (Romæ) debet. Sumpsit hanc geminationem e casu altero Ulpiani: Sed si non, cum Romæ esset, sed in provincia adhuc, constituit, *se Romæ soluturum*, denegatur in eum hæc actio. Hic vero plane abit Noster a mente Ulpiani & Cujacii, & oppositionem negligit. Aliud enim est, an legatus Romæ in legatione existens constituat, *se Romæ & adeo in legatione soluturum*; aliud autem, an ante legationem & adhuc in provincia constituat, *se Romæ soluturum*. Hic constitutio non fuit facta in tempus legationis obeundæ; sed simpliciter mentio fit Romæ: perinde enim est ac si dixisset, Romæ quidem solvam, sed non in legatione; quæ tamen præsto erat. Jam quoque in *L. 8 ff. de judic.* iterum discedit a verbis Gaji, dicens, legatum

legatum posse hoc casu in legatione conveniri; non quidem Romæ, sed in provincia; salvo jure domum revocandi. Neutrum horum in textu. Legatus eo tempore, quo in legatione est (Romæ,) constituit se soluturum, non autem constituit, *quamdiu est in legatione*, ἐφ' ὅσον ἐστὶν ἐν τῇ πρεσβείᾳ, soluturum. L. 2 §. 4 h. Eodem modo format hanc speciem Cujacius Obs. c. 17. Et sic in omnibus his casibus inquirendum est, an id actum sit secundum regulas interpretandi, ut tempore legationis solveret. Vindicias Ill. Leibnitii cum reliquis, proxime etiam recenset C. Wachtler.

LAURENTII TERRANEI PHIL. ET MED.

*Doct. Colleg. Taur. de Glandulis universim & speciatim
ad Urethram virilem novis, Tractatus.*

Lugdun, Bat. ex officina Boutesteniæ, 1721, 8.

Plag. 8½ & Tabb. xn. 2.

Viginti jam præterlapsi sunt anni, cum Clariss. Terraneus urethræ virilis glandulas a se primum visas, & in tabula delineatas, cum Joh. Jac. Mangeto communicavit, qui & eandem Theatri sui Anatomici Tomo II pag. 20 inseri curavit, Clarissimoque Morgagni occasionem suam super hoc inventum novum judicium suppeditandi præbuit, ut in Actis his Anno 1720 Mense Martio pag. 145 monuimus. Uberius vero nunc præsentem in tractatu circa has glandulas suam exponit sententiam, quam habentes nunc cum Lectore Benevolo communicabimus.

In quinque capita eum dispescit, in quorum I de glandulis disgregatis in genere, in II de glandulis disgregatis urethræ, in III de glandulis conglomeratis urethræ, in IV de glandularum urethræ conglomeratarum musculo, & in V de morbis glandularum urethræ, & speciatim de gonorrhœa agit. Ante omnia naturæ deprædicat providentiam, quæ non continuo amploque alveo humores in corporis canales cavitatesque infundi, sed per disgregatas glandulas placido motu destillari voluit, quoties vel canaliculorum parietes humectandi & obliuendi, vel contenta emollienda aut dissolvenda sunt. Glandulis his disgrega-

cap. I.

tis

tis peculiarem a conglobatis & conglomeratis assignat provinciam, quas Malpighius miliares, alii Anatomici vesiculares vocaverunt. Quemadmodum autem ad glandulas conglomeratas, ita etiam ad disgregatas non modo plura ac multiplicia vasa, quantum vitalitati, nutritioni ac secretioni est necessarium, distribuuntur, sed eo insuper artificio propagantur, ut, statim ac extimam superficiem attingunt, in multiplices primum ramulos dividantur, indeque admirabili quodam modo implicita & sibi millies occurrentia velut reticulatum opus constituent, innumeras maculas & mille continens retia, quo debitis ad muneris exigentiam circulationis motibus fluat, æquis partitus portionibus in singulas glandulas distribuatur sanguineus latex, nec non conservetur & promoveatur solutio generalis liquidorum & separatio liquidi aliquando in glandulis absque fermento; maxime vero ut liquoris secretionem & derivationem tum intrinseca tum extrinseca compressione sollicitent. Texturæ hæc reticulares in conglomeratis glandulosum viscus alte subeunt, excurruntque, rimulas omnes penetrando, intimeque subdivisiones visceris omnes amplectendo, cum ad disgregatas reticulariter quidem implicentur, sed in planum extensæ & membranulis colligatæ veluti propriam sibi tunicam adfiscant. Idem itaque est artificium in disgregatarum ac in conglomeratarum textibus vasculosis, licet dispositio plane diversa; ubi enim sibi invicem superaggestæ glandulæ agglomerantur, multiplices quoque super impositi invicem agglomerantur reticuli & ubi discontinuatæ in eodem locantur plano glandulæ, in planum quoque ipsi extenduntur vasculares reticuli. Quoniam igitur urethra non minus humectatione quam lævigatione, imo & præsidio & munimento contra acrimoniam opus habet, referta est hæc glandulis disgregatis, prostaticis in supplementum datis. Muliebri quidem urethræ ad proportionem brevitatis suæ satis patentes occurrunt ductuli a subjecto glanduloso corpore producti, non illi modo, quos Graaff & Anatomici alii hæctenus descriperunt, sed alii insuper, exigui licet, in ipsomet tamen urinario meatu satis aperti. Virilis autem urethra, utpote longior & officio præter urinæ excretionem digniori speciatim dicata, canaliculum & glandularum segete lætiori dotatur. Quodsi enim per lon-

cap. 2.

longitudinem urethram aperias, totam faciem ejusdem internam viscido fluore uliginosam, lubricamque, statim observabis, plurimis ac tenuissimis canaliculis hinc illinc micantibus totam pene refertam nullo negotio conspicias, detractaque interiori tunica nervea eidem subjecti, corporique urethrae spongioso altius insculpti, emergent orbiculi subrotundi; unde vascula excretoria praedicti canaliculi prodeunt liquorem seroso-viscidum tenui gutture fundentes. Verum non in omnibus urethris aequalem tubulorum & glandularum magnitudinem numerumque comperies; in aliquibus enim plures occurrunt, in aliis pauciores, sed majores. Variat etiam liquor ex canaliculis destillans; quandoque enim tanta hujus uliginis copia est, ut coenosa velut ac lutulenta compareat urethra. Licet etiam seroso-viscidiusculum sit & albescens liquidum, saepe tamen, quoad consistentiam, mox diffusile magis ad serosum, mox haerens magis ad mucilagineum; quoad colorem mox ad diaphanum, mox ad pallidum, mox ad subluteolum magis accedit, & multiplices varietates assumit, prout est liquorum, a quibus secedit, & glandularum atque canaliculorum, per quos secernitur ac fluit, major aut minor a naturali immutatio. Glandularum caeteroquin, saltem plerarumque magnitudo adeo exigua est, ut aegre conspici queant, substantia mollis & facile concidens, ut si paululum contrectentur, exinanitae colabantur, ac fere dispareant; figura ad orbicularem multum accedens; copiosiore namque liquore turgida quandoque in subrotundam tument, succi autem copia minori in lenticularem abeunt. Quoad structuram vesiculares utriculo constant membranoso tenui, exili cavitate praedito, qui sensim exilescent meatum producit, ac per nervosam urethrae tunicam transversum agit, figura conicum, cujus lateralis basis loco ipsa est glandula, apex in urethrae cavitate hiat. Glandulae disgregatae majores coadunatae potius quam vere conglomeratae esse videntur. Ad spongiosum illud, lividum & cerasi-forme corpusculum, spongiosae, qua constat urethra, substantiae principium, haud procul a prostaticis, parvae prostant glandulae conglomeratae, minoris fabricae communiter magnitudine, colore albido gratoque, figura oblongo-rotunda, quae tamen subinde variat, (superficie in-

quali; velut ex acinis plurimis tuberosa. Internae earum structura ex plurimis glandulosis pumicosisque acinis videtur constitui. Ab utriculi cujusque membranosa substantia, peculiari quadam ratione modificata in totidem lagunculas seu cavitates exstillat guttulis omni captu minoribus & ex cellulis in canaliculos excretorios peculiare liquidum, diaphanum quidem ac limpidum, viscidum tamen & tenax. Non differunt igitur hæ glandulæ ab aliis conglomeratis, nisi soliditate majori, quæ tamen non nisi a majoribus minoribusve spatiis glandulæ interceptis, adeoque a majori minori que loculorum ac intercapedinum copia ac ampliandine dependet. Porro insensiles plane canaliculi singulorum acinorum excretorii in unum alveum concurrentes canalis excretorii principium intra glandulam constituunt, qui unus utrinque, alter ab altera egreditur glandula, pellucidus & albumineo liquore turgidus, statimque egressus verius urethram inclinatur, mox sub ejusdem tunica longo aliquo tractu, trium scilicet transversorum digitorum longitudine, defertur, donec paulo supra medium urethræ finem fortitur, ubi leviter compressus ab angusto ostio visceri liquoris globulos velut crystallinos depromit. Nullis carunculis donatus est canalis, alias interim nactus est liquor resistens, & quidem partim in se ipso, propriam videlicet visciditatem, partim in canali, extemationem parietis & cavitatis suæ, canalis ascensum, obliquitatem, extremique intortionem, partim in glandula, minorem compressibilitatem, ut difficilius urgeri introrsum tota glandula singulique acini possint. Et quoniam hæ glandulæ magnam cum prostata virilibus convenientiam habent, haud injuria Astites conglomeratæ, seu prostaticæ minores vocari possunt. Præterea obtinent hæ glandulæ carnosos lacertulos, fibrasque musculares, qui naturali contractione, & compressione sua liquidum a glandula sensim exprimant, & per canalem urgeant: contractione vero superaddita liquidum glandulæ & canalis velut embolus in syringa impetose proficiant. Estque hic muscularis fasciculus portio musculi urethram constringentis. Qualem formam hæc, de quibus hæcenus locuti sumus, in diversis animalium generibus habeant, ex ipso libro Lector benevolus hauriet. Atque hæc de naturali statu urethræ dicta sufficiant; exposita vero eadem

cap. 3.

cap. 4.

dem est, æque ac quævis alia pars organica, infinitis malis, quæ Autor Clarissimus non solum recenset, sed ea potissimum rimatur præ reliquis, quæ recensitis glandulis propria sunt, ex quibus, qualem de Gonorrhœa fovet sententiam, paucis adhuc recensebimus. Cum triplicem Medici faciant gonorrhœam, primam, qua dormientes per insomnia, aut levi quavis occasione, semineo liquore, viri ac mulieres, frequentius aut fere continuo cum vel sine voluptatis sensu conspurcantur; secundam, qua catarrhi, quandoque etiam cum genitura aquosa & tenui permisti specie, assiduus molestusque contingit fluor; & tertiam, quæ ex lue venerea albidum vel subcitrinum virus, quandoque etiam purulentum, continuo nec sine dolore, præsertim inter mingendum, exstillat; ita in omnibus hisce speciebus affici glandulas urethræ nullus dubitat. Nimirum quoad primam legitimamque gonorrhœam, una cum vesicularum seminalium vitio illud etiam istarum glandularum conjungi putat, præternaturali pariter læsione ac naturali officio utrisque affini atque communi. Quoad secundam, par est ratio de glandulis urethræ ac de vaginalibus in fluore albo, illamque urethræ virilis, sicut hunc uteri coryzam appellare fas est. In tertiâ glandulas urethræ affici, imo morbi hujus sedem esse, exinde patet, quod facilius sit venerea miasmata viciniorem partem, puta glandulas urethræ, quam remotiorem, ut prostatas, ingredi. Atque hinc omnia atque singula deducit symptomata, quæ sædum hunc morbum comitari solent. Coronidis loco sex addidit Clarissimus Terraneus *Observationes Medicas & Anatomicas de glandularum urethræ morbis*, quarum 1) gonorrhœam simplicem in puero, 2) in puella, 3) stranguriam ab ulcere calloso urethræ, 4) gonorrhœam, ubi urethra præsertim ad productionem glandulosam prostaticam infra processum rostriformem carunculæ alterata fuit, 5) aliam ab inflammatione glandularum disgregatarum urethræ ortam, & 6) aneurisma sinistri canalis Adstium conglomeratarum sistit.

Explicatio Figurarum.

Figura 8 repræsentat vesicam urinariam & urethram inflammatam. A. Vesicæ urinariæ versus collum portio (reliquo Fig. 8. corpore ablato) inflammata, ac vas sanguineis plurimis variegata.

Kk 2

gata.

gata. B. Caruncula repetito cathetere lacerata. C. Adstitum conglomeratarum canalis dexter naturaliter constitutus. D. Vesicula ex sinistro Adstitum conglomeratarum canali occluso efformata. E. E. Prostatz in principio pubertatis & per expressionem multiplicem, inter micturitiones factam, exsuccz. F. F. Musculi ejaculatores. G. G. Urethra nonnihil inflammata. H. H. Corpus Glandis.

TAB. IV.
Fig. 9.

Figura 9 exhibet vesicam urinariam humanam una cum urethra virili, ablatis nervosis corporibus per longitudinem superiorem a glandis extremo ad usque vesicam diffusa, omnia naturali magnitudine picta. A. Vesica urinaria antierius e regione cervicis ad usque medium secta. a. Vesicz fundus. B. Cervix. CC. Ureteres. cc. Ureterum obliquus in vesicam ingressus. DD. Vasa deferentia. dd. Vasa ad vesiculas feminales excurrentia. EE. Vesiculae feminales. F. Urethrz principium. G. Caruncula seminalis cum duobus ostioliis ejaculatoriis. g. Carunculae acuta seu rostriformis productio. HH. Prostatz. II. Musculus statim infra Prostatum protuberantiam urethrz superextensus, seu Pseudo-Sphincter, utrinque revolutus. ii. Urethrz portio huic musculo subiecta. K. Tuberculum spongiosum urethrz appensum. L. Musculorum acceleratorum alter. MM. Adstites conglomeratz. mm. Earum ductus ad urethrz superficiem excurrentes. NN. Horum ductuum orificia suillam setam minorem ad glandulas usque admittentia. nnn. Minores ductus, parvaque orificia disgregatarum urethrz Glandularum. OO. Majores Glandularum disgregatarum ductus setulam excipientes. o. Ductus medius ad glandis osculum setulam tenuissimam admittens. PP. Nervosa urethrz tunica. pp. Tunica media spongiosa. QQ. Exterior fibrosa. RR. Glans per medium ad partem superiorem secta. rr. Glandis labella diviso urethrz osculo. S. Cavernula urethrz glandi subiecta.

EMANUELIS SWEDENBORGII, ASSES-
soris Collegii Metallici in Suecia, Miscellanea observata
circa res naturales & presertim circa minera-
lia, ignem & montium strata.

Lipsiz, 1722, in 8.

Plag. II Tab. an. 4.

Cum

CUM Cl. Autori constitutum sit rerum naturalium scientiam ulterius promovere atque ad usus vitæ humanæ transferre, laudandum omnino est institutum, quo observationes & experimenta colligit, in quibus unica spes incrementi scientiæ posita, hypothesebus aut gratis, aut per præcipitantiam confectis obicem ponentibus. Observationes, quas nunc publici juris facit, miscellaneas in tres partes digessit. Quæ parte prima continentur, agunt de montium diversitate in Suecia, de vegetabilibus petrificatis *Leodis*, de stratis ex conchilibus *Aquisgrani*, de stratis durioribus saxo communi griseo constantibus, de stratis inclinantibus, de stratorum separatione, ordine & diversitate, de marga saxatili, vulgo *Margenslein* dicta, de crustis circularibus in quibusdam saxis, deque nucleis montanis, de subsidentia marium versus septentrionem, de thermarum origine, calore & sale. Neque vero nudum observatorem agit, verum etiam de montium in Suecia origine, de stratorum ex saxo griseo constantium ortu, de causis obliquationis stratorum, de causis varietatum in stratis, de materia primæve Telluris, quam aquam fuisse conjicit, aliisque argumentis disquirat. Montes in Suecia congestos esse perhibet ex diversis argillarum, arenarum, saxorum scissilium aliarumque complurium specierum stratis, eosdem in longitudinem trium usque ad decem miliarium longitudinem excurrere, ad quartam atque dimidiam unius miliaris partem secundum latitudinem extendi. Dorsa plerorumque a septentrione versus austrum tendere & obliqua ut plurimum latera habere, quamvis minus obliqui sint, qui arenis, quam qui saxis majoribus consistunt. Concludit inde, montium illorum originem ab inundationibus petendam esse. Multa hic occurrunt notatu digna, sed quæ singula recenseri prolixitas prohibet.

Parte II extant observationes de vitrificatione & particulis in vitrum transeuntibus, de emollificatione duriorum & de origine ætitarum, belemnitarum &c. de influxu liquidorum ut aquæ & ignis in corpora dura, de frigefactione durorum, de commodiori caminorum constructione in Suecia, de furnis ventilatoriis, sive attractivis, de causis fumationis in cubiculis, de coctione salis ex aqua marina circa litora quædam Suecicæ, de faciliore sanguinis circula-

circulatione per ramificationes minimas arteriarum, quam per truncos. Inspersit hinc inde alia non inutilia. Novam exhibet camini constructionem, qui plus calefaciat, quam usitati, novum mechanisimum antliae pneumaticae ope Mercurii, modum cognoscendi singula pondera metallorum mixtorum ex praevia libratione massae in aqua & aere, *Vitrum*, quod vocat, *Archimedeum* seu instrumentum cognoscendi mixturas metallorum mechanice & sine calculo, rationes quasdam de impossibilitate transmutandi metalla & praecipue in aurum. Nos speciminis loco speciatim commemoramus, quae majorem in vita praefertim utilitatem habent. Ad constructionem caminorum commendentur regulas sequentes: 1. Caminum conspicere debere centrum cubiculi, hoc est, ut radii e medio foco tendant ad centrum cubiculi: 2. minorem foci profunditatem omnium maxime commendari, quae regula in Suecia locum habet, ubi ligna perpendiculariter eriguntur, apud nos enim & alibi locorum, ubi situm obtinent foco parallelum, nulla ejus profunditas: 3. caminos eo commodiores esse, quo latiores antrosum fieri possint; & 4. quo altiores construuntur. Ipsa camini descriptio his verbis continetur: 1. D focus est, factus secundum regulas praedictas, rotundae formae, vel quadratae. 2. Caminus constructus ex lapide lateritio, 3. Murus intus cavus, & 4. in b apertura parva, scilicet $\frac{2}{3}$ pedum lata, quae in cavitatem interiorum hiat. 5. Cavitas ista tres vel quatuor habet divisiones horizontales aut perpendiculares, ut hi, lk &c. ubi tanquam septimento cavitas distinguitur, scilicet uno lapide lateritio, adeo ut calor circulari queat a b versus i & inde ulterius versus k, exiturus superne in fornacis aperturam pariter ut fumus. 6. Si cavitatem hanc ulterius in m, n vel p, q &c. continuare velis, structura erit melior. 7. Si etiam ad e aperturam facere volueris, quae ducta sit a regione aeris exteriori, ventilatio quaedam inde institui potest. Solent autem in Suecia camini igne extincto ocludi. Optimum pro fumo avertendo remedium esse censet, si juxta s sit aliqua apertura, in eadem linea horizontali circum circa, sed ut apertura vergat versus interiora camini, ducta per canalem a loco quodam aeris exteriori & extincto igne ope parvulae lamellae occidenda. Fig. II. Antliae structura talis est. A est orbis orichalocus, qualis in communi-

TAB. IV.
Fig. 10.

Fig. II.

munibus antiis pneumaticis adhibetur. B est vitrum recipiens: c & d sunt duæ aperturæ valvulis instructæ, per quarum primam aer ex recipiente egreditur, per alteram vero foras ejicitur. Eadem afferruminatum vas conicum ferreum E, ejus amplitudinis, ut binas aperturas c & d capiat. Tubus f ex corio, tubulus vero g g admodum exilis ex ferro compositus. Per ejus aperturam in immittitur Mercurius, donec repleat tubum coriaceum f & aliquam vasis conici E partem. Quod si tubulus g attollitur, Mercurius in vase E ascendens aerem per aperturam D egredi cogit: si rursus infra 28 pollicum altitudinem tubulus g deprimitur, Mercurius in vase E descendit, aere ex Recipiente per aperturam c prorumpente ac locum derelictum occupante. In z foramen est, quo ope cochleæ adaptato aer in vas recipiens E rursus immittitur. Monet inventor, quo altius submittatur canalis f, eo plus aeris attrahi: 2 exantlato aere opus esse, ut submittatur canalis infra 28 pollices: 3 in fine levandum esse canalem usque ad d, quod appareat, si per d aliqua guttæ Mercurii exiliant: 4 cavendum esse, ne Mercurius exantlando descendat infra conum ferreum E & spatium in coriaceo f evacuetur, ne corium comprimitur & exantlatio ulterior impediatur. Vitri Archimedæi constructio hæc est: A est vitrum capacius, cui tubus AM æqualis amplitudinis cohæret. Cavitas A aqua vel vino, vel alio liquore colorato usque ad pp repleatur. Immittantur quatuor semunciarum metalli, v. gr. stanni, & notetur, quousque aqua in canali AM asurgat. Sit e. gr. terminus in k. Dividatur altitudo pk in quatuor partes æquales ki, ih, hg, gp, quarum unaquæque uni semunciarum respondet. Fiat idem cum alio metallo, v. g. quatuor semunciis cupri, quarum singulis respondere deprehenduntur portiones æquales pa, ab, bc, cd. Jungantur puncta divisionum transversis kd, ic, hb, ga. Dividatur fg in quatuor partes æquales, rh in octo, hi in 12, & superior pars a d usque ad k in 16 per parallelas. Ita vitrum erit confectum. Usus ejus est, ubi explorare volueris, quota pars sit cupri, quota stanni in massa ex cupro & stanno mixta. Cavitate nimirum A fluido quodam repleta, examinetur pondus mixti in aere, quod sit e. gr. 2 semunciarum, & per tubum AM fluido immittatur, noteturque, ad quam divisionem inter rh idem ascen-

TAB. IV.
Fig. 12.

dat. Si esset purum cuprum, ascenderet fluidum usque ad r, si purum stannum, usque ad h : sed quia mixtum, usque ad z. Quot lineæ supra z sunt, tot continet mixtum drachmas cupri, quot infra sunt, tot drachmas stanni, nempe in hoc casu tres drachmas cupri, quinque stanni.

Parte tertia exhibentur observationes de nova germinatione aquæ puræ in glaciem conversæ, de vi ingentibusque motu bullarum, præsertim minorum, de materia subtili, quæ fluit inter particulas aquæ, & circa opinionem de igne centrali. Conduntur hypotheses de particularum elementarium figura & diversa magnitudine, de undulatione & tremulatione particularum bullarium, quales elementares fingit, de figura particularum ignis & aeris, de mechanismo particularum bullarium, de centripetentia corporum graviorum in elementis particularum bullarium, de causa phosphori & ignis fatui & de augmento & gradibus caloris in corporibus secundum hypothesin bullarem. Quæ in hac parte traduntur, omnia eo tendunt, ut hypothesin stabiliatur, qua elementa ex bullulis constare finguntur; cui indulgere Cl. Autorem, ex ipsius Prodro-mo principiorum rerum naturalium jam patet, de quo diximus mensè Februario hujus anni.

METHODUS NOVA INVENIENDI LONGI-

gitudines locorum terra marique ope Lunæ.

Amstelodami, apud Joannem Oosterwyk, 1721, 8.

Plag. 3½. Tabb. zn. 2.

Autor hujus methodi est idem, quem modo laudavimus, Vir amplissimus, *Emanuel Swadenborgius*, cujus cetera scripta jam alibi, ut par erat, commendavimus. De ea prædicat, quod 1 locus lunæ apparens levi observatione & vel solo intuitu haberi queat, 2 verus per solutionem unius trianguli rectanguli, 3 absque notitia latitudinis, 4 parallaxis per solam observationem altitudinis & unius trianguli solutionem: quod 5 observatio qualibet nocte quater aut sexies immo pluries repeti possit, 6 ope instrumentorum nautis usitatorum; quod 7 speciem & accommoda habeat eclipsationis

Luna

Tab. & denique 8 ephemerides ad facilitandas operas observan-
tiam facile construuntur. Ut de methodo judicare queant intelli-
gentes, eam integram, reteneis ut plurimum ipsius Autoris verbis,
huc transcribere duximus. Observandum est tempus, quando Luna
cum duabus stellis fixis notæ longitudinis, in eadem linea apparet.

Quodsi binæ stellæ d & e fuerint ejusdem longitudinis sed lati-
tudinis diversæ, erit summa vel differentia latitudinum d e di-
stantia earundem, cumque Lunæ eadem sit longitudo visa, quæ
fixarum, locus ejus apparens ex catalogo fixarum habetur, qui
ut ad verum reducatur, parallaxis investigatur vel per altitudi-
nes Lunæ atque fixarum, vel per unam distantiam & duas alti-
tudines, vel per unam altitudinem & unius anguli observatio-
nem, vel ex nuda inspectione obliquitatis stellarum. Nimi-
rum I datis Lunæ & fixarum altitudinibus i) ke, hd, dantur ea-
rundem complementa fe & fd: unde ex tribus lateribus fe, ed, df
invenitur angulus d & ex hoc angulo d atque lateribus)f & fd
angulus subparallacticus, quem Autor vocat, f) d, tandemque in
triangulo parallactico a) b ex angulo) , recto b & parallaxi alti-
tudinis a) longitudinis Parallaxis a b. 2 Ex observata distantia)d
& altitudinibus i) & dh in triangulo fd) invenitur angulus) &
hinc porro in triangulo a) b parallaxis longitudinis. 3 Si altitu-
do Lunæ i) & angulus f) d observetur, inde porro ut ante in tri-
angulo a) b parallaxis longitudinis a b eruitur. 4 Si stellæ d & e
sint verticaliter sitæ, ut circulus altitudinis transeat per utriusque
contra, Luna erit in nonagesimo adeoque parallaxi in longitudi-
nem carebit. Si ad dextrum vel ad sinistram declinent stellæ ut
bd, præter propter nudis oculis observari potest obliquitas, quoque
magis in obliquum cadunt, eo major parallaxis, sed quo minus, eo
minor. Si dextrorsum cadunt stellæ, demenda est parallaxis, si
vero sinistrorsum, addenda est. Adeo ut ex sola inspectione pa-
teat magnitudo parallaxeos & fere quantum auferendum, vel ad-
dendum sit. Quodsi stellæ a & e tam longitudine, quam latitu-
dine differant, computanda est 1 earum distantia a e, 2 distantia
ab ecliptica a d & d e, 3 angulus) a m itemque alter z d e ex datis
longitudinibus & latitudinibus stellarum. His datis parallaxi
longitudinis investigatur vel 1 per) & fixarum altitudi-
ne, vel 2 facilius per unam distantiam & duas altitudines,
vel

TAB. IV.

Fig. 13.

Fig. 14.

vel 3 adhuc facilius per unam altitudinem & unius anguli observationem, vel 4 adhuc facilius ex nuda inspectione obliquitatis stellarum. Nimirum 1 datis altitudinibus gD , fe & ha , ex complementis le & la una cum distantia a e invenitur angulus lae ; ex angulo lae & complementis la & lD angulus lDa ; tandemque ex angulo bD d , angulo bde & parallaxi altitudinis bD parallaxis longitudinis bd . 2 Datis altitudinibus ah & Dg una cum distantia Da per observationem in triangulo laD investigatur angulus lDa , unde ut ante eruitur parallaxis longitudinis bd . 3 Quodsi altitudo Lunæ Dg & angulus subparallacticus lDa instrumento *Heveliano* vel *Ricciani* observetur, in triangulo bDd statim invenitur ut ante parallaxis longitudinis bd . 4 Cum notus est angulus, quem facit arcus inter stellas interceptus a e & angulus quo is eclipticam in d secat, habetur etiam illius differentia a recto. Si sit 10, vel 20, vel 30 graduum, e. gr. 30, cum par illud declinat 30 gradibus, punctum d est in nonagesimo & Luna parallaxi longitudinis caret: sed quo magis declinat a 30 gradibus versus sinistram vel dextram, eo major evadit parallaxis. Quod ex angulo dato nuda inspectione aliquo modo videri potest, ut & num adjicienda sit parallaxis, an auferenda. In hoc igitur stellarum situ non opus est notitia loci apparentis Lunæ, sed tantum puncti Zodiaci d , quæ datur ex nota latitudine & longitudine stellarum. Si paria sint electa, vel 10, vel 50, labore bidui ab astronomo haberi potest notitia distantie stellarum a e, distantie ab ecliptica a d, punctum & angulus sectionis in ecliptica d & c. quibus datis non difficile est in notitiam reliquorum sine tædiofa parallaxeos cujusdam calculatione vel latitudinis venire. Monet Cl. Autor, ut methodus praxi respondeat, ex tabulis aliquot parium stellarum, quæ cum Luna noctu conspicuæ sunt, distantias & angulos prædictos & Lunæ ad earum circulos appulsum computari debere, quæ ad meridianum loci sui applicata & cum meridiano observatoris collata differentiam dant temporis & consequenter differentiam longitudinum viz versus orientem aut occidentem. Istiusmodi enim ephemerides ad integros annos confectas usibus inservire posse navigantibus. Præmittit se proxime daturum observationes quasdam longitudinum secundum hanc methodum & specimen Ephemeridem in usum observatorum, nec non modum indagandi hæc methodo differentias longitudinum absque temporis notitia.

Sub-

Subjungit Cl. Autor artificia nova mechanica construendi receptacula navalia & aggeres aquaticos. Primo describitur constructio nova cujusdam receptaculi navalis pro reficiendis navigiis in portibus, ad quos nullus æstus marinus alluit, ad imitationem eorum quæ in Anglia & alibi excitantur, ubi fluxus & refluxus maris est. Opus hoc frustra in Dania tentatum jussu Regis Sueciæ *Caroli XII* A. 1716 aggressus est *Christoph. Polhemius* Architectus insignis, socia opera usus *Scheldoni* Architecti navalis & *Swedenborgii*, qui ejus descriptionem exhibet. Secundo loco comparet nova constructio aggeris sive moliminis aquatici, sistendis fluminibus & torrentibus inservientis, cum novo artificio, ut quo plus, altius & vehementius aqua infurgat, eo firmior & fixior fiet & simul opus minoris impensæ & longioris durationis sit. Inventum est hoc aggeris genus a modo laudato Architecto *Christophoro Polhemio* & in flumine quodam 30 pedum alto & 100 ad 120 lato ad vicum *Lyckeby*, non procul ab urbe *Carls-Crone*, ante 8 annos extractum, operi jussu Regis assistente Autore. Rei tam utilis descriptionem integram ipsis Cl. Autoris verbis hic apponimus. Constructur, inquit, 1 agger a solis asseribus, infra vero sunt trabes, quibus innititur & fulcitur hoc stratum asserculare. 2. Pes sive fundamentum est murus lapideus non altius existans a fundo, quam ut planum horizontale ad obliquitatem fundi formari possit. Super hunc murum extruitur deinde agger ligneus, 3 Trabes & ligna, quibus innititur & fulcitur stratum obliquum asserculare, distant 4 vel 5 pedum intervallo; trabes aliz sunt perpendiculares, aliz horizontales, aliz obliquæ, adeo ut tres simul triangulum forment, cujus unum latus sive perpendiculare est dimidium lateris horizontalis vel baseos. Talia triangula formantur ad distantiam 4 vel 5 pedum. 4 Super hæc imponitur stratum ex asseribus, & asseres illa, qua fieri possit, exactitudine invicem junguntur. 5 Obliquitas erit circiter 35 pedum. 6. In summitate est etiam planum horizontale. Unde constructur agger tantum cum triangulis quibusdam invicem ad 4 vel 5 pedum distantiam remotis, quæ loco fulcrorum sunt, quorum basis est duplo major perpendiculo, & super hæc stratum asserculare, quod superius umbit aqua & alto rapidoque torrente desuper præceps labitur.

TAB. IV.
Fig. 15.

Tandem proponit Cl. Autor modum mechanicæ explorandi virtutes & qualitates diverſi generis & constructionis navigiorum, nimirum 1 quoad curſum, 2 quoad pondera, quibus onerantur, 3 quoad malorum ſitum, 4 quoad vela, 5 quoad ventos, 6 quoad fluxum & refluxum maris in alveis fluminum. Methodus Autoris tantummodo infervit in ideis navigiorum materialibus, quas *modelles navium* vocat. Scilicet AB eſt canalis longitudine 6 vel 8 ulnarum, profunditate unius vel 2 pedum & latitudine unius ulnæ. Ad eundem affixus incurvatus ſtipes cum cochlea h, qui ita factus, ut ad m elevari, ad n deprimi poſſit, prout uſus poſtulat. Super cochlea h tranſit funiculus cum pondere i, altero ſui extremo navigii malo e alligatus, quando curſus ejus examinandus, vel ſucceſſive in e, in k, in c, in d, ubi vis unius veli ad vim alterius comparanda, vel etiam in g aut f, ubi malorum ſitus explorandus. Vires ventorum diverſa repræſentantur per variatum pondus i.

M. TULLII CICERONIS EPISTOLARUM
ad diverſos (Familiares vulgo vocant) Libri XVI. CHRISTOPHORUS CELLARIUS recensuit & Adnotationibus illustravit, indicesque plures adjecit. *Que omnia hac tertia editione aucta ſunt multum & emendata ſtudio GOTTIEB*
CORTII

Lipſiæ, apud Jo. Fr. Gleditſchii B. Filium, 1722, 8.
Alph. 2 plag. 12.

Quæ Cl. Cellarius olim præſtiterit in editione ſua harum Epistolarum, ea ex iis, quæ A. 1698 Menſ. Aug. p. 372 in his Actis, dicta ſunt, diſcere licet. De ſecunda editione nihil diximus, utpote cui nihil novi acceſſerat. Tertiam vero hanc prætermittere tacitam non potuimus, quandoquidem tot additamentis doctiſſimis aucta eſt per Cl. Cortium, Collegam noſtrum, ut Cellarii ſæpe opera, ſi Hiſtorica exoſperia, plane obſcurata ſit. Et primo quidem contactum Ciceronis ad Viſconti editionem optimam diligenti-

ligentissime castigavit, cum Cellarius sine nullo Cl. Grævii amore, sive studio puerorum vulgares sæpe lectiones & conjecturas incertas arripuisset. Sic p. 38 *non modo* restituit, cum Cellarius ~~dedisset non modo non~~, cum alterum illud hoc significet. Pag. 47 *par pro pari referta* rescripsit ex optimis Codd. & p. 68 *tui unius studio*, quod contra Gronovium pluribus defendit, & p. 91 *contra*, cum ab eo, cum Grævius coniecisset *ad eum*, quod non accedit ad alterius elegantiam: & alia talia longe plurima. Interdum etiam conjecturis agit rem suam, ut p. 73, ubi pro *que maximis in rebus reip. geruntur sese malle profiteretur* » *maximis in rebus publicis*, & p. 131 ubi optima sententia pro vulgato *callidius* reposuit *calidus*, & alibi aliquoties, quas tamen semper pluribus exemplis confirmat. Deinde sensum verborum singulari studio semper ita eruit, ut figuras istas ab antiquissimis interpretibus cum commodo litterarum usitatas, Syllepsin puta, Hypozeuxia, Macrologiam, Hypallagen & reliquas curatius designet, & rationes simul addat, cur ex hac vel illa structura hic vel ille sensus provenire debeat. Quod institutum tam huic, quam reliquis etiam scriptoribus adeoque omni interpretationi valde proficuum esse, nemo facile negaverit. Sic p. 2 quid sit *regis causa velle*, p. 63 *Hæc negotia*, p. 109 *commodare cui*, p. 76 *evenire in litteras exposuit*, & si plura cupis, ex adjecto Indice Adnotationum latius discere poteris. Qua via dum procedit, sæpe Cellarii aliorumque interpretationes emendandi copia illi data est, ut p. 45 *de populo desipiente senectute*, p. 65 *de novitate temporum factum* est. Denique nec mores antiquos institutaque Romanorum indicare, si ad intellectum facerent, neglexit; qualia sunt, quæ de *lege Alimentaria* p. 396, de *Caminiis* p. 336, de *Edicto Præsidum in provinciis* p. 729 de *Magistris auctianum & publicanorum* p. 659 & 677, de *Nundinis Romanis* p. 834, de *Osculis oculorum* p. 855 protulit. Ex quibus solis jam apparet, quantum huic editioni accesserit. Nos interim de primo hoc specimine Cl. Editori gratulamur, utque Sallustii sui, cum MSS. optimis col'ati, notisque doctissimis illustrati, editionem, quam parat, brevi feliciter absolvat, precamur.

Das Leben der Gelehrten etc.

i. e.

VITÆ ERUDITORUM AB INITIO ANNI
 MDCC XIX. in Germania denasorum. Pars V, VI,
 VII, IIX, cum Supplemento &
 Indicibus.

Quedlinburgi, impensis Autoris, 1721, 8.

Alph. I plag. 5 $\frac{1}{2}$

Quem scopum sibi propositum habuerit in edenda hac Biographia clarissimus D. Christianus Polycarpus Leporius. Anno superiori mense Februario pag. 96 priores ejus Partes recensentes, monuimus. Nec defuerunt ex Literatorum choro, qui interim fati cedentes Autori novam elogia concinnandi materiam præbuerunt. Sunt ii sequentes: M. Joh. Heinr. Thamer, Superint. Hilpershus. D. Joh. Braschius, Med. Lubec. D. Joh. Aug. Stempel, Superint. Coburg. D. Andreas Christoph. Rösner, Facult. Jurid. Assessor Lips. D. Hieron. Pantou, Theol. Prof. Publ. Erfurt. D. Andreas-Julius Bötticher, Med. Prof. Publ. Helmst. Sebast. Schramm, Archi-Diac. Isenac. D. Engelbertus von der Berg, Consiliarius intimus Isenac. & Facult. Jurid. Lips. Assessor, M. Matthias Georg. Schröder, Joh. Boffeck, Pastor Gautschensis, Henricus Coccejus, Consiliarius intimus & Antecessor Francof. M. Godofr. Gunther Schulze, Archi-Diac. Francohus. D. Bernhard Ludov. Mollenbecius, Consiliar. intimus & Prof. Publ. Giessenf. Andreas Gœtschius, Professor Juris Extraord. Halenf. Joh. Sigisf. Coburgerus, Inspector & Pastor Voitsberg. Godofr. Grævius, Jctus & Consul Lips. Joh. Frider. Treiber, Rector emeritus Arnstattenf. M. Ant. Guern. Cuno, Rector Magdeb. M. Conr. Dunkelberg, Rector Nordhus. M. Joh. Hoffmannus, Rector Francohus. D. Joh. Christoph. Schacherus, Jctus & Professor Lips. D. Esaias Waldmann, alias Geyger vocatus, Archiater Casselens. & Physicus Smalcald. D. Joh. Henr. Scherffius, Archiater, Physicus & Professor Physices Geranus; D. Lucas Schröderus, Superintend. Sundenf. D. Joh. Godofr. Carsteta, Medicus Lubecensis, Joh. Christian,

Christianus Neu, Histor. Eloqv. & Poet. Prof. Tubingensis, D. Bernh. Mattfeld, Jctus & Consul Hamburg. M. Dav. Sigism. Büttner, Diaconus Querf. Joh. Joach. Schöpffer, Jctus & Confiliar. Megapol. D. Godofr. Benjamin Preuß, Medicus Uratislav. D. Petrus de Mascau, Jctus, & Profess. Gryphiswald. M. Petrus Michaelis, Pastor Demmin. D. Joh. Godofr. Borgehl, Physicus Lubec. M. Joh. Godofr. Laue, Pastor Ditsfurtenfis, D. Christian. Schumann, Physicus & Consul Annæmont. M. Joh. Tobias Rauschelbach, Diacon. Altenb. D. Andr. Jacobæus, Physicus Pirnenf. Nathan. Gottlieb Splishusen, Pater alter, Superint. alter Filius, Concionator Aulicus Coethensf. Georg. Christoph. Ferdinand. a Røsewitz, alias Pessel, Confiliarius Brunsvic. D. Joh. Lucas Rhiemius, Archiater Coburgensis, Paulus Bilzing, Pastor Winckelenf. D. Georgius Fried. Æplinius, Archiater Servedanus, D. Joh. Christoph. Pfaff, Superint. Tubing. Samuel von Koenigsdorff, Confiliarius Cæsareus, Proto-Syndicus & Deputatus ad Conventus publicos Uratislav. D. Joh. Rudolph. Cademannus, Superint. Geranus, Augustus Carpzovius, Confiliarius Lencopetrenf. D. Joh. Dornfeld, Superint. Lips. Joh. Justus Bode, Secretarius, Mathematicus & Metaph. Professor Coburgensf. D. Godofr. Dav. Mayer, Medicus Uratislav. Gottlieb Milichius, Confiliarius Cæsareus & Secretarius Swidnicensf. M. Caspar Fiedler, Archi-Diac. Rochliciensf. *Legenda hic simul exhibentur non parum jucunda: quandoquidem Clar. Autor subinde Catalogum Medicorum Theologorum, Medicorum item ante quadragesimum annum demortuorum, continuat, Theologorum studio Joris celebrium, Juris Consultorum Theologorum pertexit, Viros Clarissimos nominat, qui studia mutarunt; qui rumore falso supremum diem obiisse fuerunt traditi; qui in Rectoratu Academiarum fuerunt mortui; qui extra patriam supremum obierunt diem, qui autodidacti extiterunt; qui Professionem Juris per femiseculum ornarunt; Physicos Lubecenses & Scholarum Rectores emeritos recenset; an febris miliaris veteribus cognita & quo tempore Notaribus familiaris facta fuerit, dilquirit; variasque de principio juris naturæ sententias allegat. Sicque in VIII hinc partibus septuaginta quatuor Literarum Germanorum vitas descripsit*
Noster,

Noster, quem laborem strenue se continuaturum pollicetur, modo suppetitz ipsi ferantur a demortuorum cognatis.

ΜΑΤΘΑΙΟΥ ΤΟΥ ΚΑΜΑΡΙΩΤΟΥ

λόγοι δύο.

h. e.

MATTHÆI CAMARIOTÆ ORATIONES
II in Plethonem de Fato. Ex Bibliotheca publica Lugdu-
no-Batava nunc primum edidit & Latine reddidit HER-
MANNUS SAMUEL REIMARUS, Hambur-
gensis. Prefationem, in qua de Camariota traditur no-
titia, præmisit Vir Celeb. JO. ALB. FA-
BRICIUS.

Lugd. Bat. apud Conr. Wishoff, 1721, 8.
Plag. 15 cum dimid.

Matthæus Camariota, patria Thessalouicensis, qui circa an-
num 1430 ac deinceps Constantinopoli clarus fuit, inter
varia scripta, ex quibus sola *Lamentatio de capta a Turcis CPoli*
adhuc typis evulgata est, reliquit etiam refutationem *Gemisti Ple-
thonis libelli de Fato*. Eam nunc primum doctissimus Reimarus
ex MS. edidit, & versione Latina ornavit, meritis propterea Cele-
berrimo Fabricio laudibus ornatus. Nam sive eloquentiam Ca-
mariotæ spectes, quæ pro captu illorum temporum satis elegans
est, sive ipsum argumentum, quod omni tempore fuit vexatissi-
mum, sive denique augmentum rei litterariæ, quod per vindica-
tum ab interitu librum capere potest: gratulaberis studio Cl.
Reimari, quo publice eruditos sibi obligare voluit. Habet qui-
dem Matthæus noster sua etiam vitia, nisi ordini ejus potius aut
tempori assignare volueris. Stili enim vehementia & atrocitas,
atque per tot ambages præcipitata oratio communis illi est cum
maxima parte veterum Theologorum; & quas Impuritates sili
in eo observabis, illis nemo eorum liber fuit, qui tunc temporis
Græce scire & scribere voluerunt. At vero ex artificio ejus di-
sputandi

disputandi & elegantia sententiarum tantam voluptatem capies, quantum vix opinione percipere poteris. Oratione I Plethonis argumenta examinat, quibus Fatum confirmari posse credidit. In ea p. 12 habes necessarium monitum Logicum, quod contra Sophistas semper urgendum fuit: qualia etiam suat, quæ p. 17 de conversione & p. 176 de contrapositione proferre debuit. Pag. 20 utilem illam leges sententiam, quod ab effectu & actu nomina rebus imponantur, non vero a solo habitu, qui fictus & dicitatus tantum esse potest. Pag. 30 fabulas de Jove breviter perstringit, ut ostenderet, quam imperite Gemistus pro Deo Jovem & Deorum illam copiam restitueret. Pag. 44 & 46 docet, quod apud Deum nihil futurum, sed omnia sint presentia, & p. 48, quod ex Præscientia divina nullum fatum seu ineluctabilis factorum necessitas consequatur. Deinde p. 50 Plethonem graviter, pro more Oratorum, objurgat, qui homines a precibus & cultu divino retraheret: quam iniquitatem vivis coloribus ibi depingit. Neque illud prætereundum est p. 58 obvium, *malam nullam rem esse, sed privationem rei*. Oratione II responsiones Plethonis ad objectiones & argumenta eorum, qui Fatum negant, examinat. Hæc autem duo sunt maxime, libera nempe hominis voluntas, p. 118, & poenæ, quas Deus infligit, p. 192, ea enim utraque consistere non possent, si omnia essent a fato. Alterius occasione p. 128 seqq. multa de imperio mentis in homine eloquitur, quæ non ab similia sunt illis, quæ doctissimi olim Philosophorum protulerunt; item p. 147 docet, quod homo imperet rebus universis, cum omnia hominis causa producta sint: quod per creaturas Deus hominem erudiat, & quomodo homo, si adsit sedula exercitatio in agnitione Dei, cum Deo uniat, p. 152, 154. Postea p. 156 ingeniose satis demonstrat, Plethonem, quia ipse malus fuerit, malitiam a necessitate Fati derivasse, quo aliis persuaderet, non suum id vitium, sed Fati esse. Illud vero plane Sophisticum est, quod p. 186 sese defensurus ab opinione frigidæ & ineptæ repetitionis profitetur, sese multa Plethonis causa, atque in ejus honorem committere; cum res ipsa clamet, eorum quæ ad probra Plethonis pertinent, nihil a Camariota factum esse reliqui. De poenis autem p. 196 egregie demonstrat, Deos potius, qui malefacti ne-

cessitatem hominibus imposuerunt, si quidem ex sententia Plethonis imposuerunt, puniendos esse, quam homines, qui fecerunt, quod iussi sunt. Inviti enim, inquit p. 198, nullum est peccatum. Deus autem ita punit, ut corrigat peccatores, p. 206, et si post obitum nemo corrigi possit, quod p. 208 & 218 exsequitur. Denique p. 210 dictorum ἀνακεφαλαίωσιν brevem ipse Camariota instituit, & finem orationi imponit, postquam p. 218 de Plethonis persona quædam protulit. Ejus vero καλλιθέτημοσύνη etiam aliis locis deprædicat, eademque satis conspicua est ex particulis illis, quas Orationibus suis ex Plethonis libro inferuit Camariota. Et optandum sane, ut ista Plethonis lucubratio, ab uno & altero jamdudum promissa, tandem aliquando in lucem protrahatur, quam in aliquot bibliothecis reperiri testatur Celeberrimus Fabricius. Interim Cl. Reimarus ex parte jam votis eruditorum satisfecit, qui ex laudatis istis particulis, tamquam ex ungue leonem cognoscere possunt. De versione autem harum Orationum nihil addimus, nisi quod locis quibusdam (uti p. 6) aliquanto planior reddi potuisset. Nam quod interdum quædam omissa sunt (uti p. 86) illud non negligentiz Cl. Editoris sed operarum incuriaz tribuimus.

DE FORMA CONSECRATIONIS EUCHARISTIÆ &c. Or a Defence of the Greek Church against the Roman &c.

h. e.

DEFENSIO ECCLESIAE GRÆCÆ CONTRA Romanam in articulo de Consecratione elementorum Eucharisticorum, Latine scripta, Autore D. JO. ERNESTO GRABIO, & nunc primum publicata, una cum versione, in usum lectoris Anglicani. Accedunt ex ejusdem Autoris MSSis annotata quædam de oblatione Corporis & Sanguinis Christi, Forma & Effectu Consecrationis Eucharisticæ, & duo Fragmenta Præfationis, destinatae novæ editioni primæ Liturgiæ Regis Eduardi VI,
cum

cum Præfatione Editoris, qua ostenditur, quænam sententia sit Ecclesiæ Anglicanæ de usu Patrum & maximorum ejus membrorum de rebus, quas Autor hujus libelli defendit.

Londini, apud Richard. King, 1721, 8.
Plag. dimidiat. ☞

Quod Cl. Græbius sacramentum Cœnz a sacerdote, peculiarem adhibente Liturgiam, privatos intra parietes acceperit, in Actis Erud. A. 1715 p. 487, 488 retulimus. Qua vero autoritate in illa orationem ad Deum pro Spiritu Sancto crediderit necessariam, est, quod ipse in libello hocce posthumo declarat. In eo enim contra Romanam Ecclesiam probare annititur, quod sententia Græcorum, sola recitatione verborum Christi, *Hoc est corpus meum, Hic est Sanguis meus*, consecrationem elementorum Eucharisticorum absolvi negantium, ad eamque partim recitationem verborum Christi, partim orationem ad Deum, ut deimisso cœlitus Spiritu Sancto panem atque vinum sanctificet, & in corpus & sanguinem Christi transmutet, necessario requirentium, vera sit.

Posteaquam Editor ejus anonymus in Præfatione narraverat, illum cum aliis MSis Græbianis Oxonii in Bodlejana asservari, & scopum ejusdem breviter indicaverat, atque docuerat, Autorem consensum primitivæ Ecclesiæ pro tutissima in controversiis fidei norma habuisse, varia loca Doctorum Ecclesiæ Anglicanæ adducit, qui testimonia antiquitatis pariter magno in pretio habuerunt. Ostendit præterea, quod sententia Græbii, quam in hoc libello tuitus est, consentanea sit principiis & declarationibus multorum celebrium Ecclesiæ Anglicanæ Scriptorum: quodque illa, quæ de mixtionis vini cum aqua in sacramento Cœnz statuit, non solum cum nota ejus in Irenæum Lib. V c. 2 p. 397 conveniant, sed eadem quoque mixtio primum post reformationem Liturgiæ Anglicanæ injungatur, & magni quidam in Anglia Theologi illam vel usurpaverint vel praxi primitivæ Ecclesiæ conformem crediderint: uno quod Græbius & in doctrina de oblatione Eucharistica

p. III.

IV. sqq.

XXIII. sqq.

XXX.

XXXI.

XXXIII. sqq.

XXXIX.

p. 1 sqq. 7. 9 sqq. 16. 20.

chariffica non sibi in Ecclesia Anglicana consentientes habet. Iosum Cl. Grabii libellum de Forma Consecrationis Eucharisticæ live medio, per quod panis & vinum transmutantur in corpus & sanguinem Domini (sic enim inscribitur) quod attinet, in illo proposita Romanæ Ecclesiæ de forma consecrationis Eucharisticæ, & contraria Græcorum sententia, posteriorem ex eo veram esse existimat, quod prodest magnum isque clarissimus sanctorum Patrum & Ecclesiarum consensus; cum contra pro prioris ne unicus quidem ex sacris Scriptoribus afferri locus possit. Ad illum vero consensum ostendendum affert S. Jacobi, fratris Domini, Marci, & quæ Constitutionibus Apostolicis inserta est, Gregorii item Nazianzeni, Basilii, Joannis Chrysostomi, Cyrilli Alexandrini liturgias, & ex illis hæc clarius elucescere ait, harum Autores Apostolos & Patres haut credidisse, consecrationem Eucharisticæ sola recitatione verborum Christi perfici atque absolvi. Si enim, inquit, per istam recitationem symbola sacramentalia jam plene consecrata, atque in corpus & sanguinem Christi vere commutata sunt, frustraneum est ac inane, post enunciata ista Christi verba adhuc sollicitè Deum rogare, orare, ipsi supplicare, ut demisso cœlitus Spiritu sancto panem atque vinum sanctificet, consecret, atque in corpus & sanguinem Christi transmutet; imò quæ jam mutata & facta sunt corpus & sanguis Domini, non possunt adhuc mutari & fieri talia. Cum vero Romanæ Ecclesiæ Doctores una cum Bellarione quinque exceptiones adversus hæc proferant, missis quatuor illarum, in quibus ipsi Pontificii parum præsidii collocant, illam solummodo, quam Bellarminus solidissimam putat, quæ in dictis Liturgiis non peti absolute adseritur, ut panis fiat corpus Domini, sed ut nobis fiat. i. e. ut panis ille consecratus, qui revera jam est in se corpus Domini, fiat per effectum nutritionis spiritualis etiam nobis corpus Domini, examinat. Hic autem præcipue observat, in istis Liturgiis peti a Deo non simpliciter & nude, ut panis & vinum nobis fiant corpus & sanguis Christi, sed ut *immutentur Spiritu sancto*, & sic fiant corpus & sanguis Domini. At immutationem Symbolorum sacramentalium esse passionem seu affectionem eorum propriam & absolutam, quæ alterationem in se ipsis liquido significent, non autem efficaciam

saciam & fructum in nobis. Neque eo ipso, dum corpus & san-
 guis Christi nobis fiant spirituale nutrimentum, panem & vinum
 demum mutari in corpus & sanguinem Christi, sed hoc jam ante
 fieri & ab altero esse distinctum : hoc fieri in altari ante perc-
 ceptionem sacramenti, istud in nobis in ipsa perceptione & post
 ipsam. Atque adeo, quando sacerdos Deum juxta præscriptum
 Apostolorum roget, ut per Spiritum S. sacramentalia symbola
 sanctificet, & panem atque vinum mutet in sacramentum corpo-
 ris sanguinisque Domini, neutiquam istorum verborum illum esse
 sensum posse, quem Latini illis tribuunt. Respondet quoque ad
 rationes, quibus Bellarminus sensum illum tueri annititur. Licet
 sntem memoratas Liturgias sententiam Græcorum abunde con-
 firmare putet, tamen ut consensus Catholicæ Ecclesiæ eo liquidi-
 or appareat, Patrum per omnia secula, Justini nempe Martyris,
 Irenæi, Origenis, Cyrilli Hierosolymitani, Ephremi Syri, Basilii
 Magni, Gregorii Nysseni, S. Ambrosii, Optati, Theophili Ale-
 xandrini, Joannis Chrysofomi, Hieronymi, Augustini, Theodo-
 reti, Nili, Procli, Cæsarii Arelatenfis, Gregorii Magni, Hefychii,
 Isidori Hispalensis, Germani, Joannis Damasceni, Caroli Magni,
 aut qui ejus jussu libros de Imaginibus scripsit, Rhabani Mauri, Ra-
 therii testimonia subjungit. Quin etiam Græcos sententiam Con-
 cilio Nicæni II, vel Oecumenici VII, recte pro se allegare, contra
 Bellarminum evincit, & ad quædam Patrum dicta, ab eodem Bel-
 larmino allisque, ad infringendum Patrum allegatorum consen-
 suum, allata, responderi, paucis mutatis, posse arbitratur ex Alber-
 tino L. de Sacr. Euch. c. 7, & Dallæo L. III de Cult. Lat. c. 16.
 In illis, quæ loco Appendicis accedunt, Annotatis de oblatione
 corporis & sanguinis, de forma & efficacia consecrationis Eucha-
 risticæ, & duobus fragmentis Præfationis, destinatæ novæ editio-
 ni primæ Liturgiæ Regis Eduardi VI, quorum singula Anglico
 idiomate exarata sunt, Cl. Grabius ex consuetudine omnium an-
 tiquarum Christi Ecclesiarum urget, quod in S. Cœna oblatio pa-
 nis & vini hodie necessario adhuc Deo Patri fieri debeat, partim
 ad declarandum, quod ipsum pro Creatore & supremo Domino
 totius mundi habeamus, partim ad commemorandam & repræ-
 sentandam coram illo oblationem corporis & sanguinis Christi in

p. 24. lqq.

40. lqq.

65. lqq.

70.

73. lqq.

eruce factam, quo propitius illis sit, qui offerant, & pro quibus
 oblatio fiat, & participes illos faciat omnium beneficiorum pas-
 sionis Christi; quodque non minus etiam in consecratione ele-
 mentorum Eucharisticorum hodie adhuc necessario preces ad
 Deum fundendæ sint, ut benedicat elementis illis, eademque di-
 vina sua gratia & Spiritu sancto sanctificet. Sicuti autem supra
 vidimus, quod Cl. Grabius panem & vinum in Eucharistia trans-
 mutari in corpus & sanguinem Christi dixerit, ita hic quædam oc-
 currunt, unde, quid eo ipso innuerit, intelligere possumus. Scili-
 cet in Annotatis de forma consecrationis Eucharisticæ inter alia se
 in Not. ad Iren. L. III c. 2 & plenius in scheda quadam inedita pro-
 basse scribit, quod Patres primitivæ Ecclesiæ, quibuscum semet ip-
 sum consentire declarat, crediderint, quod panis & vinum conse-
 cratione, si non substantia, saltem quoad internas qualitates mu-
 tentur, quodque non solum repræsentent, & fidei communican-
 tium exhibeant corpus & sanguinem Christi, sed quod ipsa etiam
 eucharistica symbola, modo mysterii pleno, vere corpus & san-
 guis Christi fiant, & indigni æque ac digni carnem & sanguinem
 Christi sacramentalem ore corporis accipiant. Et in Fragmento
 posteriori dictæ Præfationis fidem, quam amplectitur, primitivæ
 Ecclesiæ de S. Cœna hanc fuisse scribit, quod in illa panis & vinum
 non solum signa sint, corpus & sanguinem Christi repræsentan-
 tia, sed modo mysterii pleno ipsum corpus & sanguis Christi vere
 existant, non tamen juxta crassam compagem, vel substantiam, sed
 juxta spiritualem *ἐνέργειαν*, valorem, gratiam & virtutem sanctæ
 carnis & sanguinis, communicatam elementis consecratis opera-
 tione Spiritus Sancti, descendens super illa, ut super beatam vir-
 ginem descenderit, cum corpus & sanguis Christi personalis ex
 substantia ejus formanda fuerit. Hinc etiam primos Christianos
 sacramentum cœnæ pro divino, & quod proxime cum Christo
 conjunctum sit, vel proximam ad illum relationem habeat, reveren-
 tos fuisse, non autem tanquam Deum vel Christum ipsum coluisse;
 vel, si Christum in sacramento coluerint, adorasse illum tan-
 quam peculiari quadam ratione ibi gratia sua & divino Spiritu
 præsentem, quemadmodum olim Judæi illum in signo visibili, in
 arca.

p. 87.

92.

arcs apparente, coluerint; non autem in tota ipsius persona & humano corpore, quod in cœlo esse crediderint. Ex his vero patet, quod, licet in articulo de sacra Cœna alienam a Pontificiorum transubstantiatione sententiam habuerit Gravius, tamen in eodem ab Anglicana etiam, in cuius communione se mortuum esse fassus est, Ecclesia haut parum discrepaverit.

*JOHANNIS CHRISTIANI CLODII, HAY-
nensis, Consilium de Nova Bibliotheca Orien-
tali edenda.*

Ingens est librorum Arabicorum, Persicorum, Turcicorum numerus, ac in tantum excrevit, ut omnia fere reliqua Orientalia monumenta superet, quod ex copiosissimis Hagi Calfa & Hafidi manuscriptis indicibus, ac multis aliis Bibliothecarum tam publicarum quam privatarum Catalogis orientalibus facile colligitur. Nec mira cuiquam tanta ac tam exuberans copia videri debet, cum sagacissima populorum illorum ingenia omne scientiarum genus ac totius eruditionis latifundium pervagata, innumera aliarum gentium scripta in suas linguas non traduxerint solum, sed & suis ac in proprio solo natis fructibus amplissimum scientiarum campum ornarint, quod in mea introductione ad historiam literariam orientalem fufius ostendam. Merito igitur Viri harum linguarum periti tot volumina singularibus commentariis recensere annisi sunt, quibus pro eo, quo defuncti sunt labore, haud vulgaris gratia debetur, quanquam deliciarum illarum cupido non ex asse satisfaciant. Herbelotius enim, cui hæ literæ in Italia & Gallia, iniustato exemplo, magno & honori & lucro fuere, in Bibliotheca Orientali Gallice exarata plurima immiscuit, quæ ad historiam literariam librorumque cognitionem minus pertinent, sed vel geographiam vel historiam orientalem illustrant. Præterea singulorum Codicum tituli vernacula, tantum lingua expressi sunt, ac quod

quod aliter fieri non potuit, paulum obscurati, ut versatissimus interdum evolvendo aliquam difficultatem vel nauseam sentiat. Multis denique codices supplendi restant, qui frustra ibi quaeruntur, ab ipso tamen autore doctissimo, si diutius ipsi vivere contigisset, additi procul dubio, ac reliquæ maculæ abstergæ fuissent, ut Vir summus Renaudotius recte de eo judicavit. Hottingerus autem in Bibliothecis Orientali & quadripartita, aliarum quoque linguarum codices, Syriacos, Hebraicos, Samaritanos, Æthiopicos recensens, Arabicos, Persicos & Turcicos eo quo par erat numero non annotavit, nec eo ordine disposuit, ut a quovis sine mora aut molestia reperiri queant. Mendis etiam compluribus eruditissimi Viri commentarii conspersi, nimisque aridi sunt, & magnam evolventibus utilitatem sæpius præstare non possunt. Nova itaque Bibliotheca Orientali codices Arabicos, Persicos, Turcicos ordine alphabetico ac justis literis exhibere, collatisque tam manuscriptis quam impressis indicibus, quos a multis mendis purgabo, Herbelotianam & Hottingerianam emendare & augere deærevi. Nec parum ex meo cum Viris eruditionis orientalis laude florentissimis literarum commercio huic operi lucis accedet, quos industriam meam, quam ipsi stimularunt, pro virili adiutores esse spero. Ceterum ardui hujus & majoris omnino fortunæ subsidiis fulciendi conatus specimen prius dabo, Leonis Africani de Viris Arabiæ illustribus libello, quem emendare ac notis locupletare constitui. Adjiciam ei excerptum ex Diario Manuscripto Paridis de Grassis, Episcopi Pisarenensis & Cærimoniarum Magistri sub Leone X, quod de conversione ejus ac doctrina agit, ac a Viro in his literis principe Cl. Crozio, pro eo, quo mihi & huic scientiæ generi favet, studio & Bibliotheca

Regia Berolinensi mecum communicatum fuit,

Errata hujus Mensis.

Pag. 249 lin. 13 lege *scripsissem*, p. 250 lin. 8 *vqueas*, lin. 28 l. *revocationem*, l. 30 l. *ob mores*, l. 35. m. c. p. 254 lin. 27 l. *Neque ejus esse*, lin. 28 l. *testamentariam*, p. 255 lin. 34 l. *quia Gajus*.

ACTA ERUDITORUM,

publicata Lipsia

Calendis Junii Anno MDCCXXII.

*PHILIBERTI HUEBERI, AUSTRIACI VI-
ennensis, antiquissimi & exempti Monasterii Mellicensis
Ord. S. Benedicti in Austria inferiore Professi & Archi-
varii, Austria ex Archivis Mellicensibus
illustrata.*

Lipsiæ, sumptibus Jo. Friderici Gleditschii B. Filii, 1722, fol.
Alph. 3½ Tabb. zn. 45.

NUlli diffitemur, insigni lætitia atque gaudio, communi-
um literarum causa, nos fuisse perfosos atque delibuto-
tos, quando egregium hunc diligentissimi Hueberi li-
brum primum oculis usurpabamus, cum ipsius causa, quem
melioris notæ & bonæ frugis esse statim intelleximus, tum omni-
um maxime, quod spes nostra, quam dudum concepimus, ita
firmari explerique incipiat, qua confidimus, fore, ut magno
Peziorum exemplo incitati Sodales Benedictini, invidendam
Vetustatis vindicatæ gloriam duobus Fratribus & uni genti non
relinquant, sed toti nobilissimo Ordini Mauriana diligentia fa-
ciant propriam. Continet illa se adhuc, quod novimus, intra
unam illam Mellicii collectam familiam; sed hoc læti auguri-
um capimus, Pezii Hueberoque alios suæ domus, Mellicen-
sibus alios penatium D. Benedicto sacrorum inquilinos, Benedi-
ctinis reliquos Ordines accessuros, & veram solidamque doctri-
nam in antiquam sedem, illos amœnissimos Cœnobiõrum recep-
sus esse restitutos. Interim, dum fatum læta quadam expecta-
tione providemus, ea, quæ in manu sunt, grato animo commemo-
rabimus.

Nn

Tri-

Triginta anni sunt, ex quo Gregorii p. m. Præfulis Mellicensis, &, qui nunc in eo fastigio cum laude & dignitate versatur, Reverendissimi Bertholdi jussu Archivi curam gessit Max. Reverendus Hueberus, cui rei quantam adhibuerit industriam, plura majoris formæ ac molis volumina testantur, in quæ omnia vetera Archivi instrumenta maximo labore contulit. Sed hæc Cœnobii sui bono; idem publicæ ac literariæ rei juvandæ intentus, in alios libellos congeffit, quicquid ex istis voluminibus ad antiquitatum, præsertim Genealogicarum, notitiam ullo modo facere poterat, quas opes, cum Peziorum, Clarissimorum Sodalium, exemplo provocatus, augeter indices Max. Rev. Auctor, in hoc tandem excreverunt opus, quod Austriam ex Archivis Mellicensibus illustratam dici placuit.

Sunt ejus tres libri & appendices aliquot. Illorum primus continet *Nucleum Historico-Genealogicum, Diplomatum, Chartarum, privilegiorum & aliorum ejusmodi veterum monumentorum, cum multis integris Archivorum Mellicensis Monasterii tabulis, ex quibus Romanorum Pontificum, Principum, Nobilium familiarum, sacrorum Antistitum Austria, vicinarumque Provinciarum res plurimum illustrantur.* Veterum horum Monumentorum vel integrorum vel excerptorum, primum sane nunc editorum, sunt circiter septingenta viginti quatuor, quorum primum ab Ernesto Austrio Marchione profectum intra annum Domini MLVI & MLXXV, postremum Anno MDXCIX conditum est & exaratum; omnia certe atque singula eo majori in pretio habenda, quod non ex Traditionum libris, chartulariis, sed ex exemplis authenticis deprompta prodeant.

Secundus Liber complectitur *figilla Romanorum Pontificum, Principum, sacrorum Antistitum, Nobilium &c. Austria vicinarumque Provinciarum, ex tabulariis Mellicensibus deprompta, ac ordine chronologico collocata.* Tabulis hæc exhibentur æneis XXXVII. ex antiquissimis ceris Cl. Ignatii Radereri opera delineata, quibus Indicem subjecit diligentissimus Hueberus, in quo & Characteres antiquos lectu aliquando difficiles explicuit, & quibus honorum titulis in ipsis diplomatibus ornentur Personæ illustres, subinde adjecit.

Tertio denique Libro leguntur *Collectanea pro Tabulis*
qui-

quibusdam Genealogicis Principum, sacrorum Antistitum, Nobilium &c. Austria & adjacentium provinciarum, & priorum duorum librorum Diplomatum & monumentis confecta ac serie alphabetica concinnata. Quæ quanta commoda Genealogiarum Austriacarum studiose allatura sint, nobis tacentibus patet. Nomina Illustrium personarum ordine literarum digesta hic leguntur, additis cuilibet numeris, partim annum, quo in Mellicensibus Tabulis eorum facta est mentio, partim, si monumentum est, Librum paginamque, seu si Tabulam locumque indicantibus.

Appendicum prima est *perbrevis Topographia Diplomatico-Austriaca, id est, Syllabus Oppidorum, Castellorum, Fluviorum Austriæ inferioris, quorum mentio fit in Archivorum Mellicensium Tabulis, interjecta nonnullorum barbarorum vocabulorum explanatione.* Nomenclatura est omnium Austriæ inferioris locorum in Monumentis Mellicensium, etiam recentioribus, occurrentia, addito situ, & Dominis, quibus nunc parent. Hanc primam alia excipit, Speciminum diversarum mediæ ævi scripturarum, quales in monumentis Mellicensibus occurrunt, æri incisarum. Tertio loco quædam sacræ & profanæ Antiquitates proferuntur, quæ in Mellicensi Monasterio exstant, sacra Crux aurea & rarissimis gemmis exornata, dono data Ecclesie Mellicensi ab Alberto I Austriæ seculo undecimo Marchione, prodigiosam particulam dominico sanguine adpersam continens, cujus Historiam ab Anonymo Mellicensi seculo decimo quarto scriptam hic simul legere est: Lancea S. Mauritii Martyris & Crater S. Udalrici Confessoris; Vetus Sepulcrum S. Colomanni Regis & Martyris, cujus etiam Vita ab Ecchenfrido III Abbate Mellicensi conscripta subnectitur, Tumulus denique lapideus B. Gothalmi. Profanæ non ita comparatæ sunt, ut nos morentur,

HISTOIRE DE SUGER, &c.

h. e.

HISTORIA SUGERII, ABBATIS S. DIONYSII,

Nu 2

nyssi,

nyfii, Ministri Status & Proregis Galliarum

Tomi III.

Lutetiae, apud Ioan. Musierium, 1721, 12 mssj.

Alph. 2 pl. 14½.

ET si Sugerii nomen vel ex Cavei ac Dupinii Bibliothecis ecclesiasticis jam notum est, plenior tamen huius viri suo ævo illustrissimi notitiam orbi tradere constituit Autor *ambrosius*, eamque adeo accurate perscripsit, ut, quemadmodum in Præfatione profitetur, omnia vel *ambrosius* Sugerii vel ex cœvorum scriptis depromat, veritatisque eo usque studiosum se præbeat, ut ne vitia quidem Sugerii aut prætereat aut excuset. Præmittendas autem huic Historiæ duxit *Dissertationes quatuor*, quarum *prima* disquirat, quo tempore condita sit Abbatia S. Dionysii. Ac vulgo quidem creditur Rex Dagobertus A. 630 eam fundasse, ibique monachos collocasse Benedictinos, translatis illuc ossibus S. Dionysii Areopagite. At Launojus, Dupinius, Bailletus, & alii Critici negarunt, illo jam tempore Benedictinos fuisse in Gallia, hosque statuerunt nono demum sæculo receptos in hoc monasterium fuisse, ac tum Dionysium illum, cujus ossa ibi requiescunt, venditare cœpisse pro Dionysio Areopagita. Contra Felibienus, novissimus autor historiæ S. Dionysii, Abbatiam hanc Dagoberto vetustiore esse contendit. Noster vero Autor simul opinionem vulgarem de tempore foundationis duce Mabillonio propugnat, simul argumenta Felibieni labefacta *Diff. II*, quo tempore excesserit rebus humanis Sugerius, inquirat. Ac dies quidem certus est, Januarii decimus tertius. At *de* anno dissentitur. Nam vulgo creditur obiisse A. 1152, Dupinius vero mortem ejus incidisse credit in A. 1153; Baronius & Felibienus in A. 1151. Noster cum Mabillonio sententiam defendit vulgarem, idque argumentis utens validissimis. *Diff. III* agitur de scriptis Sugerii. Ac initio statim notatur Dupinius, quod & opera ei quædam tribuerit ab aliis profecta autoribus, & rursus genuina nonnulla ejus scripta prætermiserit. Scilicet *Vita Ludovici Crassi* autorem habet Sugerium. Gentiarum quoque sunt Sugerii epistola. At liber de rebus gestis Abbatis Sugerii non est

est ab ipso scriptus: est tamen ipsius jussu confectus a Guilielmo, Sugerii Secretario. Qui ipse Guilielmus etiam autor est *libri de consecratione templi S. Dionysii* a Sugerio exstructi, deque sanctorum corporum facta illuc translatione. *Constitutiones Sugerii* constant novem Capitibus, quorum tertium exhibet ejus *Testamentum*. Errat igitur Dupinius, *Testamentum & Constitutiones Sugerii* memorans tanquam opera diversa. Cæterum scripti hujus, quod attinet ad materiam, ipse Sugerius autor est, stylus autem eidem, quem diximus, debetur Guilielmo. Duo super sunt scripta, certissime Sugerium habentia autorem, quæ tamen omisit Dupinius, *Elogium Ludovici Crassi, & Gesta Ludovici VII Regis*, filii Ludovici Crassi sive Grossi. Ac posterius quidem Opus omnino a Sugerio compositum esse, pluribus argumentis demonstrat Noster, haud tamen inficiatus, nonnulla ei fuisse adjecta a manu recentiori. *Diff. IV hæresin Investiturariam* contemplatur. Scilicet cum medio ævo Principes arrogant sibi investituram Episcoporum & Abbatum, hoc factum pro hæresi habendum esse contendebant auctoritate Papæ, eaque sententia A. 1116 in Concilio Lateranensi, quod œcumenicis annumeratur Conciliis, confirmata fuit. Ex eo tempore orta est concertatio plurium scriptorum, aliis negantibus, hanc esse veri nominis hæresin, aliis agentibus. Utrorumque argumenta profert Autor noster, non admodum obscure iis assentiens, qui crimen hæreseos hic neutiquam agnoscunt.

Venimus ad ipsum Corpus Historiæ Sugerianæ, in sex libros divisæ, ex qua, quæ ad Sugerium pertinent, potiora paucis decerpemus. Initio statim *primi libri* refert Autor, Sugerium anno ætatis decimo receptum fuisse in ordinem monachorum, ac simul de more illius ævi, nimium adolecentes sacris ordinibus adscribendi, disputat, ostenditque, eum morem tandem fuisse abrogatum. Quod quidem recte factum esse censet, imo præclare docet, morem illum salva justitia retineri non potuisse, ac Samuelis exemplum neutiquam patrocinari isti consuetudini. Cæterum non fuit illustri loco natus Sugerius, quæ quidem Dupinii sententia est, sed humili. Erat illa tempestate status monasterii S. Dionysii corruptissimus, omnesque labores, sive a

Lib. I.

p. 13.

Regibus sive a Conciliis ad id reformandum infumti, erant irriti. Cujus rei duas Autor affert causas. Primo enim potentia Regum tum justo minor erat, & impune a monachis sperni poterat. Deinde illo tempore nefas ducebatur, monachis subtrahere materiam lasciviz, immensos redditus. Nec dubitat Autor statuere, non esse, cur Principes religioni sibi ducant, ecclesiasticos redditus suadente utilitate publica imminuere, addens, unam illius corruptionis in monasterio S. Dionysii causam fuisse nimias divitias. Fatetur etiam ingenue, corruptionis istius contagio infectum fuisse ipsum Sugerium. Porro docet, Sugerium in juventute Philosophiz quidem ac Theologiz operam dedisse mirabili cum successu; at mature satis prodidisse ingenium politicum, libenter quippe lectitantem historias politicas, ac de materiis politicis colloquentem omnium libentissime. Eo tempore Philippus I Rex Galliz filium suum Ludovicum (postea *Grassum* cognominatum,) ex more illius zvi educandum miserat in monasterium S. Dionysii. Qua occasione Ludovicus iste amare cepit Sugerium eoque uti familiariter: qui primus gradus fuit, ex quo deinceps regnante Ludovico Sugerius ascendit ad summum honorum aulicorum fastigium. Admotus vero & ab Abbate suo fuit Sugerius admodum adhuc juvenis negotiis gravissimis, missusque ad conventus magnificos, tum politicos, tum ecclesiasticos. Hic loci Noster etiam dilucide exponit historiam Regis Philippi ob repudiatam injuste Bertham, ductamque in matrimonium Bertradam, Ducis Andegavenfis adhuc superstitis uxorem, excommunicati: annectens & ceteras res hoc temporis actu gestas in Gallia. Inter quas non ultimum meretur locum, quod Papa Paschalis II venit in Galliam, auxilium a Rege petiturus contra Imperatorem, investituram sibi asserentem. Qui Papa A. 1107 Concilium ea de causa habuit Trecentense, quod excepit eadem de controversia Romanum Concilium. Ac occasione hac oblata Autor totam recenset historiam controversiz de investituris agitatz. Nec tacet, Papz isti innotuisse Sugerium, cum eoque sæpius fuisse conversatum.

p. 52 sqq.

p. 115 sqq.

Lib. II.

Progredimur ad *Librum secundum*, cujus initio refertur, mortuo rege Philippo Sugerium intimum successoris Ludovici factum

factum esse amicum, ab eoque ad dignitates eVectum ampliffimas. Primo scilicet Præpositus monasterii Turienfis (*de Toutry*) creabatur Sugerius, quo loco vicinum habens Hugonem de Puiset, regni Baronem, sed eundem latronem potentiffimum, Regem permovit ad ineunda prædonis hujus coercendi consilia. Rex igitur evocabat Hugonem ad dicendam sententiam. At is semel iterumque mandato regio parere renuit. Quo factum, ut crimine læsæ Majestatis damnaretur. Hinc Sugerius Regis jussu communit sedem suam, Turium, conductisque militibus irrupentes Hugonis copias prædatrices militari fortitudine aggressus feliciter cecidit & superavit. Postea Rex ipse exercitum numerosiffimum admovit ad arcem Puisetum, quam hodie (ut Autor noster judicat) una cohors dimacharum intra duas horas ad deditionem compellere valitura est. Hoc vero tempore Regis exercitus non sufficiebat vincendo Hugoni, sed ab insultu arcis ejus insigni cum damno cogebatur recedere. Inter hæc Sugerius novas artes hosti noecendi excogitarat ingeniosiffime. Sed iis tunc non poterat uti, felici cujusdam sacerdotis astu via in arcem hostilem aperta militibus, qui cæsis prædiciariis Hugonem capiebant. Postea tamen Hugo a Rege dimissus rediit in arcem suam jam solo æquatam, ubi non diu quiescens paulo post obsidione cinxit Turium, sedem Sugerii, qui & strenue arcem suam defendit, & a Rege iterum impetravit, ut obsidione cingeret Puisetum, Hugonis arcem. Ac tum elapsus fuga est Hugo, ipsiusque arx rursus everfa fuit funditus. Hoc quoque libro describitur Henrici V Imp. iter Romanam cum exercitu susceptum, ejusque cum Papa Paschali II tractatus, & quidem copiosiffime ac perquam accurate.

p. 232-304.

Libro tertio narratur, Sugerium interfuisse concilio Romano, A. 1112 celebrato: qua occasione historia hujus Concilii enarratur pluribus. Ostendit etiam Autor, Sugerium eo tempore in Italia demum didicisse sapientiam politicam, qua ei opus fuit secuto tempore, cum Prærex Galliæ evasit, & gloriam sibi comparavit politici omnibus numeris absoluti. Redux domum Sugerius rursus certandum habuit cum Hugone illo Puisetano: cujus copias sæpe fortiter superavit. Inter hæc Gela-

fius

T. II.

Lib. III.

p. 22. sqq.

fius Papa ex Italia aufugiens in Galliam tanquam asylum quoddam se recepit, eique a Rege obviam mitti meruit noster Sugerius. Idem una cum Rege Galliz A. 1119 interfuit Concilio Rhemenfi, ob investituras indicto a Papa Calixto II. Concilium hoc, in quo Imperator fuit excommunicatus, copiose hic loci describitur. Postea Romam missus est Sugerius legatus regius, eoque ipso tempore, quo Romæ versabatur, mortuo Abbate S. Dionysii, ipse est in ejus locum communibus electus monachorum suffragiis.

Lib. IV.

Rex quidem, novum Abbatem se non consulto electum esse, ægerime ferebat: paulo tamen post placatus, Reversum Roma Sugerium tanquam novum Abbatem non benigne solum, sed & honorifice excepit. Ac Sugerius altero statim die a reditu suo suscepit insignia presbyterii sive sacerdotii, sibi que tam brevi temporis spatio se satis præparasse visus est ad rite suscipiendum tam sanctum munus. Autor vero alia est in sententia, judicans, ei, qui per viginti annos homo aulicus, itemque miles fuerat, vix sex menses suffecisset ad se colligendum & ad digne suscipiendum sacerdotium. Largitur itaque, eo tempore Sugerium adhuc fuisse hominem carnalem sive profanum, ac sequenti deinum tempore sanctum evasisse virum. Novus vero ille Abbas primo statim anno (A. 1123) Romam profectus est, ibique Concilio interfuit Laterariensi. Atque hanc Autor noster arripit occasionem, uberius describendi historiam ejus Concilii, simul observans, historiam istam a Maimburgio multis deturpatam esse fabulis. Finito isto Concilio Sugerius obiit loca Italiz reliquiis Divorum præ ceteris illustrata. Quod quidem factum Autori nostro non præbuit laudis materiam, quippe qui potius castigat illius ævi simplicitatem, quo maxima pars pietatis Christianæ habebatur, religiosas facere peregrinationes; quas fraudi esse studio pietatis, Noster non veretur statui. Posteaquam inde Sugerius in Abbatiam suam revertisset, rursus A. 1125 a Papa Romam evocatus est ad accipiendam dignitatem amplio rem, & quidem, ut plerique interpretabantur, Cardinalitiam. Ante vero, quam Romam deferretur, vita excessit Papa: quo nuntio accepto Sugerius ex itinere domum rediit. Ex illo

p. 218 sqq.

p. 256 sqq.

illo tempore Rex Sugerium arctius sibi devinxit, eumque iussit supremum in Aula Gallica occupare locum, uno tamen excepto Seneschallo, totius regni praeesse judiciis, negotia curare bellica, & omnibus fungi officiis, quae hodie administrantur a duobus Secretariis Status. Mortuo quoque Imp. Henrico V cum novus esset eligendus Imperator, Rex Sugerium ablegavit ad Comitiam Germanorum Principum. Atque is ibi comparuit cum magnificentissimo comitatu, plenus adhuc, ut Autor ait, P. 294. vanitatis, ac fastus mundani, & ab humilitate sacro suo ordini debita remotissimus. In istis Comitibus feliciter effecit Sugerius, ne quis ex defuncti Imp. cognatis eligeretur Imperator, sed dignitas illa Lothario Saxoni deferretur. Redux hinc Sugerius in Abbatiam suam, venationem instituit octo dierum, eamque sumtuosissimam ac magnificentissimam. Ubi quidem Autor cordate judicat, hoc maxime indignum fuisse Sugerio, & monacho & Abbate regulari, simulque vituperat eos, qui factum istud excusare annuntur. Paulo post Rex bellum inferebat Comiti Arvernæ, & maximo cum exercitu egrediebatur ad obsidendum Claramontium, in comitatu habens Abbatem nostrum Sugerium, non sane sacro habitu conspicuum, sed gladio cinctum, ac galea & thorace indutum. Hac in obsidione cum in periculum vite venisset Sugerius, primam suscepit cogitationem se, ut stylo utamur ecclesiastico, *convertendi*: quanquam semen hoc tum nondum erupit in fructum. Brevi tamen tempore post incidit in gravissimam tristitiam, auctam nuntio de duorum Abbatum morte, amicorum suorum, profanissimam vitam impia morte finientium. Quae re commotus statuit mores suos in melius mutare, & monasterii quoque sui sodales studiosissime reformare.

300.

Suscepta jam voluntate suum reformandi monasterium, Lib. V. Sugerius a semetipso emendationem orsus est, abjecto fastu mensis, habitus, ac totius vite. Ita suo exemplo facilius permovit monachos, ut & ipsi libenter susciperent reformationem, & vitam instituerent monachis dignam. Atque ea res S. Bernardum, qui Sugerium saepius exhortatus fuerat ad vitam sanctius agendam, ejusque mores acrius castigarat, permovit, ut Sugerio

rio nunc insigni eademque longissima epistola gratularetur de emendatione vitæ. Imo Sugerius in animum induxerat, aulæ vale dicere, suoque se monasterio includere. Sed renuit Rex, atque adeo abdicato primario suo Ministro Sugerium pluribus oneravit negotiis politicis: quo tamen in statu aliter, quam antea, se gessit Sugerius, & personam præ se tulit viri sanctissimi. Ejectis etiam ob flagitiosos mores monialibus e monasterio Argentoliensi, ei Priorem præfecit. Hinc orto post mortem Honorii II schismate in Ecclesia, cum alter electorum Pontificum Innocentius recepisset se in Galliam, Rex suavis S. Bernardi eum agnovit pro legitimo Papa, ad eumque ideo misit Sugerium. Non ita multo post Papa hic in monasterium S. Dionysii venit A. 1131, quam occasionem non dimisit Sugerius, monasterio suo a Papa impetrandi privilegia & jura amplissima. Eodem anno iste Papa adhuc in Gallia versans, & assiduam comitem habens S. Bernardum, Concilium Rhemense indixit, cujus historia hic loci describitur. Cum brevi post tempore Rex in præsentissimo esset vitæ periculo, Sugerio quoque in mentem venit, de mortalitate sua cogitare. Fecit itaque testamentum A. 1137, quod Autor noster dum describit, majorem simul in modum indignatur, Sugerium in illis testamenti tabulis inter alia præcepisse, ut monachi sui quotannis eo die, quo memoriam celebrarent Sugerii, convivium agerent splendidum ac lautissimum. Adversissimum ait id esse pietati & sanctitati, atque incredibile esse, nisi superessent liquidissima verba ipsius Sugerii.

P. 474.

T. III.

Lib. VI.

Libri VI initio legimus, Ducem Aquitanie Regis filio, Ludovico Juniori, filiam suam obtulisse, pro dote allaturam universas ipsius provincias. Accepta Sugerii suavis tam opima conditione, nuptiæ celebrantur Burdegalæ, iisque & Sugerius interfuit. Hanc tamen lætitiæ abruptit mors Regis, A. 1137. d. 1 Aug. defuncti. Novi Regis intimus Consiliarius evasit statim Sugerius, qui hoc tempore in monasterio suo templum ædificavit inausitate magnificentiæ. Orta eodem tempore lis est gravissima inter Papam & Regem, illi sibi arrogante jus constituendi Archiepiscopum Bituricensem. Sugerius omnesque
pru-

prudenciores agnoscebant, injustam esse Papæ causam. Nec tamen huic deerant cocci adoratores ac suffragatores, quos inter S. Bernardus locum tenebat primum. Iræ utriusque partis eo processerunt, ut Papa excommunicaret Regem Galliæ. Hic ingenue fatetur Autor, Papam a S. Bernardo possimum incensum fuisse scriptis ejusmodi ad Papam epistolis, quales hodie merito habeantur pro seditiosis. Nec negat, zelum Bernardi sæpius fuisse injustum. Postea Rex Ludovicus Junior, pœnitentiam acturus pro peccatis suis, suscepit consilium expeditionem cruciatam faciendi: quo consilio a Papa approbato, & S. Bernardo jussu Papæ Gallos ad hanc demigrationem inflammante, in publico Concilio A. 1146 decreta fuit cruciata expeditio, omnis generis hominibus tam cupide confluentibus, ut crederes universam Galliam in Orientem effusum iri. Merito ridiculum videtur Autori nostro, quod eo tempore Galliæ Proceres ducem sacri hujus exercitus constituere gestierunt S. Bernardum: quo tamen prudenter hoc munus repudiante, ipse Rex suscepit munus Generalissimi sacri, & Interregem Galliæ constituit Abbatem Sugerium, annum ætatis sexagesimum quintum tum agentem. Autor noster copiose enarrat & infelicem expeditionis hujus successum, & sapientissimum Sugerii interregnum, quod ipse Rex A. 1149 ex Oriente redux approbavit, ac cives totius regni tantis extulerunt laudibus, ut Sugerium publice decorarent titulo *Patris Patriæ*. Admiracione vero dignissimum est, quod ex eo tempore ipse Sugerius, cujus immensæ erant divitiæ, per se statuit ire cum maximo exercitu suis pecuniis conducto in Orientem: ac jam paratus erat exercitus, cum morbus eum invasit & extinxit. Hic Autor docet, Sugerium sub vitæ finem sanctissime se gessisse, addens Elogium ejus, quo eum describit tanquam virum legum monasticarum sive sanctitatis monachalis observantissimum. Atque ita totum hoc opus concluditur, quo præter Vitam Sugerii tota Galliæ historia, quæ in ejus ætatem incidit, exponitur. Etiam S. Bernardi historia luculenter in eo illustratur. Nec indictum prætermittere debemus, totam historiam illustris illius de Gilberto Porretano controversiæ hic exhiberi p. 181 sqq. Ac ipse quidem Autor

p. 62. sq.

64.

120.

351.

noster p. 229 sqq. statuit, hanc controversiam fuisse meram lo-
gomachiam, & utramque partem revera eadam fuisse in sen-
tentia.

REFLEXIONS SUR L' HISTOIRE

des Juifs, &c.

hoc est,

*MEDITATIONES DE HISTORIA JU-
deorum, ad probandam inde veritatem religionis Chri-
stiana. Præmissum est compendium historiae Judæorum,
ab eo tempore, quo ditiois Rōmāne facti sunt,
usque ad excidium Reip. Judaicæ.*

Tomi II.

Genevæ, apud Fabrum & Barrillottum, 1721, 12 maj.

Alph. I pl. 14 $\frac{1}{2}$.

Religio Christiana, excellentissima illa veritas, auri indolem
habens, non modo non refugit examen, sed expetit, ut
quo acrius expenditur, eo clarius exsplendescat & omnium in se
convertat oculos. Falsæ contra religiones, dum simplicissima
credulitate coli volunt, hoc ipso produunt, se non posse ferre ar-
dorem examinis. Recte itaque Tertullianus Apolog. cap. 4:
suspecta lex (id est, religio) *est*, inquit, *se probari se non vult;*
improba autem, se non probata dominetur. Cum igitur nemo
Philosophorum olim de veritate religionis ethnicæ librum con-
scripserit, imo sapientissimus quisque religionem publicam
contemserit, non contemnendam bonæ causæ indicium est,
quod sapientissimi homines magno numero expendendam sus-
ceperunt religionem Christianam, subductisque acerrime ra-
tionibus ad ultimum concludere coacti sunt, religione Christi-
ana nihil esse verius, nihil divinius. His jam adjungimus præsen-
tis operis conditorem, sub literis I. P. latentem, Cl. Turretini,
Theologi Genevensis, cui dedicavit hunc ipsum librum, disci-
pulum. Is cum videret, non deesse his temporibus, qui ex ani-
mis juvenum excutere studeant sensum de veritate religionis
Chri-

Christianæ, maximeque Bælium, quem eam ob causam in *Præfatione* pluribus accusat, insidias ei struxisse; in animum induxit singularem defendendæ religioni Christianæ librum conficere. In quo licet non afferat argumenta prorsus nova, tamen nova tractandi methodo facile se commendat studiosioribus religionis Christianæ cultoribus. Ante vero, quam ipsum tractationis suæ campum ingreditur, *breviarium* præmittit *historiæ* P. I. 133. *Judaicæ*, illa complexum tempora, quibus Judæi fuerunt in ditione Romanorum usque ad urbis excidium, idque eo fine, ut luculentius demonstrare possent, eventum exactissime respondisse vaticiniis prophetarum atque Christi de Judaicæ reip. interitu. Quo quidem in libello Josephum sequi se ducem profitetur, historicum fide dignissimum. Hinc ipsum opus tres partitur in partes, in quarum prima profert argumenta, Jesum esse Messiam, clarissime evictura; secunda fontes aperit incredulitatis illorum Judæorum, qui Christum necaverunt; tertia de omni generis incredulis erudite disputat. Ac *prima* quidem Pars sex constans capitibus totidem exhibet atque illustrat demonstrationes divinæ missionis Jesu Christi. Scilicet *primo* Capite, postquam prædictiones Christi de excidio urbis sigillatim ex Evangelistis produxit, ac simul accurate demonstravit, Matthæum, Marcum atque Lucam ante illud excidium scripsisse libros suos, fierique omnino non potuisse, ut iis postea insererentur prædictiones de reip. Judaicæ fato ultimo, ostendit, eas exactissime fuisse impletas, & inde non posse non concludi, Christum a DEO in orbem esse missum. Quando vero *Sec. 6* ex populi Judaici, olim DEO carissimi, pœna plane extraordinaria & longe gravissima, eaque adhuc durante, concludendum censet, illum populum obstrictum esse scelere gravissimo, hoc est, interfecti Mesiiæ pœnas luere; cavendum esse videtur, ne vindictam DEO tribuamus infinitæ ejus benignitati minus congruentem. Et si enim contumacia Judæorum, eoque invicta, ut ne filio quidem DEI aures præberent, sed eum crudeliter interimerent, in causa fuit, ut DEUS remp. eorum deleteret, *Luc. XX, 16* & *Hoseæ IX. 17*; tamen, quod adhuc exfortes sunt veritatis Christianæ, quodque tot tantisque malis subinde sunt conflictati, non

138.

180.

- implacabili Numinis iræ eæde filii inflammataz tribuendum est, sed ipsorum Judæorum pervicaciæ, statim DEUM habiturorum propitium, quam primum improbitatis acta pœnitentia Christum pro salutis æternæ autore fuerint amplexati. *Actor. II, 36,*
- PA 195. 32. *Secundo* Capite doctissimus Autor veritatem Christianæ religionis confirmat testimonio Apostolorum de resurrectione Christi, idque ostendit omni exceptione majus esse, docens manifestissimis argumentis, testes istos nec falli nec fallere aut potuisse aut voluisse. Capite *tertio* thesin suam probat e miraculis Christi & Apostolorum, præmissaque contra Spinozam demonstratione possibilitatis miraculorum, vere ea patrata fuisse ostendit, ac differentiam simul eorum commonstrat a miraculis inter ethnicos celebratis. *Quarto* Capite ex admirabili progressu religionis Christianæ, quæ a contentis omnique humano præsidio destitutis hominibus prædicata, constansque doctrinis humanæ naturæ adversissimis, & acerrimos habens adversarios eosque potentissimos, tamen oppressis cæteris religionibus per omnem orbem diffusa est, concludit, eam esse divinissimam, ejusque auctorem Christum a DEO missum fuisse ad humanum genus. Capite *quinto* ex effectu religionis Christianæ argumentum ducit, ostendens, non solum ethnicos abjectis publicæ religionis præjudiciis Christianam amplexatos esse religionem, sed ex improbi-simis hominibus adeo sinceros ac strenuos factos esse omnis virtutis cultores, ut ne gravissimis quidem suppliciis, quibus tyranni ad eos ad pristina sacra vel potius sacrilegia revocandos utebantur, a Christo rursus potuerint divelli. *Sexto* denique Capite perlustrat prædictiones in V. T. factas de Messia singulas, deque ethnicis per eum ad DEVM convertendis, earumque exactam impletionem docet non posse non haberi pro invicto argumento, ex quo religionis Christianæ deducatur divinitas.
- 227.
- 244.
- 264.
- 280.

T. II.

Parte *secunda* hujus Operis docetur initio, Judæos tempore illo, quo Christus ad ipsos venit, viventes satis rationum habuisse credendi, eum esse verum Messiam; at causas incredulitatis fuisse partim præjudicia pravis affectibus juncta, (e.g. quod Christus sit futurus Monarcha totius mundi, felices facturus solos Judæos, Romanos contra cæterosque ethnicos gravissima persecuturus ultione, legem Mosaicam cærimoniam perpetuo

con-

conservaturus, & quæ sunt plura hujus generis,) partim sectarum inter ipsos diversitatem: qua occasione descriptionem exhibet Samaritanorum, Pharizorum, Sadducæorum, Herodianorum, Essenorum, imo & Caraitarum, non negans, se Basnagium hic sequi ducem, celeberrimum illum historię Judaicę scriptorem, simulque, quid in singulorum doctrinis atque institutis fuerit, quod impedimento esset, quo minus Christum pro vero Messia colerent, strictim ostendit.

Parte *tertia* hodiernis religionis Christianę impugnantibus obviam it doctissimus Autor, Atheis, Deistis, atque Epicureis. Et *primo* quidem Capite notat eorum imprudentiam, qui negant responderi debere argumentis ex ratione petitis contra religionem Christianam, causantes, rationem esse fallacem, eamque esse sub obsequium S. Scripturę captivandam. Ostendit enim, hęc pacto victoriam concedi antiscipturariis, quippe qui contendant, Christianos esse animalia irrationalia. Præterea rationem esse præstantissimum donum DEI ducemque fidelissimam in via ad veritatem. Hinc statim refellit eos, qui Judæos ob eandem Christi injuste puniri ajunt, cum mors Christi a DEO destinata fuerit ad salutem humani generis. Negat scilicet, decreto quodam absoluto DEUM voluisse, ut Judæi necarent Christum. Igitur omnem culpam redundare in Judæos, quorum factum cum præscientia Dei demonstrative quidem, sed non item clare, concillari posse, erudite judicat. Nimirum *proprie nos sensus edocet, inquit, nos homines in agendo esse liberos. Porro firma evincit ratio, Deum præscire omnia. Hoc, inquit, nobis sufficiat.* Sequitur alia obiectio religioni Christianę opponi solita. Scilicet obijcitur ab Atheis, atque Epicureis, religionem Christianam habere doctrinas aliquot, quarum difficultates non possint tolli resolutione satis lucida. Hic Noster respondet primo hunc in modum: Cum supra certissimis argumentis probata sit religionis Christianę veritas, nihil ineptius est, quam hæc antiscipturariorum argumentatio: *Est religio Christiana nititur argumentis clarissimis solidissimisque, tamen debet rejecti ideo, quod non omnes ejus difficultates queunt resolvi.* Deinde docet, qui istam objectionem ingeminant, eos ipsos

P. 144.

iplos multa pro certissimis habere, quæ tamen gravissimis implicentur difficultatibus. Esse enim in physicis plures veritates certissimas, quæ tamen conjunctæ sint cum difficultatibus, quas nemo resolvere possit. Ex. gr. esse ens aliquod æternum, & id existere necessario, ipsi concedunt athei: & tamen ea doctrina tot alit difficultates, ut eam perspicue concepiat nemo. Pari modo existere corpus, itemque motum corporum, certissimum habetur omnibus: ipse tamen Bælius fatetur, utriusque huic veritati difficultates opponi posse insolubiles. Cæterum ne id genus hominum impune sic argumentetur, acutissime Noster Systema doctrinæ atheorum expendit ac docet, eos ea statuere, quæ innumeris referta sunt absurditatibus & contradictionibus. *Cap. II* refellitur objectio a dissidiis Theologorum petita, & ostenditur, eam sententiarum discrepantiam oriri partim a temperamentorum, partim a præjudiciorum, partim ab affectuum diversitate. *Cap. III* copiosissime pariter ac lucidissime probat, antagonistas religionis Christianæ ad eam rejiciendam non tam rationibus perconveneri, quam pravis suis affectibus, & ut tranquillo animo obsequi queant cupiditatibus suis, toto pectore optare, ut falsæ sint doctrinæ Christianorum & S. Scripturæ. Quatuor igitur esse præcipuos incredulitatis eorum fontes, amorem bonorum sensualium, ambitionem, ignaviam, & prava aliorum exempla: & hinc nasci cum practicum, tum theoreticum atheismum. *Cap. IV* tractat remedia incredulitati opponenda, cumque, ut superiori capite dictum, propriæ utilitatis respectus homines a religione Christiana reddere soleat alienos, hic ostendit, religionis hujus cultores sinceros quam optime consulere suis commodis, nec in hac solum vita, sed in futura quoque statum suam reddere beatissimum; cum contra atheus homo gravissimis animi tormentis, maxime sub finem vitæ, sit expositus. Tandem *Cap. V* eleganter ostendit, incredulos injustissime sibi arrogare titulum ingeniorum heroicorum, (*esprit fort*), ac revera homines esse ingenuis præditos maxime imbecillibus: e contrario philosophum Christianum cum in theoria tum in praxi demonstrare, ingenium sibi esse heroicum.

PETRI

PETRI MORETTI, ROMANI CANONICI,
*Dissertatio de ritu ostensionis sacrarum
 reliquiarum.*

Romæ, apud Rocchum Bernabum, 1721, 4.

Pl. 20.

Sacras reliquias Romana in Ecclesia subinde solenni ritu ostendi & exhiberi populo, satis constat inter omnes. Quod de instituto cum nemo singularem confecerit librum, Autor noster in animum induxit, hanc publicare dissertationem: cujus initio docet, jam inter ethnicos olim viguisse morem res sacras ostendendi publice, idque Phœnicum, Ægyptiorum, Græcorum, ac Romanorum exemplo docte demonstrat. Cum vero exempla gentium superstitionem pro religione colentium minus honorifica videantur Ecclesiæ Romanæ, demonstrare appetitur, in ipsa Hebræorum Ecclesia ritum illum fuisse frequentatum. Producit igitur primo Mosem, qui sacras tabulas ipsius DEI digito exaratas ostendit populo. Deinde multiplicem arcæ Domini translationem lectoribus in memoriam revocat. Atque hæc duo exempla sufficere putat ad probandum, Hebræos quoque sacra sua interdum publice spectanda exhibuisse. Jam sine mora descendit ad Catholicam Ecclesiam, ac primo paucis laudat veterem consuetudinem sanctissimum Eucharistiæ panem ostendendi expositum super altaria. Hinc venit ad sacrarum reliquiarum ostensionem publicam, expositoque hujus ritus fine, ut scilicet pietas Christianorum hoc intuitu magis incendatur, ex prisca historia docet, reliquias interdum ostendi consuevisse statis diebus, interdum eo tempore, cum alium transferebantur in locum, item cum inveniebantur primum, vel cum ab Episcopo recognoscebantur: quæ singula comprobat exemplis luculentis. Hinc eum persequitur morem, quo peregrinis & advenis jam olim ostendebantur reliquie. Pari modo exemplis illustrioribus probat, in prælio militibus ostendi solitas esse reliquias ad robur animis incutiendum. Redit inde ad statos dies hujus ostensionis & quibus festis diebus reliquie publico conspectui fuerint expositæ, docte enarrat. Progreditur hinc ad ostensiones reliquia-

P p

rum

§. 7.

rum extraordinarias, quæ pendent præsidium ecclesiasticorum arbitrio. Ac tum loca commemorat, e quibus exhibebantur reliquæ, excelsos montes, campos, fora, partes templorum exteriores, turres, altaria. Loca illa postea docet variè exornata fuisse modis, simulque notat hæreticos ornatuum hæreticorum irrisores. Agit deinceps de ministris harum ostensionum, Pontificibus, Episcopis, Cardinalibus, Patriarchis, Presbyteris. Laicos vero Principes non solere ostendendis adhiberi reliquiis, addit, nisi postquam adscripti viris ecclesiasticis, aut saltem speciali veneratione communiti fuerint a præsulibus Ecclesiæ. Sacrilegium enim haberi ostendit, laicos, e quorum numero ne Reges quidem excludantur, manibus suis attingere sacras reliquias. Ad cærimonia in his ostensionibus, præcipue solemnioribus, servatas quod attinet, docet, legibus sancitum esse, ne nudæ ostendantur reliquæ. Hujusque interdicti causas aperit. Hinc de habitu differit ministrorum reliquias ostendentium, ac de chirothecis, quibus eorum manus oportet indui. Pari modo cæteros ritus in ostensione reliquiarum usitatos persequitur accurate. Nec miracula prætermittit, quæ hac occasione sæpius patrata esse feruntur. Postremo loco e picturis, numismatibus, aliisque monumentis ritus istius antiquitatem breviter demonstrat.

RUARDI ANDALÆ EXEGESIS ILLUSTRUM LOCORUM S. SCRIPTURÆ. ACCEDIT CLAVIS APOCALYPTICÆ.

Franequera, apud Wibium Bleck, 1720, 4.

Alph. 3 pl. 20.

CL. Autor, cujus *Exercitationes in philosophiam primam & naturalem* A. 1709 p. 132 & *Systema Theologico-Physico-Metaphysicum* A. 1711 p. 121 recensuimus, nunc Exegeticas aliquot Dissertationes, quas theologica in cathedra superioribus annis defendit, cum literato orbe communicat. Iis illustranda sibi & enodanda sumit octo loca illustra, de quorum sensu quid sentiat, mox videbimus. *Primo* scilicet interpretatur verba DEI apud *Ezechialem* XX, 27, hunc in sensum, ut per

p. 1-98.

statu a non bona capiat legem Moſis carimonialem, oppoſitam legi amoris erga Deum & proximum. Priorem ideo dici putat non bonam, quia non fit utilis ad conſequendam vitam æternam; cum contra lex poſterior vitam ſummamque felicitatem promittat obedientibus. Explicationem hanc, jam olim a pluribus Eccleſiæ Patribus comprobata, & a Coccejo, quem ſummum poſt Apoſtolorum ad hæc uſque tempora S. Scriptura interpretem vocat, deſenſam, itemque ab Allinga, Wayenio, aliisque propugnata, cum impugnarint nonnulli, Noſter oſtendere conatur, horum interpretationes eſſe contortas, vini inferre textui, minimeque verbis Spiritus S. ſatisfacere, atque adeo nullo modo admitti poſſe. Has igitur ſigillatim reſellit, ac ſpeciatim Vlakis cujuſdam, quem durius tractat, ſententiam. Adverſum æ quod attinet, hoc modo eum *מאן דקדישן* Noſtro placuit: Ego, inquit DEUS, univerſum hunc populum nolui pro ſancto habere, ut ad me accederet, & dona ſua mihi offerret, ſive in propria perſona, ſive in omnibus ſuis primogenitis populam totum repræſentantibus: quin imo eum populum pro non ſancto habui, & ut impurum a me meoque altari omnibusque rebus ſacris removi; maxime quando in recenſione & numeratione primogenitorum eos rejeci, eorumque loco Levitas aſſuſi & vocavi ad ſacrum miniſterium; ut ipſos in ſtuporem agerem, ab opinione propria juſtitie averterem, & os omne obduraretur, agnoſcerentque, me ſolum eſſe Jehovah, qui ſanctificet ipſos. Quam interpretationem primo demonſtrare conatur, deinde diſſentientes reſellit, in iisque rurfus Vladium potiffimum eligit adverſarium & antagoniſtam. Secundus locus, cujuſ exegeſis hic exhibetur, eſt notiſſimus ille de *ſciblo Geneſ. XLIX, 10*. Noſter per Judam capiendum cenſet non univerſum Judaicum populum, ſed tantum tribum Judæ; per *שׁבט* ſceptrum regium, per *פּוֹרַת* legislatorem, id eſt, interpretes legis divinx eccleſiaſticos. Ac ſatiſcintum hoc impletum fuiſſe putat in Davide, cujuſ poſteri uſque ad captivitatem Babyloſicam tenuerunt ſceptra regium, quo tempore in Zedekia, ultimo ex tribu Judæ Rege, ſceptra reſiſſe a Juda, penitus quippe tum abolito regno Judæ. Cum vero in vaticinio iſto prædici videatur, Judam ſceptra eſſe retentura

p. 3.

53.

p. 99-146.

- rum usque ad adventum *re Schilo*, Noster respondet, conjunctim hæc sumenda esse, *non recessurum esse sceptrum a Juda, nec legislatorem a medio pedum ejus*, hoc sensu: etsi in captivitate Babylonica sceptrum sit recessurum a Juda, semper tamen manuros esse doctores inter Judæos, ad quorum pedes discipuli fedant, donec adveniat Messias. *Tertia* Exegesis contemplatur ænetum illum serpentem *Numer. XXI, 8, 9 & Joan. III, 14, 15*, iique refutantur hic, quibus in mentem venit statuere, non Christi typum fuisse serpentem illum, sed Diaboli, una cum Christo in crucem acti, victi atque triumphati. *Quarta* Exercitatio inscripta est *de typo suspensi eodem die sepeliendi, Deut. XXI, 22, 23 & Galat. III, 13*. De illius legis vero sensu ac scopo pluribus Autor disputat, ac tandem ostendit, suspensum in V. T. hominem fuisse figuram ac typum Christi suspensi, subeantis hoc ipso maledictionem legis, ut nos a legis maledictione liberaret & redimeret. *Quinta* Dissertatio illustrandis *Esaiæ* verbis *cap. XL, 6, 7, 8* destinata est; *sexta* *δυσλόγητος* illum locum expendit, qui in *epistola Juda* exstat *v. 9*. Ac Noster quidem per *corpus Moysi* nihil aliud innui existimat, quam *corpus omnium umbrarum in lege Moysi institutarum*. Per *Michaëlem* capit *Christum*, qui, cum Satanæ se opponeret restaurationi templi, restitutioni sacerdotii Levitici cultusque umbratilis, & legis universæ Mosaicæ observationi, populi Judaici causam egerit, & postularit vi suæ sponsonis restitutionem earum umbrarum, rituum & sacerdotiæ, mansuri usque ad id tempus, cum umbris successura sit veritas, & corpori Moysi corpus Christi, sacerdotioque ac sacrificiis V. T. verum Christi sacerdotium & sacrificium, veraque expiatio peccatorum in sanguine sponsoris. *Sexta* Disputatio versatur in verbis Christi *Matth. V, 20*, ostenditque, istis verbis Christum nos edocere tantam bonorum operum; veræque & sinceræ sanctitatis & justitiæ internæ necessitatem, ut sine ea salutem æternam consequi nemo possit: atque adeo vulgatam de justitia imputativa interpretationem repudiat. *Septima* loco considerantur verba Christi *Matth. XI, 21*. Hic simul copiose Cl. Autor disputat de miraculis, eoque de argumento studiosis de meliore nota commendat Poiræti, quem virum *subtilissimum atque eruditissimum*

nam vocat, *Cogitationes de DEO & anima*, ex eoque libro se multum ait profecisse in hac difficili materia, nec in ullum alium incidisse, qui æque animo suo satisfecerit. Hinc querit, quomodo & ex quo fundamento Christus certam hanc cognitionem de re futura sub certa conditione, nec tamen revera futura, habuerit. Ac subductis rationibus ita ad ultimum statuit: si Tyriis & Sidoniis prædicatum fuisset Evangelium, patrataque inter eos essent miracula, DEO efficaciter per id verbum & per ea miracula operante, eos & externam poenitentiam acturos fuisse, & speciatim electos veram & salutarem fidem sincerumque DEI amorem concepturos, nec, quo minus Tyrii ac Sidonii tum fuerint conversi, aliud quicquam impedimento fuisse, quam quod tempus vocandi gentes nondum advenisset. Simul ostendere conatur Cl. Autor, dictum hoc neutiquam patrocinari sententiæ quorundam theologorum de *scientia media*, quam ipse *absurdum figmentum* vocare non vocetur. *Ultima* Dissertatione docetur, *Zach. III, 9* sub emblemate *lapidis* designari Messiam, de eoque totum hunc versum interpretandum esse.

p. 389-436

Venimus ad alteram hujus Operis partem, quæ *Clavem* exhibet *Apocalypticam*. Constat ea quatuor Propositionibus, quarum hæc prima est: *in Apocalypsi Joannis describuntur fata orbis & Ecclesia futura, maxime a tempore adscensionis Christi in celum usque ad finem mundi*. Supponit hic Cl. Autor, hanc revelationem Apostolo obvenisse imperante Domitiano, quam sententiam aliquot affirmat rationibus. *Prop. II: Fata orbis & Ecclesia in Apocalypsi describuntur serie continuata, filo perpetuo, & ordine concatenato, tanquam existura septem Ecclesia N. T. periodis, sed inæqualis durationis*. Hanc Propositionem demonstrari putat ex *septem epistolis, septem sigillis, septem tubicinis, & septem phialis*. Ac septem quidem epistolas illas paucis perlustrat, iisque docet convenire tantummodo sensum propheticum de futuris N. T. temporibus. Sic & septem tubiciniorum parallelismum cum septem phialis ostendit. Cæterum septem N. T. periodos ita definit, ut prima ab adscensione Christi porrigatur usque ad persecutionem Neronis, secunda usque ad Constantinum M. tertia usque ad Papam Bonifacium III, quarta usque ad Wicle-

sum, quinta usque ad reformationem Lutheri & Zwinglii, sexta usque ad oppressionem Antichristi, septima denique usque ad finem mundi. *Prop. III: Emblemata Apocalypica explicanda sunt ex ipsa Apocalypsi, aliisque prophetiis, habita semper ratione contextus & seriei rerum, nunquam autem ad propriam hypothesein torquenda.* Hac in re solum Coccejum plerumque ait rem ac tu tetigisse, cæteros minus feliciter hic versatos esse ac multis modis aberrasse, e. g. Jurizum, cujus explanationes copiosius expendit. Ipse hic exhibet suam interpretationem Apocalypicorum emblematum: speciatim studiose exponit emblemata *bessis* Capite XIII & sequentibus usque ad XIX. descripta. *Prop. IV: Fata orbis & Ecclesia non una & continua prophetia, sed pluribus visis, in Apocalypsi revelantur, eorumque series sæpe ab initio repetitur, tum totalis in generalibus, tum partialis in particularibus visis, ad ulteriorem præcedentium explanationem.* Hanc Propositionem dum illustrare studet atque confirmare, præcipua quædam loca Apocalypseos interpretatur. Earum interpretationum hic facienda nobis videtur mentio, ut lectores inde judicare queant, quanta spe expectandus sit uberior in Apocalypsin Commentarius, quem Cl. Autor se em futurum spondet hoc ipso in libro. Ut igitur omittamus, quod superius censuit, *Cap. XII* ipsam nativitatem & ascensionem Christi describi; *p. 171* patet, per *duos testes Apoc. XI* non posse non intelligi *Mosén & Christum*. Quod si quis propositam hanc a Coccejo explanationem non amplectetur, eum *p. 173* iudicat vel magnam inopiam iudicii, vel negligentiam, vel partium studium, vel novaturiendi pruritus prode. *Caput XX*, quod difficillimum sibi obscurissimum esse omnes interpretes consententur, Noster sibi nec difficile nec obscurum videri ait. Statuit autem, Satanam non esse solum ante tempus Reformationis, nec simul & semel, sed successive, post Reformationem solum iri, ac tum demum plene, quando nationes congregatæ fuerint, atque Ecclesiam cincturæ sint: id quod adhuc futurum esse credit. Pari modo ligationem Satanæ statuit gradatim factam esse post Constantini M. tempora. Per *millennium* negat intelligi debere omne tempus a morte Christi usque

p. 141.

12. 35.
& 177.

187 sq.

neque ad finem mundi decursurum, sed annos 1260, Capite XI commemoratos. Ac millennii illius exordium incidere putat in illud tempus, quo Bonifacius III factus est Episcopus universalis: tum enim Satanam, jam a tempore Constantini M. ligari coeptum, tandem suam potentiam & regnum tradere coactum esse *Befia*. Terminari autem millennium illud putat circa tempus Reformationis, quo tempore rursus sensim & per gradus solutum fuisse putat Satanam, sed tantum per breve tempus. Plenæ vero solutionis tempus & complementum nondum adesse existimat. P. 195 *sqq.* copiosa exstat Disputatio de *Gog & Magog*, quæ eo tandem redit, ut Cl. Autor concludat, Gogum esse Antichristum ipsum, Magogum autem esse multitudinem ei subjectam, ejusque addictam cultui. P. 201 *sqq.* negat, *Cap. XXI & XXII* de statu Ecclesiæ in cælis triumphantis agi, arbitratur autem, his capitibus describi gloriosum & beatum statum, quem Ecclesiæ ultimi temporis post destructum atque abolitum Antichristum in hæc terra sit habitura.

**INTRODUCTIO AD LIBROS PROPHE-
ticos Bibliorum V. T. præcognita critica & historica, ac
auctoritatis vindicias exponens, adornata studio L. J. G.
GOTTLOB. CARPZOVII, S. Th. Extr. & Ling. S.
Ord. Pr. P. nec non Archidiacon.**

Thom.

Lipfiz, apud Heredes Lanckisii, 1721. 4.

Alph. 3 pl. 7.

Succedit parti secundæ Introductionis in libros S. Codicis Cel. Carpzovii jam *tertia*, quæ est de libris *Prophetis*, quæque toti operi finem imponit, cui præfationem, qua se contra Trevoltiensium Ephemeridum scriptores defenderet, præmittendam censuit. Est enim illi mensis Febr. An. MDCCXIX hoc institutum, dum ejus Partem primam exhibent, laude dignum pronuntiant, tamen non tantum eo, quibus Cl. Autor a communi Ecclesiæ Romano-Catholicæ sententiæ recedit, sed etiam quædam ad res gestas & temporum rationem præcipua per-

pertinentia fugillare conantur. Quapropter ipse Judaicum & Ec-
 clesiasticum canonem prorsus eundem esse, & utrumque libros
 Apocryphos respuere, Apocryphorum notionem, secundum
 quam ita dicantur, quod in $\alpha\lambda\epsilon\gamma\alpha\lambda\alpha$ seu arca testamentaria non
 fuerint repositi, id quod etiam fateatur Huetius, se recte habere,
 chronologiam Scaligeri sibi constare, æram ab O. C. ad Chr-
 stum natum M M M annorum, quæ tantum antiqua tempora
 respiciat, commode tolerari posse, illam explicationem, quæ
 in verbis Gen. XXXVI, 31 ellipticam phrasin requirit, non pos-
 se sine eo, quod Moses spiritu prophetico de Regibus Idumæis
 scripserit, perstare, errorem illum, quo in numero Judicium
 XIX anni redundant, nondum esse ostensum, non minui di-
 gnitatem Josephi, contendentis, scripta post Artaxerxem Judaica
 non ejusdem esse pretii ac Prophetarum, eo quod dicatur Zoro-
 babelis propaginem I Chron. III ultra Maccabzorum tempora
 produci & non longe ab ætate Christi abesse, siquidem sanctus
 quidam vir profapiz Zorobabelis ulteriorem generationum fe-
 riam $\Delta\epsilon\omicron\pi\upsilon\epsilon\upsilon\sigma\tau\omicron\varsigma$ adjicere potuerit, atque iis, quæ contra suam
 pro Luthero de Estherz libro non male sentiente defensionem
 protulerint, sibi injuriam fieri, præclare docet clarissimeque
 confirmat. In opere ipso Cap. I de Prophetis generatim ita dis-
 cernit, ut multis exponat, discrimen $\text{נבִיא, רוֹחַ, וְדַבָּר}$ accur-
 tum hodie ignorari, viros prophetas esse homines divina luce
 collustratos, res vel sublimitate sua abstrusas, vel eventu adhuc
 futuras & naturali sagacitate impervestigabiles atque incogni-
 tas ex divina revelatione percipientes, & vel per signa vel per
 verba cum aliis, quorum eas scire intererat, communicantes;
 quicquid veri vaticinii naturam habeat, Deo soli tribuendam,
 qui, quomodo se manifestare voluerit, Num. XII docuerit; præ-
 parationem ad recipiendum spiritum fatidicum fuisse scholas
 propheticas, musicam & ecstasin; Bileamo inter veros prophe-
 tas utique locum concedendum, quamvis id neget Gisb. Voe-
 tius; germanosque vates in cœtu Dei, & non inter gentes extitisse,
 etsi ad has quoque missi fuerint. Rationem vaticinandi cum
 in perceptione rerum revelatarum tum in earundem cum aliis
 communicatione consistere, illamque fuisse motum transeun-
 tem,

tem, qui dependerit a *πνευματοφωρία*, quæ mentem Prophetæ, discussis tenebris, illustraverit, divinæ revelationis certitudinem attulerit, vates invitos in assensum rapuerit, atque validissimo impulsu, cui reslingendo se impares senserint, egerit, unde omnino intellexerint, quæ revelarentur, etsi significationes visionum non semper assecuti fuerint, & circumstantias revelatorum ignoraverint; hanc vel aperta oratione vel symbolorum involucris factam, ita, ut vel conciones ad populum habuerint, vel earum summam in epitomen relatam valvis vel templi vel auditorii affixerint, quæ tamen etiam ab iisdem in unum volumen collecta esse, perhibet. Agit etiam de Prophetarum officio, refellitque Simonium fingentem eorum operam fuisse, præcipuas imperii res consignare, & in tabulariis recondere, addit inde eorum attributa, quæ sint necessitas hypothetica, utilitas, & inauguratio, quam factam esse per vocationem certissime, per unctionem titubanter, per *χριστοθεσίαν* minime, etsi id Dav. Knibbii affirmet, pronuntiandum sit. Tum notas, ex quibus veri Prophetæ a falsis discernendi fuerint, qui sint prophetiæ cum doctrina antiquorum Patrum consensus, ejusdemque, si esset de eventibus brevi extituris, impletio, aliorum Prophetarum consensus & testimonium, vitæ integritas, oraculorum pondus, miracula, quibus stipati fuerint, intrepida *πρόφησια* & varia divinitatis documenta, enumerat; eos porro sibi fidem verbis *וַיְהִי כֵן* conciliasse, quorum abusum, a falsis Prophetis admissum, defectus superius enumeratorum characterum arguerit, & ab errore tantum in vaticinando fuisse immunes, monet; ac præter Collinum, Prophetas in numerum libere cogitantium referentem, Grotium quoque, Prophetarum oracula in N. T. veritatis non confirmandæ sed illustrandæ gratia adhiberi consentem, refellit. Accedit hinc ad eorum stylum, ejus temperamentum Spiritui S. modis omnibus tribuendum, qui tametsi apud omnes non sit æqualis, sed diversissimus, nihilominus ubique veram vaticiniorum notam ostendat, dictione & figuris congruis se commendat, quamvis interdum difficilis appareat, ejus causæ in Laconismum in exagitandis vitiis adhibitum, in nomina provinciarum, in quibus degebant, barbara, &

in dictionum, proverbiorum & ænigmatum apud Hebræos notorum usum, rejiciendæ sint. Tandem etiam, quomodo Prophetæ se deinceps exceperint, declarat, iisque, qui Prophetarum ætatem in tres temporum articulos dispefcunt: quorum primus sit promissionis ante legem Mosaicam; secundus V. T. sub lege, cujus quatuor sint ætates, quarum prima in deserto, secunda in Canaan, tertia in captivitate Babylonica, quarta post solutam captivitatem; tertius N. T. sub Evangelio fuit, calculum adjicit, quibus quædam de Prophetis prioribus & posterioribus majoribusque & minoribus, tabulam chronologicam Prophetarum, nonnulla de Pseudo-prophetis, & Scriptores, qui de prophetis & vaticiniis generatim commentati sunt, subjicit. Proximis capitibus Sum. Ven. Autor de Prophetarum scriptis speciatim agit, & de cujusque sede & loco, autore secundo, ratione ortus, vitæ & mortis, argumento, objecto, scopo, utilitate, autoritate divina, chronologia, partitioneque ordine differit, & ad extremum tabulam synopticam, commentarios item tum veteres tum recentiores, tum Judaicos tum christianos, exhibet. Et hæc quidem sufficere possint ad hanc introductionem aliis commendandam. Sed par est, ut per singula capita eamus, & quædam notatu digna in illis allata huc transferamus, ut intelligi possit, quam accurate omnia sint explanata ibi & discussa. Itaque Cap. I. N. C. I. Autor se ad *Jesaiam* confert, eumque in Maforethicis primum inter omnes Prophetas obtinere locum, in Talmudicis vero codicibus post Jeremiam & Ezechielem comparere annotat; eundem patre Prophetam solum, aut regio sanguine ortum, vocationem primam visione, quæ Cap. VI habetur, ut ita ante quinque capita, prout Sanctius sentit, ponendum sit, accepisse, & terra cedrina dissectum esse, negat; cumque in definiendo annorum ambitu, quibus Prophetam egerit, vehementer inter se scriptores dissentiant, rationibus subductis, eum quinquaginta octo annos in munere prophetico consumpsisse, quibus si addantur triginta anni, quos antea vixerit, vitam ad annum octogessimum octavum perduxisse existimat. *Jeremia* nomen Cap. III ex יְרֵמְיָהוּ *projicit Deus coaluisse, patre sacerdote inferioris ordi-*

ordinis natum, minime Mofi, ut Abarbanel contendat, parem, nec proprium a Spiritu S. intentum Messiaë typum, nec cœlibem fuisse, nec quo genere mortis obierit, nec ubi locorum ejus corpus sit sepultum, constare, minime vero a compilatore quodam, sed ab ipso vaticinia ejus collecta esse; Baruchum, etsi Viri Θεοπνεύσις non sit accensendus, Θεοπνεύσις tamen scripsisse, ut alii Phrophetarum amanuenses, qui mediata Dei in scribendo directione interveniente vivorum Θεοπνεύσις dictamine & inspectione gavisi fuerint, & Deo manu & atramento scribendo ministraverint, ut non sint cum librariis & typographis, qui jam inde ab Apostolis usque in hunc diem Biblia Ecclesiis procurarint, ut Voetius senserit, comparandi, & ordinem vaticiniorum capitumque, qui temporum rationi succesionique Regum Judaicorum minime respondeat, ab ipso profectum esse, tradit; eundem etiam a rusticitatis stylo, quem ei quidam objecerint, vindicat, seque Spinosa contra divinitatem veritatemque ejus vaticiniorum disputanti opponit; atque tandem ea, quæ in hoc Propheta habentur, cum historia profana confert. Cum ejusdem sint *Threni*, Cap. IV illos a Spiritu S. profectos esse, & non in fovea, sed vel Ramæ vel potius Mizpæ concinnatos, nec cum lamentationibus, in memoriam Josiæ scriptis, prorsus convenire, post urbis vero excidium in Judæorum superstitem & in summa calamitate viventium usum conscriptos esse, contendit. *Ezechielem* Cap. V ab Hebræo עזקיהו קריא *prevalebit Deus* appellatum, & trigesimo ætatis anno munere prophetico admodum esse, cujus sepulchrum minime adhuc supersit, & cujus liber, in duas partes divisus, ab eo sit scriptus, & dignitate auctoritateque divina polleat, adversantibus Judæis & Spinoza, clarissime docet. Quin *Danielis* liber, Cap. VI, a Judæis inter Hagiographa ideo sit relatus, quod admodum perspicua de Messiaë adventu morteque oracula contineat, verique nominis Propheta fuerit, quamvis munere prophetandi docendique publice non sit functus, non dubitat, eumque non eunuchum sed cubicularium suorumque vaticiniorum esse Scriptorem, quæ minime quidam temporibus Antiochi Epiphaniis, ut Porphyrius somniet, sed ipse protulerit, consignaveritque, & quidem ea rati-

one, uti hodie extant, ita ut priora septem capita e Chaldaeorum annalibus non sint petita, quod tamen sibi persuaserit Spinoza, multis declarat. Accedit deinceps ad Prophetas minores, fistitque Cap. VII *Hoscam*, cujus nomen non *Salva* sed *Servatorum* in impropria secundariaque significatione, ut Prophetis Deique servis conveniat, notet, eum ineundo cum fornicatrice matrimonium, quod non in visione sed revera factum sit, Messiae e gentibus pium sibi coetum colligentis typum gessisse, negat, qui potius representaverit Dominum, sicuti uxor fornicaria regnum Israelis Deo desponsatum, idololatria vero contaminatum, & quemadmodum, quot annos in hac vita exacte egerit, ita quoque qua occasione quodlibet vaticinium protulerit, ignorari concedit, qua tamen de re Herm. von der Hardt dissertationes cum fructu consuli possunt, ex quibus tabulam quoque chronologicam ad calculum suum revocatam exhibet. *Joel* ipsi Cap. VIII est ab inusitato *איל* quod in Hiphil *אילי* voluit, cui res fuerit cum Judæis, quorum sacerdotes ad poenitentiam hortetur, cujusque ætas & vaticinia in tempora Uhiæ, ab Hosea & Amoso illustrata, cadant. *Amosum* Cap. IX indicare *oncratum*, eumque non opera servorum, sed proprio studio rem pecuariam exercuisse, atque *כַּנְקָרִים* a LXX *ἐν ναυκαγορίῃ* versum, variis lectionibus ansam dedisse, notat; cum neget, se esse Prophetam Cap. VII, 14, id de eo, qualis jam sit, & qui a primis annis talis extiterit, intelligendum censet, eidem hoc scriptum, quod ei denegat Hobbesius, vindicat, stylum ejus purum planumque esse, & figuris picturisque ornatum, quem in eo idiota Deus produxerit, atque terræ motum, cujus Cap. I fit mentio, proprie sumendum esse, signumque temporis indicare, contendit. Pergit Cap. X ad *Obadiam*, & ut eum ob solum nomen typum Messiae habendum esse inficiatur, ita eum de Iduæis proprio sensu vaticinatum esse, & ad ejus comuna 8 Paulum I Cor. I, 19 respicere, & Achasi tempore vixisse, cum argumentum prophetiæ ejus ex historia 2 Chron. XXVII, 6-17 desumptum esse claris pateat indiciis, confirmat. Dum de *Jona* Cap. XI disserit, paradoxam de ejus fuga projectique in mare & a ceto absorpti post triduum restitutione Herm. von der Hardt

Hardt sententiam commentatione duplici divulgatam & in medium affert, & paucis refellit, res ab eo gestas in gentilium fabulis repræsentari concedit, minime autem eum inter sanctos, qui tempore resurrectionis Christi e sepulchris prodierint, revixisse, aut duos fuisse Jonæ nomine celebres, ut idem von der Hardt sentiat, nec Jonæ tantum vaticiniorum fragmenta extare, ut Spinoza somniet, esse eidem locum inter Prophetas, et si scriptum ejus historiam exhibeat, quia in ea præcipui vaticinii mysterium lateat, unde etiam ejus scopus fit & historicus & typicus, ætatem ejus ad Jeroboami II initia & Patris Joasi extrema, renitente frustra Scaligero, spectare, accurate declarat. In exponenda Cap. XII tum *Michæ*, tum *Moraschitz* notione variare Scriptores notat, & in illa Hillero, cui *Micha* est, *attenuationi erit*, in hac illis, qui eum a patre ita appellatum volunt, ad hæret, & quæ de ejus sepulchro corporeque sub Theodosio seniore invento antiquitus circumlata fuerunt, commemorat. Transit Cap. XIII ad *Nabumum*, qui *Elkoschita* a patria dicatur, vaticiniumque de Ninivitis, quod illi, tametsi inter eos non vixerit, tamen acceperint, ediderit, & quod ad Achasi Imperii initia pertineat. Cap. XIV ad *Habacucum*, quem leonem vigilem, cujus *Jes. XXI, 8* mentio, fuisse, & multa alia in primis librum justorum scripsisse, ut quidam commenti sint, negat, tempora vero *Manassis* extrema attigisse, recte tradi, ostendit; & Cap. XV ad *Zephansam*, qui in exprobrandis Judaicæ gentis vitiis cum *Jeremia* paria fecerit, post repurgationem sacrorum a *Josia* factam se vatem stiterit, atque ideo cum *Hobbessio* antiquissimus Prophetarum minime sit habendus. Sequuntur tandem ultimi tres Prophetæ, qui reductis ab exilio Judæis vixerint, quorum primus Cap. XVI *Haggæus*, *Babylone* natus etiam secundum Judæos in numero Prophetarum habendus, cum donum Propheticum secundo demum templo perfecte consummato cessaverit, cujus per manum, uti etiam per os, Deus sua vaticinia promulgaverit, quod de quibusdam psalmis falso tradatur, & cujus ætas in ea tempora, quibus *Darius Hystaspis* floruit, inciderit. Secundus autem Cap. XVII *Zacharias*, cujus sacerdotalis dignitas in dubio versetur, & cujus personam *Christus* minime in

animo habuerit, cum Zachariæ inter templum & altare interfecti meminerit, qui potius is, de quo 2 Chron. XXIV, 3 legendum, cujusque stylus visionibus abstrusis congruus fit, & inclinatum Hebrææ linguæ ætatem redoleat, adeoque difficiles explicationes secum ferat. Tertius tandem Cap. XVIII fit *Malachias*, cujus nomen, quod legatum Dei exprimit, non appellativum sed proprium, quique prophetarum extremus & ejusdem cum Nehemia fit ætatis. Coronidis loco accedunt paralipomena, quibus continentur ea, quæ hinc inde inferenda censuit Cl. Autor, in primisque ejus programma, quod cum munus docendi extra ordinem theologiam adiret, conscripsit, & quo Tollandum, ea, quæ Moses de gente Judaica tradit, convellere ausum, refutavit.

L. CÆCILII FIRMIANI LACTANTII SYMPOSIUM, quod vero suo auctori reddidit, ope codicum MSS. repurgavit, suisque & Castalionis, Barthii, Bessælii, aliorumque notis illustravit CHRISTOPH. AUG.

HEUMANNUS

Hanoveræ, apud Nic. Fœrsterum, 1722, 8.

Plag. 2 1½.

Valde adhuc neglecta jacuere centum illa ænigmata, quæ *Symposii Poeta* nomine inscripta literatis haud sunt incognita, ac instar levissimi epimetri annecti consueverunt *Phadri Fabuli*. Nunc vero majus iis conciliavit pretium, ac plurimorum curiosos oculos illuc convertit Cl. Heumannus, dum demonstratum ivit, horum ænigmatum autorem esse celebratissimum illum veteris ævi scriptorem, *Ciceronis Christiani* nomine condecoratum, Lactantium. Meminit enim Hieronymus *Symposii* cujusdam a Lactantio scripti, quem libri titulum Heumannus contendit errore ridiculo transmutatum fuisse in nomen auctoris. Id ut persvadeat lectoribus suis, in *Prefatione* (quæ nonaginta propemodum paginas implet,) complura producit argumenta, quæ §. X hoc modo conjungit in unum: *Si Lactantius scripsit Symposium, ac præter Lactantium nemo quisquam*

quam scriptorum ecclesiasticorum; siquis is in adolescentia suam scripsit *Symposium*, qua aetate hoc nostrum scriptum esse nemo dubitat; si porro *Symposio* huic praefixum in antiquis codicibus est nomen Cœlii Firminiani; si praeterea nostrum *Symposium* nec stylium habet Lactantio indignum, nec vel aetas vel aliud quicquam obstat, quo minus id Lactantium habere possit autorem; sequitur profecto, meam conjecturam esse adeo veri similem, ut jure meritoque *Symposio* nostro praefigatur nomen Lactantii. Addit, se pluribus niti argumentis ad vindicandum hunc librum Lactantio, quam Baluzius habuerit, cum probaret, Lactantium esse Autorem libri *de mortibus persecutorum*. Nominat hinc tres viros clarissimos, qui suae sententiae promti subscripserint, simul tamen tres producens alios, qui ipsi haud assentiunt. Horum argumentis excussis digressionem inserit de patria & nomine Lactantii, docens, eum in Africa, & quidem Sicae, natum esse, ac nomina *Firmitianus* & *Lactantius* esse nomina illo ævo pluribus usurpata, adeoque errare cum illos, qui a Firmo, agri Piceni oppido, *Firmitianum*, tum eos, qui a lacteo flumine eloquentiae *Lactantium* eum appellatum fuisse existiment. Ex isto diverticulo in viam regressus, postquam eos adduxit, qui ante inventam artem typographicam fecerunt libelli hujus mentionem, ostendit, primum omnium Joach. Perionium, Professore Parisiensem, ejus editorem fuisse. Hinc ceteras editiones studiose recenset, itemque versiones, honorifica addens de hoc libro complurium judicia. Differit deinceps de annotationibus ad hoc *Symposium* Josephi Castalionis, item de Casp. Barthii notis in ipsius *Adversariorum* Opere dispersis. Tum refert, MSS. annotationes Frid. Bessellii ad eundem hunc libellum in manus suas incidisse: ac de triumvirorum istorum notis suum exponit judicium. Jam quid ipse operam dederit Editor, scire cupiens lectores, se ait primo *criticum* agere, hoc est, elutis mendis suam verbi integritatem sinceritatemque restituisse; deinde se *interpretis* fungi officio, non solum, quae vera mens cujusque sit ænigmatis, ostendentem, sed etiam verum verborum sensum investigantem, & quid acuminis iis subit, manifestantem. Emendatio ut feliciter succederet, adjutum se proficitur a
quia-

quinque MSS. codicibus, quorum tres ex Anglia accepit, duos e Lugdunenſi Batavorum bibliotheca. Cætera, quæ in Præfatione occurrunt, ne juſto longiores ſimus, omittimus, & ad ipſum Sympoſium accedimus. Conſtat id ex Prologo & centum ænigmatibus triſtichis, quibus Cl. Editor notas affudit uberrimas, inter quas pluriſimè iis gratæ videntur futuræ, qui interiora linguæ Latinæ cognoscere geſtiunt. Sic p. 9 ſq. de voce *delirare*; p. 14 de *inſar*; p. 94 de *quandoque*, id eſt, *aliquando*; p. 103 de *aptus*, participio priſci verbi *apere*; p. 128 de propria notione vocis *ſapientia*, accurate diſputat. Ac talium plenz ſunt annotationes Henmannianæ. Ad criticas notas quod attinet, ſingularem induſtriam ab Editore fuiſſe adhibitam, ex ſingulis apparet paginis. Singulis enim ænigmatibus ſubjicit *variantes lectiones*, ac partim earum ductu, partim proprio uſu ingenio quamplurima loca emendavit. Ænigmate LVI, cui inſcriptum erat *Caliga*, deſcribi *linum* oſtendit. Cumque obſcura præ ceteris eſſet niens ænigmatis nonageſimi quarti, provocatas a ſe publice eruditorum pluriſima ſententias exhibet, ipſe eam eligens, quam protulerat omnium minime doctus, diſcipulus quippe Gottingenſis Gymnaſii, quem cæteris feliciorum fuiſſe conjectorem & interpretem arbitratur. Finito Sympoſio ſeparatim exhibentur p. 168 ſq. annotationes Caſtalionis, Barthii, Beſſelii, Theodori Haſſei, & Jo. Matthiz Geſneri, qui duo poſteriores rogatu Editoris accuratius perluſtrarunt hoc Sympoſium, ſuasque ad id annotationes cum ipſo communicare haud gravati ſunt. Ultimo loco p. 211 ſq. duæ ſequuntur Appendices, quarum prior exhibet diſſertatiunculam contra Cl. Nic. Nurrum, librum *de mortibus perſecutorum* Lactantii abjudicantem; poſterior ſub titulo *Symbola critica ad Lactantium* amplius quinquaginta loca in operibus Lactantii emendat. Unam harum emendationum ſpeciminis loco hic aſſerre libet. Scilicet *cap. 26 libri de mort. perſec.* hæc læguntur vulgo: *Cum ſtatiſſet cenſibus inſtitutis orbem terra devorare, ad hanc uſque proſiuit inſaniam, ut ab hac CAPTIVITATE ne populum quædam Romanum fieri velle immunitem.* Hic maniſeſtiſſimum eſſe putat, pro *captivitate* reſcribendum eſſe *capitatione*, quæ quid ſit, ex ipſo docet Lactantio, e Salviano, e Franc. Balduino, Zieglero, Dufreſnio, Conringio, & Vicecomite.

**FRIDERICI HOFFMANNI, MEDICINÆ
rationalis systematicæ Tomus II, quo philosophia corporis
humani morbosi traditur, & vera pathologiæ fundamenta,
nec non præservatio ab omnis generis morbis,
clare exponuntur.**

Halz Magdeb. ex officina Rengeriana, 1722, 4.

Alphab. 2 plag. 18.

Alter hic est Tomus medicinæ rationalis systematicæ, quam Vir fama & meritis Illustris in lucem emisit, eoque, quid morbos humano corpori mortemque inferat, perspicua maxime ratione demonstrat: tum vero etiam modum illas noxas a corpore avertendi genuinum exponit. Voluit autem, ut in præfatione admonet, in hunc librum illa conjicere, quæ rationalis pathologiæ & praxeos medicæ fundamentum complectuntur: specialem autem pathologiam cum praxi clinica, quæ ordine sequetur, conjungere. In demonstrandis morborum primis principiis, & quomodo illi pullulent ac generentur, primario ad firmas & statutas motuum leges digitum intendit, pariterque monstrat, qui motus naturam conservent & a morbis liberent, quive illos inferre & naturam vel labefactare vel destruere possint. Quantum ingestorum aut excernendorum vitio ac defectu corpori noceatur: tum vero etiam quid res insalubres, venena ac validiora medicamenta ad exitium corpori parandum valeant, dilucide exponitur. Morborum fomites & mineras in intestinorum canali potissimum ex variis confluentibus succis per diuturnam moram concipi, ibique domicilium fixum ponere, clarissime ostenditur. Acutas passiones & motus in morbis, ut sunt febres, spasmi, dolores, anxietates, convulsiones motricium partium esse affectus: chronicarum vero ægritudinum causas ex sanguinis tardiori motu, qui plethorant & cacochymiam producit, originem ducere demonstratur.

Ut vero pulcherrimi operis pleniorum conspectum sistamus, primo quidem totam illius œconomiam ordine exhibebimus, deinde specimen aliquod, præbendi gustus causa, appone-

Rr

imus.

mus. Prolegomena, tribus capitibus distincta, de veræ pathologiæ medicæ natura, definitione ac fundamentis, de hypothesium in arte medica damno, deque veritatibus pathologiæ fundamentalibus ex physiologia repetendis differunt. Ipsum deinde opus tribus absolvitur partibus, quarum prima sex capitibus omnem doctrinam de mortis natura & causis, de morborum & symptomatum natura, de motuum microcosmicorum legibus & effectibus in producendis morbis & symptomatibus, de morborum & motuum morbosorum causis, de morbificarum causarum sede & operatione, deque morborum, ratione causarum, differente indole atque effectu, includit. Secunda pars, undecim capitibus distincta, differit de rerum insalubrium & nocentium natura & viribus, speciatim de affectibus animi: de venenis eorumque natura, viribus & modo agendi: de venenis humani corporis: de iis, quæ in aere continentur, & epidemiorum morborum causæ fiunt: de medicamentis veneni vim habentibus: de virulenta mercurialium noxa, ceu gravium malorum causa: de soporiferis: de ceteris medicamentis virulentam naturam referentibus: de rebus venenatis in aere interque esculenta & potulenta reperiendis: de frigido potu vitæ & sanitati hominum inimicissimo, de rebus non venenatis sed infans veneni in corpus humanum agentibus. Tertiæ partis novem capita de corporum imbecillitate morbis potissimum obnoxia: de morborum origine ex copia & vitio ingestorum: de alimentis intemperatis, ingentique acidorum noxa: de noxa potus spirituosi vel nimis pauci: de excretionum defectu, præcipuo morborum fundamento: de perniciali earum rerum, quæ excretiones cohibent, indole atque effectu: de morborum maxime epidemiorum origine ex aeris vitio & transpiratione impedita: de morborum generatione ex nimia sanguinis abundantia & humorum impuritate, & de genuinis corpora a morbis præservandi præidiis, exponunt.

Speciminis loco partis II capitis IX breviorē summam subiciemus. Agit vero hoc de rebus venenatis in aere, interque esculenta & potulenta reperiendis. Aerem variis effluviis & exhalationibus imbuti posse breviter monetur. Inter virulentas & inten-

infeñas exhalationes primo loco referuntur illæ ex carbonibus ligneis, qui sensuum oppressionem & torporem, profundum soporem, mentis alienationem, graves cephalalgias, animi deliquia, aphoniam, summam artuum impotentiam viriumque languorem efficiunt. Qui eo fumo enectorum corpora secuerunt, vasa meningum sanguine nimium distenta, infarcta & inflammata deprehenderunt. Inest itaque huic vapor præter vim suffocativam, omni fumo concentrato communem, principium aliquod narcoticum sive stupefactivum magnæ activitatis, cujus effectus vehementior est, si vel ab intenso frigore, vel in conclavi minus spaciofo coarctatur. Similis fere malitiæ est vapor, quem spargunt parietes tectorio calcis novo recenter obducti, utpote qui febres, anginam lethalem, sternutatorium morbum, per multos annos contumacem & efferum, concitasse fuit observatus. Siquidem subtilissimæ, acris & corrosivæ indolis est & nervosis arteriæ asperæ aliisque capitis partibus se insinuando spasticas stricturas & commotiones ceteraque symptomata accersit. Gravis & teter candelæ sebaceæ extinctæ fetor multos in graves cephalalgias, vertiginem, oculorum ruborem conjecit, foeminis hystericas passiones excitavit, foetumque, quem utero gerebant, exstinxit: immo visi sunt epileptici facti & vita ob hunc fetorem privati. Metallii fossoribus sæpe plus nocent ellychniorum fumi, quam metallici vapores, quos terra emittit. Inter esculenta lolium temulentum & secale nigrum corniculare epidemicos sæpe morbos produciunt. Fungi etiam comesti sæpe vomitus, præcordiorum oppressionem, ventris tormina, cardialgias & diarrhœas, animi deliquia, frigidum sudorem, dysenterias, singultum & tremores inducunt, ob acrimoniam subtilem causticam, quæ in recentibus & crudis magna est; exsiccatione, elixatione, aceti & pinguium adjectione autem curatur vel penitus auferitur. Animalium zgotantium & ex morbo mortuorum carnes in cibum appositæ, sæpe incredibilem afferunt noxam: quia putredo, tanquam malum sui multiplicativum illis pastorum visceribus inferitur. Etiam piscium mortuorum esus, præsertim mytolorum, multis valde nocuit, immo integras familias funesto damno multavit. Brassica cri-

Rr 2

spa

spa rore vermiculoso obfessa & cum hoc comesta dyfenterias haud raro excitavit. Verifimile est hoc malum, quod Germani *Mehltau* vocant, denominationem hanc accepisse ab eo, quod vermiculi illi æquant acaros caseorum, quos vocamus *Milben* vel *Millen*, ut adeo *Müllentbau* in *Mehltau* transmutatum sit. Habent, ut omnia infecta, sal quoddam causticum; quare oportet, antequam brassica in cibum paretur, illam probe lavare & infecta folia abjicere. Ex potulentis veneni naturam maxime habent aquæ stagnantes, putridæ & verminosæ: immo exempla prostant, etiam cereviasas ex talibus coctas strages totis urbibus intulisse.

Hæc sufficient ad cognoscendum non solum, quantum pulcherrimarum rerum hic expectandum sit, sed etiam ad intelligendum, quo ordine & quam plana methodo singula proponantur. Nullum est dubium, quin omnes boni nobiscum meritissimo Viro vitam & otium apprecaturi sint, ut, quæ supersunt ad integrum medicinæ corpus absolvendum, propediem, ut spes est, lucem publicam ascipiant.

RECUEIL DE PLUSIEURS PIECES DE
Physique &c.

hoc est,

COLLECTIO VARIORUM FRAGMENTO-
rum Physicorum, in quibus potissimum ostenditur insuffi-
cientia systematis Newtoni & que inter continetur Dis-
sertatio de peste & remediis contra eam; Autore
NICOLAO HARTSOEKER.

Ultrajecti, apud viduam G. Brèdelet & filios, 1722, 12.

Plag. 15.

Inter hæc fragmenta Physica primo loco occurrit epistola ad
Cel. *Clericum* a Cl. Autore scripta, in qua loca quædam Phi-
losophiæ *Newtonianæ* notantur occasione libri cujusdam a
Cheyneo conscripti, quem recensuerat *Clericus* Tomo tertio
Bibliothecæ antiquæ & modernæ. Impugnat Cl. Autor argu-
mentum

mentum *Lucretii* pro stabiliendo vacuo disseminato, sumtum a diversa corporum specifica gravitate, quod cum *Newtono* renovavit *Cheyneus*: non tamen respondet ad exceptionem, quam contra objectionem protulit *Keiliius* in Actis 1710 p. 13 & seqq. Impugnat porro mutuam corporum attractionem, tanquam qualitatem occultam Scholasticorum & ex qua motuum cœlestium ratio minime reddi possit. Inde sequi arbitratur, quod exiguo temporis spatio tandem in Solem cadere debeant planetæ primarii, & secundarii in suos primarios. Impugnat universalem gravitatem, ob quam *Cheyneus* arguitur, gravitatem ab actione fluidi cujusdam subtilis pendere non posse. Cum itaque hoc assertum precarium sit, ægre omnino fert *Clericum* asserere, quod *Cheyneus* detexerit, non dari causam gravitatis mechanicam. Impugnat argumenta *Cheyne* contra mundi æternitatem & pro providentia divina allata, tanquam minus firma, licet rem ipsam concedat: nec in eo male collocat operam. Præstat enim veritates arduas, quarum magnum in religione momentum est, prorsus non probare, quam argumentis infirmis incrustare. Plura non addimus, cum integra epistola dudum typis descripta proster in secunda parte Tomi octavi Bibliothecæ antiquæ & modernæ p. 303, etsi Autor conqueratur ibi multa a *Clerico* fuisse omissa, multa etiam sphalmata irrepsisse. Cum *Clericus* ad hanc epistolam quædam reposuisset; Autor eadem secundo loco collectioni suæ inseruit, & nonnulla tertio loco circa ea monita subjunxit, in quibus omnes ingenii ac industriæ nervos sese intendisse arbitratur, ut Systematis *Newtoniani* insufficientiam in aprico poneret, quasi ex causis motuum cœlestium a *Newtono* assignatis iidem minime consequi possint. Omnia huc redeunt, quod admissio impetu, quo planeta motu rectilineo fertur, & vi attractiva Solis, qua a motu rectilineo constanter retrahitur, ex ipsius mente sequatur, planetam per lineam spiralem Soli continuo appropinquare, tandemque perpendiculariter in eum cadere debere. Sumit nimirum quantitatem impetus vi attractiva Solis continuo minui debere. Cum vero *Clericus* post *Newtonianos* repetiisset, conjecturas & hypothèses in Physicis nullius esse utilitatis; contrarium ostensurus suam

de peste & aliis morbis contagiosis conjecturam, quod ex invisibilibus externum corporis habitum vitiantibus ortum trahant, exempli loco producit. Addit alias, quæ apud ipsum videantur.

Succedunt quarto loco Animadversiones in dissertationem physicam, qua *Dortous de Meyran* præmium meruit ab Academia Scientiarum & Artium Regia Burdegalensi propositum rationem verisimillimam variationum altitudinis Mercurii in barometro reddituro. Theoriam suam fundat in hoc principio, quod corpus in motu constitutum minus gravitet in subjectum planum pro ratione celeritatis, qua movetur: quod veritati contrarium censet *Hartakerus*, qui adeo non consentit, eum inde infertur, ventos, tempestates ac quosvis atmosphære motus ingentes ob eam rationem diminuere actionem ponderis atmosphærici in Mercurium barometri. Integram dissertationem sub examen revocat & tantam non omnem penitus condemnat. His quinto loco subjungit Animadversiones in ejusdem Autoris dissertationem de formatione glaciei, & sexto loco alias in alteram de causa luminis phosphorum & noctilucarum, quarum utramque præmio statuto dignam judicaverat Academia laudata. Utramque denuo a capite usque ad calcem examinat, & quæ reprehensionem mereantur, libere indicat. Priorem multa continere aliena, quæ argumentum, quod evolvi debebat, potius implicent & obscurant, nec in eam quadrare encomia, quibus ab Academicis in præfatione ornatur. Utramque superflui principiis partim a veritate alienis, partim precariis. In hunc e. g. censum refert, quod calor & motus, frigus & motus bonis physicis sint termini synonymici, quod radii luminis sint linee rectæ, compositæ ex moleculis materiæ subtilis, quod in zonis frigidis Sol minus calefaciat quam in temperatis & torrida, quia in istis a majori aeris quantitate radii ex parte interceptiuntur &c. Et sane mirandum est, Autorem dissertationum subinde in trivialibus cæspitasse. Monet *Hartakerus*, si ceteræ dissertationes, quarum Autores præmia ab Academia statuta meruere, ad ipsum pervenissent, se quoque suas in eadem structuræ

curas editurum fuisse. Quod vero hac vice differre coactus fuit, haudquaquam ablatum censeri debet.

Ceterum has animadversiones excipiunt aliæ in dissertationem physicam, a Cl. *Müllero* apud nos de generatione animalium ventilatam. Vocaverat is in dubium animalcula spermatica, ab *Hartshero* in Conjecturis physicis asserta: sed *Noster* ad autopsiam provocat, nec male, cum nemo eadem in dubium vocet, qui microscopio conveniente semen animalium contempletur. Statuit autem ab intelligentia quadam eadem fabricari, quod cancris chelas renasci expertus fuerit. Sed vix Philosopho digna suat, quæ de anima fingit. Colophonis loco describit phenomenon extraordinarium, quod anno præterito 1720 initio mensis Maji observavit. Scilicet in averfa parte foliorum peponis, quæ ærugineum contraxisse videbantur colorem, per microscopium detexit ingentem millepedarum (*Galli choporses* vocant) numerum, mox terram vasis rimatus, cui commissa erat planta, omnem innumeris istiusmodi animalculis junioribus plenam deprehendit, ut nonnisi post triduum magna aquæ ebullientis copia continuo affusa eadem exterminari potuerint. Hanc observationem favere arbitratur hypothefi de anima mundi universalis per integrum planetarium Systema diffusa, quæ corpora organica ex materia apta fingat. Quod vero intelligentia ista mundana non producat novas plantarum ac animantium species, id quidem tribuendum esse viribus ipsius limitatis.

Rouillé de Messay, Consiliarius in suprema Curia Parisiensi, certam pecuniæ vim legavit Academiæ Regiæ Scientiarum, ut ex ejus redditibus annuis quotannis præmia constituerent iis, qui optimas dederint solutiones duorum problematum a laudata Academia propositorum, quorum alterum Astronomiam physicam, alterum navigationem tangit. Cum igitur A. 1720 proponeretur problema de principio & natura motus, itemque de causa communicationis motus; sequenti autem alterum de legibus motus, secundum quas corpus perfecte durum movet alterum ejusdem naturæ, sive idjam in motu constitutatur, sive in quiete, sive in vacuo moveatur, sive in pleno: *Hartsherus*

quo-

quoque tentavit vires suas. Etſi autem non ſatiſfecerit Academia Regia, nec adeo præmium tulerit; utriusque tamen problematis ſolutionem, quam ejus judicio ſubmiſit, nunc quoque aliorum virorum doctorum judicio ſubmittit. Principium motus præter Deum ipſi ſunt ſpiritus creati, qui corporibus imperiuntur certam quandam vim internam & activam. Finitis diſſertationibus, in quibus de utroque problemate tractatur, ulterius declarat rationem phyſicam, quam alicubi in ſuperioribus dederat, cur aqua nunc magis, nunc minus aere imprægnatur. Sequitur alia diſſertatio de paſſionibus animæ. Amorem proprium ſeu philautiam omnium paſſionum animi eſſe cauſam contendit, atque inde concludit, paſſiones nobis datas eſſe ad noſtri conſervationem, ac proprie loquendo nonniſi duas dari, amorem ſcilicet ac odium. Ultimo denique loco comparat diſſertatio de peſte & contra eam remediis. Cauſam peſtis eſſe innumera infecta inviſibilia, quæ, ubi mordent, venenum letale in venis noſtris relinquunt, magna probabilitate ſibi, ſed forſan non aliis, concludere videtur ex remediis, quibus pro avertenda peſte utimur, e. gr. quod a territorio noſtro arcemus homines ac merces ex locis infectis adventantes, atque inde rationem eorum reddit, quæ circa peſtis propagationem & remedia contra eandem annotata ſunt. Silentio præterimus, quæ controverſiam tangunt de phosphoro mercuriali cum Viro inſigni *Joanne Bernoullio* agitatam, neque enim ea animi moderatione in ejus de phosphoro mercuriali diſſertationem calamum ſtringit, qua fieri par erat, etſi ſe excuſet, quod laceſſitus par pari referat: qua de re judicent, quibus utriusque ſcripta inter ſe conferre volupe fuerit.

DE MOTU, SIVE DE MOTUS PRINCIPIO

& natura, & de cauſa communicationis Motuum; Auctore G. B.

Londini, impenſis Jacobi Tonſon, 1721, 4.

Plag. 3 $\frac{1}{2}$.

Diſſertatio hæc dubio procul conſcripta eſt occaſione præmii ab Academia Regia Scientiarum ei ſtatuti, qui detecturus ſit

fit causam motus & communicationis motus. Terminos abstractos in doctrina motuum receptos, quales sunt sollicitatio gravitatis, conatus, vis, attractio, multum confusiois peperisse arbitrat. Corpus nihil in se continere, quod motus principium seu causa efficiens esse queat. Potentiam movendi inesse rebus cogitantibus, propria unumquemque edoceri experientia. Animam enim pro lubitu cedere & sistere membrorum motus, atque adeo haud inepte dici posse principium motus, suffragiis hominum omni ævo doctissimorum succenturiantibus. Unde tandem Deum esse causam motus concludit, nec hanc disquisitionem ad Physicam, verum ad Metaphysicam pertinere pronunciat. Ideam motus tenuissimam & subtilissimam intellectus eicem eludere: eum considerandum esse tanquam aliquid sensibile vel saltem imaginabile, distinguendumque esse inter hypotheses mathematicas & naturas rerum. Causam communicationis motus esse eandem mentem, quæ agit & continet universam hanc molem corpoream: in philosophia tamen physica causas & solutiones phenomenorum a principiis mechanicis petendas esse. Quod si rem curatius expendas, Autor hujus dissertationis imaginationi ac sensibus nimium indulgens de natura & causa communicationis motus nihil detexit, sed omnia in dubio reliquit: unde non mirum, quod præmium non meruerit.

GEOMETRIA ORGANICA, SIVE DESCRIPTIO linearum Curvarum universalis, Autore COLINO MAC LAURIN, Matheseos in Collegio Novo Abredonensi Professore & Reg. Societ. Soc.

Londini, impensis Guil. & Joh. Innys, 1720, 4.

Plag. 19 Tab. æn. 12.

Illustris *Newtonus*, Geometra summus, in Tractatu de lineis tertii ordinis seu curvis secundi generis, quas vulgo vocant, §. 32 methodum exhibuit generalem describendi hujus tertii ordinis, quam etiam ad lineas quasdam ordinum altiorum extendit. Hujus vestigiis insistens Cl. Autor, Geometra egregius,

In methodum universalissimam incidit, qua curvæ cujuscunque ordinis superioris motu continuo datorum angulorum secundum lineas rectas, aut etiam secundum curvas cujuscunque inferioris ordinis generantur. Hanc itaque linearum geometricarum aut, si mavis, algebraicarum descriptionem organicam universalem expositurus præsentem Tractatum condidit, quem in tres partes distinguit. Prima illarum methodum universalem proponit lineas omnium ordinum describendi sola datorum angulorum & rectarum ope. Nimirum sectione prima describit curvas primi generis seu lineas ordinis secundi concursu crurum duorum angulorum circa duo puncta in plano quovis data tanquam polos motorum; quam genesin more veterum demonstravit *Newtonus* lemmate 21 lib. I Principiorum & analysi ab Auctoris analysi diverfa illustravit in Arithmetica universalis. Quoniam vero formula analytica, quam eruit, ad omnem curvam primi generis spectat, ideo speciem curvæ & asymptotos, si quas habet, determinare docet: monet etiam, quando loco curvæ describatur recta. Subjungit modum describendi sectionem conicam per data quavis quinque puncta, itemque per quatuor quavis, si ejus species detur. *Newtonus* curvas secundi generis seu lineas, quas vocat, tertii ordinis enumeravit sub finem editionis primæ *Opticæ*: quam enumerationem *Analysi Newtonianæ* A. 1711 editæ & in Actis A. 1712 p. 74 & seqq. commendatæ subjunxit *Jonsius*. Enimvero non demonstraverat, præter curvas a se enumeratas alias secundi generis non dari. Noster itaque sectione secunda eodem, quo ante, modo generalem tradit genesin istarum curvarum & ex ea æquationem generalem ad easdem derivat, mox etiam asymptotos & crura infinita determinat, æquationes curvarum istarum ad aliquam quatuor *Newtonianarum* reducit & inde curvæ speciem detegit. Hæc adeo sectio instar Commentarii censeretur debet in elegantem *Newtoni* de lineis tertii ordinis Tractatum. Sed Noster in his minime subsistit, in sectione tertia ad lineas quarti ordinis seu curvas tertii generis progressus; quas eadem prorsus ratione pertractat, cunque in sectione præcedente de linearum tertii ordinis descriptione egisset, quæ punctum duplex habent, in præsentem una earum descriptionem expedit quæ puncto duplici destituuntur. Immo
secti-

sectione quarta ultra genus curvarum tertium progreditur & generalia demonstrat theorematum de descriptione linearum ordinis cujuscunque rectorum & angulorum datorum ope, quamvis ingenue fateatur, ea ad curvas omnes describendas minime sufficere. Atque ea fuit ratio, cur in parte secunda diversam a priori explicuerit methodum lineas omnium ordinum altiorum describendi ope linearum ordinis cujuscunque inferioris: qualem methodum, etsi diversam ab illa, pro parabolis & hyperbolis infinitis aliisque nonnullis curvis dedit Cl. *Wolffius* in Actis A. 1717 p. 109 & seqq. Explicat autem sectione prima organicam curvarum descriptionem *Newtonianam*: ubi lineas tertii ordinis describere docet motu angulorum duorum circa polos fixos & cruribus duobus in sectione conica per alterutrum polum transeunte se constanter secantibus; lineas vero quarti ordinis, ceteris manentibus ut ante, sed sectione conica per neutrum polorum transeunte. Substituit deinde pro sectione conica lineam quamcunque ordinis n , ut obtineat lineam ordinis $2n$. In omni autem casu curvam describit concursu ceterorum crurum extra curvam directricem facto. Sectione secunda curvas investigat, quæ ex aliis quibuscunque angulorum datorum motu describi possunt. Ita e. gr. dum angulus unus circa polum fixum movetur & alter suo vertice decurrit per rectam positione datam, ita ut crus unum perpetuo transeat per punctum datum, concursu duorum crurum facto in linea ordinis n , concursu ceterorum crurum describit lineam ordinis $3n$. Methodus, quam hic proponit, non modo ad curvas algebraicas sed etiam ad transcendentem extenditur, quas vulgo cum Nostro mechanicis appellant. Sectione tertia describit curvarum series infinitas ope tangentium unius datæ. E. gr. Ex dato in plano curvæ cujuscunque puncto demittit normales ad tangentes, & concursu illarum cum his puncta alterius curvæ determinat. Demonstrat autem, curvam hac ratione descriptam esse epicycloidem, si curva data fuerit circulus, atque ad lineas quarti ordinis pertinere. Hac data occasione de epicycloidibus quibusvis, quæ curvarum revolutione super se ipsas tanquam bases generantur, universaliter tractat. Sed nec his contentus multarum adhuc aliarum curvarum descriptiones

ex suppositis aliis sive algebraicis, sive transcendentibus communicatur. Transiit sectione quarta ad motum corporum curvas datas in mediis quibuscunque describentium: ubi etiam ipsorum mediorum resistenciam ac densitatem investigare docet. Determinat primum vim centripetam curvarum in medio non resistente, quas tangentium ope describere docuit, unde multa per modum Corollariorum deducit. Deinde idem tentat in medio resistente. Utitur in hisce theoremate *Bernoulliano* in Commentariis Academiæ Regiæ Scientiarum publicato; sed ne videatur aliquid a Germano didicisse, a quo tamen discere laudi ducitur, more aliorum Anglorum monet, se theorema generale, quo resistenciam & densitas medii ex data curva & vi centripeta facile investigantur, ante aliquot annos invenisse, priusquam Tractatus celeberrimi *Bernoulli* in Commentariis Academiæ Parisiensis de eadem materia evulgati ad manus pervenissent. Tandem sectione quinta de curvarum algebraicarum descriptione per data puncta tractat. Præmittit lemma, quod linea ordinis n occurrere possit lineæ secundi ordinis in punctis duntaxat $2n$ & lineæ tertii ordinis in punctis tantum $3n$. Docet deinde ducere lineam ordinis n per data puncta $2n + 1$, in quorum aliquo oportet arcus curvæ $n - 1$ concurrere; item lineam ordinis $2n$ per puncta, quot sufficiunt ad determinandam lineam ordinis n & tria alia, quæ singula nodi sunt arcuum curvæ n se mutuo decussantium; nec non lineam ordinis $2n$ per puncta data $2n + 4$, quorum tria sunt nodi arcuum curvæ n in iisdem punctis concurrentium & quartum similis nodus arcuum $n - 1$. Plura non addit, cum curvarum per puncta quævis proposita constructiones, quas adhuc assequi potuit, non sint satis generales. Cæterum doctissimus Autor præclarum hoc Geometriæ opus dedicavit illustri *Newtono*, cujus in Geometriam & philosophiam naturalem merita in dedicatione optimo jure extollit.

A SECRET COLLECTION OF THE AFFAIRS
of Spain, during the Negotiations between the Courts of
England and Madrid from 1667
to 1678 &c.

i. e.

i. e.

ARCANA COLLECTIO RERUM IN HI-
spania tempore negotiationis inter aulam Anglicam &
Madritensem ab A. 1667 usque ad A. 1678 a Legatis, Com.
DE SANDWICH, Com. DE SUNDERLAND
& WILH. GODOLPHINO
gestarum.

Londini, apud Jo. Wilford & T. Jauncy, 1720, 8 maj.
Alph. i pl. 4.

PRodit jam A. 1702 Londini liber non inelegans, cui titulus:
*Original Letters of Sir RICHARD FANSHAW du-
ring his Embassy in Spain and Portugal*, in 8, unde quæ inter
Anglos Hispanosque inde ab A. 1663 ad 1665 tractata sunt, co-
gnosci non sine voluptate possunt. Non absimilis huic videtur
præsens collectio epistolarum ab illustribus Anglorum legatis &
Hispania missarum; nisi quod responsiones, qualis illic fre-
quentes immiscentur, hic prorsus sunt prætermittæ. Lectu ta-
men non indignæ sunt, cum varia contineant singularia, olim
magnam partem arcano caractere expressa, sed feliciter in hac
collectione detecta & explicata. Ut pauca inde delibemus, non
exiguum sub initium Anglorum studium apparet in conciliandis
Hispanos inter & Lusitanos induciis, quæ tandem, cum Hispani
nullo pacto adduci possent, ut *Regis* Portugallæ titulum admit-
terent, inter *coronam* Portugallæ & coronam Catholicam A.
1667 in annos 45 cæluere. Eodem anno præter omnem Hi-
spanorum expectationem grave in Brabantia bellum movebant
Galli: et si enim mater Regis Gallæ morti vicina de illius consi-
liis non nihil prædixerat Legato Hispanico, nondum tamen tam
prope abesse periculum sibi persuaserant Hispani, & frustra hi,
bello jam orto, ad Pacis Pyrenææ Art. XIX provocabant, quo,
si quid posthac litis inter utramque gentem obveniat, via juris
non facti dirimendum erat. Interim ut causam suam scriptis tue-
rentur, Francisco Ramos Mansano, viro disertissimo & juris
peritissimo, qui literas Regi puero instillabat, libri a Gallis pro
jure in Brabantiam editi confutandi provinciam dederunt.

p. 18. 20.

23.

28.

30.

Ss. 3

Gre.

130. Gremonvillio, Gallico in aula Casarea legato, ut falso persuaserit nonnullis, quasi Lobkovitium Principem A. 1671 in partes Gallorum pertraxerit, quæque inter utrumque in ludis scenicis orta fuerit altercatio, quæ eo processit, ut hic illum publice sede sua depelleret, diserte narratur. Sed magis relata digna sunt, quæ
- 242 - 251. de Johannis ab Austria in aula fatis memorantur. Cum Rex absoluto A. 1675. d. 6 Nov. ætatis anno decimo quarto Regni habenas capessere statuisset, inductus clam consiliis Gubernatricis suæ, Marchionis de Los Velez, prudentissimæ femine, tum & confessionarii Petri Alvarezii de Montenegro & præceptoris supra laudati Mansani, ignorante quidem Matre Regia, Johanna ab Austria, jam pridem honoris specie ab aula dimotum, coram se comparere jubet eodem die h. IX: at accedentem ducturus ad Reginam, tantum abfuit, ut in conspectum admitti impetraret, ut potius ab ea, lacrymas etiam miscente, mandatum sibi extorqueri pateretur, ut eodem die faceretur Madrito, & ad obeundum Vicarij generalis Hispanicarum per Italiam provinciarum, cui jam antea destinatus erat, munus discederet, quanquam exinde, cum nec id quidem satis tutum visum esset, Granatam potius Capitanei generalis titulo missus est. Paruit Dux mandatis, & jam coorto sex mille civium Principem colentium concursu, via insuetæ, ne tumultuandi materiam præberet, se subduxit; ex quo factum, ut quæ Ferdinando Valenzuelæ, cujus præcipua erat in aula, præsertim apud Reginam (cui summis Regni muneribus divenditis ingentes opes comparaverat) autoritas, intentabantur, in consilii autores, facile a Rege proditos, Montenegro & Mansanum, aula quippe ejectos, reciderent. Enimvero Valenzuela e tenui forte ad rerum summam evectus, & inter Grandes Marchionis de Villa Sierra nomine receptus, mox universæ nobilitatis odium incurrit, eoque paulatim res deducta, ut Johannes ab Austria sub auspicio anni 1676 cum comitatu 6000 peditum & 2000. equitum Madritum peteret, simulque plurima pars nobilium publico scripto postularet, 1 Reginam a Rege divelli, 2 Marchionem in jus vocari, & 3 Johannem ad clavum Regni admoveri. Proinde Rex, audita procerum sententia, inficia Matre, Madrito discedere, non sine metu majoris tumultus, decrevit, eoque die 14 Jan. postquam, ne Regina suboleret, h. IX, ut fuerat, cubitum
- 269.
- 272 sq.

tum ivisset, circa h. XI iterum surgens & in propinquum oppidum *Retira* digressus, annuit postulatis, Johannem, cujus hic p. 287. virtutes magnopere deprædicantur, aulæ præficit, Reginamque Matrem Toletum discedere, se ne quidem salutato, jubet; quam 291. quidem nemo optimatum sequi ausus est, ne Johannes sinistra 289. quippiam suspicari posset; multum enim is metuebat, ne Rex, 296. qui subinde, quot passibus Toletum Madrito distet? quotve horis iter illuc absolvi posset? sciscitabat, Matri reconciliaretur. Ceterum observatur, Johannem, principio Anglis faventissimum, mox alieniorem factum, quod Carolus II Rex Angliæ 321. ipsum in literis *Celsitudinis* compellatione, quo eum honore olim exul mactaverat, dignatus non esset, et si eo rem palliant Legati, quod apud Regem quondam exulem stylus curiæ exulaverit, & nec ipsi Duci Aurelianensi id honoris a Regibus Angliæ tribuatur. Quæ his epistolis interseruntur observationes, ut Sandvichii de eo, quantum intersit Angliæ cum Hispanis alere 93. commercia, & Godolphini, utrum proficua Anglis sint lanæ 106. Hispanicæ monopolia, nec ne? disquirentis, malumus Lectorem ex ipso fonte cognoscere.

MEMOIRS AND REFLECTIONS UPON THE
Reign of K. Charles the I and K. Charles the II.

i. e.

RICHARDI BULSTRODII COMMENTA-
rii & Animadversiones in Regimen Regum
Caroli I & II.

Londini, apud Nathanael Mist, 1721, 8 maj.

Alph. 1 plag. 7.

Si historicis fides, nimio Scepticismi studio hodie impugnata, non plane deneganda est, illis sane merito tribuenda videtur, qui & eo ævo vixerunt, cujus memoriam conservare sunt conati, & rebus gestis ipsi interfuerunt. Hos inter nomen quidem moretur Richardus Bulstrodius, Vir & bello & pace clarus, cujus vitam moresque dudum descripsit filius Whitlock Bulstrodius, editis 1715 in 8 Parentis Opusculis; Commentarios autem hosce, res ab A. 1645 ad 1685 gestas complexos, debemus alteri ex filiis, Richardo, Lutetiæ Parisiorum degenti, qui eosdem Mistio

- Mistio prima nunc vice typis exscribendos liberaliter concessit. Continentur in iis nonnulla haud aliunde nota, verum praeterquam quod Autor subinde indulget longioribus animadversionibus, omnem culpam in Ministros rejicit, hosque solos fuisse
- p. 6.
8. 394. fq. puniendos existimat, jura Regia, Senatui Regni deprimendo, nimium evehit, cumque, uti subinde fatetur, Catholicorum partibus accesserit, conjurationes contra Carolum II, Protestantibus a Catholicis imputatas, pro veris venditat, ut adeo cum grano salis accipienda videantur, quae Autor in his Commentariis tradit. Sed ne nihil speciminis loco afferamus, de Carolo I refert, causam ejus perditam fuisse dolo Henrici Vanii proditoris, qui cum sex tantum subsidia a Parlamento postulare jussus esset, ficto errore duodecim petiit, quare adeo exacerbati sunt omnium animi, ut subsidia ad unum omnia negarent. In pugna prope Edgell ideo infeliceiter pugnatum est, quod Equitatus Regius hostes fugitivos a vide nimis infecutus, pedites hostis ludibrio objecisset. Pax tamen facili negotio conciliari potuisset, nisi plures ex turbis intestinis majorem utilitatem semet capturos sperassent.
97.
126.
137. 147. fq. Clades prope Nasebium praecipiti Ruperti Palatini ardori, & quae postea a Regiis in fausto successu gesta, Porteri potissimum bibacitati tribuuntur. Posteaquam Carolus II in Scotiam pervenisset, exercitus ipsius ad internecionem fere celsus est, quod Scoti Cromwellium, viribus suis jam prope diffusum, obnitentibus Ducibus, sed suavis Cleri Presbyteriani, qui praelia Domini portendebat, adorti essent. Memorabile imprimis colloquium, quod Autor redux e Belgio Hispanico, ubi per complures annos Anglorum commoda curavit, cum Rege Carolo II habuit A. 1684.
424. Postquam enim multa de Flandris exquirendo, eos omnium, quos exul adierit, populorum praestantissimos maximeque sinceros praedicasset, se nunc tandem addebat itaerum pertaxum, nunquam posthac extra Angliam proficisci constituisse, vereri autem vehementer, ne Fratri Jacobo, olim sibi successuro, relicta denique Anglia, iterum emigrandum sit, nullam certe sperandam causam sibi superesse, ut Regno, quod optet quidem, frustur tranquillo : quae quam vere praedixerit Rex sagacissimus, eventus docuit.

Prostat Act. Erud. Supplem. Tomi VIII Sectio II.

ACTA ERUDITORUM,

publicata Lipsia

Calendis Julii Anno MDCCXXII.

ΠΕΡΙ ΚΑΘΗΚΟΝΤΩΝ ΒΙΒΛΟΣ.

hoc est,

LIBER DE OFFICIIS, CONSCRIPTUS A
Piisimo, Celsissimo atque Sapientissimo Principe ac Duce
totius Ungro-Valachiae Dn. Dn. JOANNE NICO-
LAO ALEXANDRI MAUROCORDATO Voi-
voda, editione hac secunda Latine
conversus.

Lipsiæ, ex officina Thomæ Fritschii, 1722, 4.
Alph. 1 pl. 3 cum iconæ Cels. Autoris.

Etsi jam dictum sit satis de hoc opere, cum primam ejus editionem in Actis 1720 M. Sept. p. 385 seq. commendarem, nequaquam tamen silentio prætermittendam putavimus hanc alteram, non typorum modo elegantia, verum & Viri Cl. *Stephani Bergleri* versione, quæ nunc accessit, Latina, comta & ad prototypum accurate expressa, apprime commendabilem. Cum vero perlustrando iterum libro laudatissimo facile superfedemur, utemur tamen hac occasione, ut, quæ de Autore Celsissimo ejusque Patre ac singulari utriusque erga literas amore & Vallachia nobis nuntiata sunt, cum Lectore benevolo communicemus. Parens Serenissimi Principis fuit **ALEXANDER MAUROCORDATUS**, e nobilissima stirpe de *Scarlast*, Vir magnæ in Græcia quin & Italia existimationis, Magnus Logotheta sive Cancellarius M. Ecclesiæ, supremus Portæ Ottomanicæ Interpres & secretiorum Consiliarius, bis Legatus, Extraordinarius Viennam, & cum plena potestate ad

T t

tracta-

tractatus pacis Carolovicensis missus, quo in congressu moderatoris simul partes sustinere visus est. Intimæ Philosophiæ tam veteris quam recentioris arcana rimatus, varia reliquit scripta, in quibus typis impressa sunt: 1 *Pneumaticum instrumentum circulandi sanguinis*, Latine, libellus rarissimus, quamvis sæpius editus in Italia, Belgio, Germania; 2 *Historia sacra*, Græce, Bukuresti 1716, cui præmissa est Oratio funebris in obitum Autoris a Jacobo, Viro erudito, quo in formandis Filiorum studiis usus fuerat, composita. Nendum vero prostant, etsi luce publica dignissima, opera: 1 Rhetorica, 2 Politica præcepta, 3 Oratio ad Germanos pro pace, 4 Philosophica Hypomnemata, 5 Historia Romana, tomis tribus, 6 Epistola, in quibus saluberrima præcepta ad Jacobum de Filiorum institutione aliaque lectu dignissima continentur. Neque vero tantum de Filiis accurate instituendis sollicitus fuit, verum ut Græcæ juventuti, quæ Constantinopoli floret, prospiceret, ibidem Phrontisterium, seu Scholam, non modico sumtu fundavit. Reliquit is duos filios, NICOLAUM nostrum, & JOHANNEM, quorum ille Generalis & primarii Interpretis munere vivo etiamnum Patre per duodecim fere annos functus est. Postea bis Princeps Moldaviæ, inde & Vallachiz constitutus, orto inter Imperatorem R. & Portam Ottomanicam bello, quorundam nobilium prodicione circumventus & a Cæsareis præter spem Bukuresto abreptus Cibiniumque in Transylvaniam atque inde Carolinam deductus, sed & pace reddita liberatus atque in pristinam dignitatem restitutus est, quam per ejus absentiam sustinuerat frater ejus JOHANNES, mox quidem a facta pace morbo epidemico extinctus. Quanta illius in ea calamitate constantia fuerit, testantur Literæ, quas vidimus ad Demetrium Julianum M. Logothetam Ecclesiæ Orient. ad Jacobum Manam Argivum, olim Præceptorem, Georgium, Scholæ Bukurestensis Rectorem, Spontonian, Archivarium Magnæ Ecclesiæ, aliosque scriptæ. Atque ita otium nactus in solitudine hunc ipsum librum, quem nunc iterum fistimus, composuit, aliaque inde meditatus est, in quibus sunt epistolæ Phalaridæ, ad Phalaridis modum compositæ, sed sanioribus Philosophiæ præceptis refertæ; Enchiridion item, quo

quo fontantiæ octingentæ concinnæ & ad modum ac genium huius seculi accommodatæ continentur; liber sub titulo *Φιλοθεῖς πύργος* ad morem Romanensium compositus, hactenus anecdotus, sed Ill. *Bigonno* transmissus a Marchione de *Bonac*, Regis Galliæ ad Aulam Turcicam Legato, & demum Bibliothecæ Regiæ illatus, in quo & ingenium & vtiâ eruditionem, sermonisque elegantiam, & variarum nationum characteres eleganter expressos, merito de prædicavit in epistola ad Legatum Ill. *Bigonnius*; Animadversiones Politicæ ad vitam *Thaletis* & *Solonis*, de quæ moribus, characteribus & animi affectionibus, quæ cuncta ut cum erudito orbe propediàm communicentur, etiam atque etiam optamus.

A COLLECTION OF THE PRINCIPAL

Liturgies &c.

i. e.

COLLECTIO PRÆCIPUARUM LITURGIARUM Ecclesiæ Christianæ, in celebratione S. Eucharistiæ usitatarum, inprimis veterum, videlicet Clementinæ, qualis extat in Constit. Apostolicis, Liturgiarum S. Jacobi, S. Marci, S. Chrysostomi, S. Basilii &c. a diversis Autoribus Anglice versarum. Accedit dissertatio de illarum utilitate, & autoritate, in qua simul diversæ illarum corruptions & interpretationes notantur;

Autore D. THOMÆ BRETT.

Londini, sumptibus Richardi King, 1720, 8.

Alph. I. plag. 16.

Collectioni huic Liturgiarum occasionem dedit Controversia, paucis abhinc annis apud Anglos excitata, de ritibus quibusdam Eucharisticis, speciatim de aqua vino admiscenda, de Symbolis Eucharisticis Deo Patri offerendis, de invocatione Spiritus S. ut super illa descendat, & de oratione pro fidelibus defunctis. Hos enim ritus a primitiva Ecclesia Christiana traditos, ad sacram cœnam rite celebrandam ne-

cessarios, & propterea in hodierna liturgia Ecclesie Anglicane perperam omisso, atque in usum revocandos esse, contendit Autor libri anno 1717 editi: *Reasons for restoring some Prayers and directions, as they stand in the Communion-service of the first English reformed Liturgi* &c. qui ab Ecclesie Anglicane defensoribus in libris: *No Reason for Restoring* &c. *No sufficient Reason for Alteration* &c. *No just Grounds* &c. *No Necessity to alter the Common-Prayer* &c. refutatus, sententiam suam defendere perrexit in his: *A Defence of the Reasons* &c. *The Vindication of the Defence*; *The Necessity of an Alteration*; *A Postscript to the necessary Use of Tradition* &c.

Eidem igitur sententiae patrocinaturus Collector noster, qui in praefatione Doctissimum *D. Brettium*, subjunctae dissertationis Autorem, ut a se diversum, laudat, antiquissimas quasque formulas liturgicas, in quibus quatuor illi ritus occurrunt, Anglice versas, conjunctim edidit. Sunt autem illae: I Liturgia Clementina, ex Constit. Apostolicarum libro VIII cap. XII. II Liturgia S. Jacobi, sive Hierosolymitana, ex Bibliotheca Patrum Paris. 1614 editae Tomo II. III Liturgia S. Marci, sive Alexandrina ex Renaudotii Collectione liturgiarum Orientalium. IV Liturgia S. Johannis Chrysostomi, sive CPana, ex Goari Euchologio. V Liturgia S. Basilii per Patriarchatum Alexandrinum usitata, ex collectione Liturg. Renaudotii. VI Liturgia Ecclesie Aethiopicæ, ex eadem collect. Renaudotii. VII Liturgia Nestorii, hodieque Nestorianis in Orientalibus quibusdam regionibus usitata, ex eadem Renaudotii collectione. VIII Liturgia Severi, in confinio Sec. V & VI Patriarchæ Antiocheni, & Monophysitæ ex eadem collectione Renaudotii. IX Fragmenta quaedam Missalis Gothici, sive Gothico-Gallicani, in Ecclesiis Hispanicis & Gallicis, Gothorum regno quondam subjectis, usitata, & ex Bibliotheca Reginae Suevicæ a Jo. Mabillonio in lib. III de Liturgia Gallicana prima edita. X Fragmenta quaedam antiquæ Missalis Gothici, in Ecclesiis Gallicis & Britannicis, antequam Gothi provincias Imperii Romani invaderent, usurpati, & in nonnullis Galliae ac Britanniae locis, etiam post invasionem barbarorum, retenta, quod idem Mabillonius

in

in lib. cit. primum edidit. XI Fragmenta quædam Missalis Mozarabum, in Africa & Hispania, sub Mauris quondam ab A. C. 714 usque ad A. 1080 usitati, & ab eodem Mabillonio l. c. ed. XII Missale Romanum, Romæ 1647 editum. Has liturgias antiquas sequuntur duæ recentiores, antiquis conformes, videlicet: XIII Ratio consecrandi & administrandi S. Eucharistiam, secundum liturgiam Regis Eduardi VI priorum, sive librum communium precum (*Book of Common-Prayer*) Londini 1549 ed. & XIV Formula communionis (*Communion office*) partim ex primitivis Liturgiis, partim ex primo, post emendatam religionem, libro Communionum precum Anglicano desumpta, & Londini 1718 ed. Denique adduntur XV Justini Martyris narratio de ratione celebrandæ Eucharistie quinquaginta circiter annis post mortem S. Johannis Apostoli scripta, ex illius Apologia priori, & XVI Cyrilli Hierosolymitani Catechesis Mystagogica quinta. Scilicet ut ex antecedentibus liturgiis *universalsatem*, ita ex his duobus potissimum testimoniis *antiquitatem* quatuor illorum, quos dixi, rituum probare studeat.

In singulas istas Liturgias subnecta D. Breti Dissertatio cujusdam velut Commentarii vicem præstat. p. 3 Causam, cur in scriptis ante-Nicænis tam rara de modo celebratæ Eucharistie mentio occurrat, *μυστηριουχίας* fuisse affirmat, quæ veteres Christiani, licet ad lectionem Scripturæ S. pariter ac auditionem reliquorum omnium fidei Christianæ capitum, quoscunque, sive Catechumenos sive paganos, admitterent, solam doctrinam de Sacramentis, ac præcipue de S. Eucharistia, non initiatos celabant, ne videlicet mysterium hoc, in tota religionis Christianæ maxime, quo corpus & sanguinem Christi se percipere credebant, profanorum contemptui exponerent. Si enim de S. Eucharistia non aliam habuissent notionem, quam quod memoriam Christi renovet, quod sit symbolum amoris & juris fœderalis, eam tam sollicitè celandam non judicassent. Et propter hanc *μυστηριουχίας*, a Christo, ut arbitratur, Matth. VII, 6, & XIII, 10, 11 præscriptam, ipsos Apostolos & Evangelistas modum celebrandæ Eucharistie in libris sacris N. T. retinuisse, sibi persuadet. Interea tamen formam consecrandæ Eucharistie

T t 3

Aposto-

- p. 24. Apostolicam, si non qua singula verba, tamen qua rem ipsam, & qua singulas partes effectuales, in Liturgiis hic a se editis superesse non dubitat, præcipue in Clementina illa, Constitutionibus Apostolicis inserta, quam ut omnium antiquissimam, & ut normam ceteras omnes liturgias dijudicandi, commendat. Itaque in hac explicanda & vindicanda prolixissimus est, & præcipue ad novissimas Renaudotii objectiones, quod Liturgia hæc Clementina nunquam in ulla Ecclesia usu recepta fuerit, & præterea interpolata sit, respondet. Prius non quidem negat Autographum nostrum, eamque privato tantum consilio, sed communi tamen veteris ecclesie traditioni convenienter, ante concilium Nicænum compilatam esse largitur. At hoc ipsum ejus auctoritatem augere potius, quam imminuere ait, cum tali ratione interpolationes illas & mutationes, quibus liturgiæ publicæ in diversis Ecclesiis obnoxie fuerunt, effugerit, atque adeo veterem & Apostolicam traditionem purissime conservavit. Quod vero interpolata non sit, si unam fortasse rubricam de *habito, splendido vestitu Sacerdotis, & signo crucis, exceperis, per singulas ejus partes, cum consentientibus Scripturæ S. & Patrum antenicanorum testimoniis comparatas, probare satagit.*
- 55 sqq. 1) Preces eucharisticas, quibus, post missam catechumenorum; & post suffragium Ecclesie, Deo pro creatione, redemptione aliisque beneficiis in Scriptura S. commendatis, gratias aguntur, verbis institutionis, exemplo ipsius Christi *εὐχαριστήσατε*, Matth. XXVI, 27; in primitiva ecclesia præmissas fuisse, vel ex Justini Mart. narratione probat. Has igitur preces, in Clementina pariter ac aliis liturgiis occurrentes, in missali Romano, & hujus exemplo etiam in liturgiis Ecclesiarum Protestantium perperam omitti infert. Ceterum verba institutionis: hoc est corpus meum &c. ad formam quidem Sacramenti pertinere, concedit; sed, quod hæc iis absolvatur, contra rubricam missalis Romani, & contra communem Romanensium opinionem inde deductam, a nonnullis etiam Protestantibus retentam, negat, propterea maxime quod verba illa tantum ad discipulos Christi communicantes directæ sint, Christus autem in consecratione Eucharistie etiam Deo gratias egerit. Ergo
- terea

terea *mixturam calicis eucharistici*, cujus in recitatione verborum institutionis liturgia Clementina meminit, omnibus antiquis Ecclesiis, Occidentalibus æque ac Orientalibus, sola forsitan Armenica excepta, usitatam fuisse ostendit. p. 86.

Porro II *Oblationem Symbolorum*, quæ in Clementina pariter ac aliis liturgiis hic editis cum Oratione eucharistica connectitur, necessariam, imo ipsam S. Eucharistiam sacrificium proprie sic dictum esse, argumentis ex Hickeſii Sacerdotio Christiano asserto (*Christian Priesthood asserted*) & Johnsonii Sacrificio incruento (*Unbloody Sacrifice*), quos in tota hac Dissertatione tanquam duces & auctores sequitur, repetitis, probare conatur. In quo docti hi Viri a communi Protestantium, ac præcipue civium suorum, Cudworthi & D. Patricii, doctrina discedere videntur, quorum ille in *A Discourse concerning the true notion of the Lords Supper*, hic in *Menia mystica, eucharistiam non Divites, sed epulum ex tñs Divites*, sive, ut Tertuliano vocatur, *participationem sacrificii* esse, data opera demonstrarunt. Quid quod diserte ecclesiam Anglicanam, propter oblationem illam omisſam, magni & *essentialis defectus* accusant. 103. 104.

Similiter III *Invocationem Spiritus S.* ut descendat super elementa eucharistica, panemque efficiat corpus, & calicem sanguinem Christi, in liturgiis hic editis post verba institutionis & oblationem elementorum obviam, male in canone Romano pariter ac in liturgiis Protestantium omitti existimat: cum immutatio illa, propter quam panis corpus Christi, & vinum sanguis Christi fieri dicitur, sine omnipotenti virtute & operatione Spiritus S. evenire non possit, quorsum trahit præcipue illud Joh. VI, 63. Itaque novæ illi eucharisticæ consecrationis formulæ, antiquis liturgiis conformata, quæ sub titulo *Communion-Office* Londini 1718 prodit, & in hac collectione n. XV recusa est, orationem pro descensu Spiritus S. ex ipsa liturgia Clementina, suo consilio, insertam esse proficitur. 122.

Cumque Autor libri, *No Reason for restoring*, eam, velut transubstantiationi faventem, notasset, propterea, quod mutationem quandam supernaturalem elementorum innuat: talem

P. 169. lem mutationem Noster se omnino agnoscere respondet. Negat quidem *transubstantiationem Papalem*, seculo IX demum excogitatam, qua substantia panis & vini in nihilum redacta, & in corpus ac sanguinem Christi conversa, illorum accidentia tantum remanere dicuntur; negat *unionem Lutheranam*, panis & vini cum corpore & sanguine Christi, ex hujus ubiuitate deductam; (ubi quidem nosse debebat, eos, qui cum D. Luthero Augustanam Confessionem suam faciunt, unionem sacramentalem, & presentiam corporis & sanguinis Christi in S. eucharistia non ex omnipresentia Christi, nedum ex ubiuitate, qualem aduersarii iis affingunt, sed ex verbis Christi: *hoc est corpus meum* &c. deducere, siquidem illa tantum, quod possit, has etiam, quod velit Christus carnem suam, modo licet incomprehensibili, tamen salutari, nobis comedendam dare, demonstrant,) negat denique, *cum Calvini affectis* se consentire, quod corpus & sanguis Christi, coelo nunc conclusa, fide tantum communicantium percipiuntur: sed se credere affirmat, quod elementa rite consecrata sint omnino corpus Christi sacramentale, & sanguis Christi sacramentalis, h. e. in virtute & efficacia, sicut caro & sanguis Christi describuntur Joh. VI, 53, 54. Itaque Spiritus Sancti descensum in oratione liturgica exorandum censet, non tantum ut symbola eucharistica ad usum sacrum destinet, sed etiam ut virtutem vivam nutriendi corpus & animam nostram ad vitam aeternam iis infundat.

186. Devotionem illam Spiritus S. in liturgia Clementina, sequitur IV *Deprecatio pro universa Ecclesia*, & pro omnibus sanctis, inde a mundi exordio defunctis, cujus similis etiam in reliquis liturgiis occurrit. Recte autem pro omnibus sanctis deprecationes fieri, vel ex Eph. VI, 18 constat, & horum numero beate defunctos non esse excludendos, Noster contra Auctorem libri modo dicti ex Math. XXVIII, 52, Luc. I, 70, Act. III, 28, aliisque locis probat. Neque tamen pro defunctis, poena temporali purgatorii liberandis, sed pro majori & perfectiori felicitate post corporis resurrectionem beandis, preces illas suas & fundendas esse ostendit: imo ecclesias, deprecationem illam omittentes, *communione cum omnibus sanctis, saltem*
cum

cum maxima & præcipua illorum parte, se ipsas private pronunciat.

Oratio Dominica, in reliquis omnibus liturgiis, deprecationi pro universa ecclesia & pro universis sanctis subjuncta, & jam Sec. IV a Cyrillo Hierosolymitano inter preces eucharisticas memorata, in sola liturgia Clementina desideratur. Hinc Noster, illam a compilatore hujus liturgiæ, verbis saltem initialibus: *Pater noster* &c. citatam fuisse, & hæc deinceps librari-
 orum negligentia omissa esse, suspicatur: interea tamen, hunc quoque defectum, si quis fit, essentialem esse negat, quoniam Oratio Dominica olim non, ut Gregorius M. existimat, ipsius Sacramenti consecrationi, sed tantum communicantium præparationi inservierit. Ceterum, hac una oratione excepta, reliquæ liturgiæ omnes, ubi inter se, ibi etiam cum Clementina illa liturgia consentiunt, & contra, ubi ab hac discrepant, etiam inter se dissentiunt.

Proximus a liturgia Clementina locus tribuitur *liturgia S. Jacobi*, ex sententia Autoris nostri omnium, quæ in usum publicum alicujus ecclesiæ scriptæ extant, antiquissimæ. Origo ejus ex traditione S. Jacobi, fratris Domini, primi Episcopi Hierosolymitani, deducitur, licet sub finem Sec. IV demum literis mandata fuerit. Hoc enim Noster cum Renaudotio vel inde colligit, quod a Monophysitis, qui anno 451 ab ecclesia secessionem fecerunt, æque ac a Melchitis, sive Orthodoxis, in Syria, usurpata fuerit. Ceterum non negat, eam progressu temporis traditionibus quibusdam interpolatam esse, cujusmodi sunt voces *Θεοτόκος*, *Ἐμώσσιος*, *Τριῶς*, nimia encomia B. Mariæ Virginis, immersio panis eucharistici, suffitus &c. quorum neque in liturgia Clementina, neque in aliis priorum Seculorum monumentis vestigia occurrant.

Eodem modo *liturgiam S. Marci*, in Alexandrina Ecclesia, & provinciis Patriarchæ Alexandrini jurisdictioni ecclesiasticæ subjectis, olim usitatam, ex Marci Evangelistæ traditione derivat, & ante concilium Chalcedonense jam scriptam fuisse, ex eo concludit, quod orthodoxi sam cum Coptis, Dioscori, Episcopi Alexandrini, in Concilio illo damnati, æcclesiis, com-

munem habueriat: licet ceteroquin in hac etiam posteriorum temporum interpolationes agnoscat. Illud ut singulare & hujus liturgiæ proprium animadvertit, quod deprecatio pro Ecclesia Catholica in ea consecrationi eucharisticæ non, ut in aliis, subjungatur, sed præmittatur.

p. 295.

S. Chrysoſtomi liturgiã, in Patriarchatu Constantinopolitano usitatam, si recentiores accessiones excipias, ab hoc ipso Episcopo Constantinopolitano scriptam esse, veri non absimile judicat. Inter recentiores vero illas accessiones refert laudes B. Mariæ Virginis a populo decantandas, incensationem iustus, panem calici eucharistico injectum, & una cum vino per cochleari populo præbitum, reliqua.

298.

Jam ante Chrysoſtomum *S. Basilii liturgiã* aliquam in usum ecclesiarum suarum compilatam, quæ in ecclesiis Orientalibus, extra Patriarchatum Constantinopolitanum, recepta est, imo etiam in ipsa Ecclesia Constantinopolitana, ubi alioquin liturgia S. Chrysoſtomi viget, omnibus diebus dominicis quadragesimæ, sola Dominica Palmarum excepta, & nonnullis aliis diebus, adhibetur.

307.

Altera *liturgia S. Basilii* nomine insignita, qua Copti in Patriarchatu Alexandrino utuntur, multo minus, quæ Basiliana prior, & ipsa Chrysoſtomi liturgia, interpolata est, atque adeo propius ad Clementinam accedit. In ea præcipue totius populi de sacra eucharistia confessio memorabilis est. Nam simul ac Sacerdos verba hæc: *Sanctum corpus, & pretiosus sanguis Jesu Christi, Filii Dei*, pronunciavit, totus cætus, ipso præeunte, acclamat: *Credo, credo, credo, & confiteor, usque ad extremum vita spiritum, hoc esse corpus vivificum Filii tui unigeniti, Domini, Dei, & Salvatoris nostri J. C. accepti illud ex S. Maria Virgine Deipara, & cum divinitate sua univit, tradidit illud pro nobis, ad salutem, remissionem peccatorum, & vitam æternam ei, qui illud percipiet. Credo hoc in rei veritate ita esse.* Qua confessione Protestantibus opposita, Renaudotius in Comment. ad hanc liturgiã p. 273. &c. imprimis triumphat tanquam certissimo documento, quod Alexandrina ecclesia credat, esse in eucharistia corpus Christi, non typicum, aut representandum,

nam, sed illud ipsum, quod assumtum est, a verbo Divino, ex Maria Virgine, & Divina persona conjunctum, ex intima unitate. Huic Noster respondens, tantum abest, ut testimonium istud suspectum habeat, ut potius primæ & antiquissimæ Ecclesiæ Christianæ eadem de S. Eucharistia fidem & confessionem fuisse, ex Justini Martyris Apologia, & speciatim ex verbis hic Anglice editis, ex Cyrilli Hierosol. Catechesi Mystag. IV, & præcipue ex Ignatii Ep. ad Smyrn. §. VII probet. Interæa tamen illud non transubstantationem, sed tantum realem præsentiam C. & S. C. in S. Eucharistia asserere demonstrat, & constantem hanc totius veteris Ecclesiæ Christianæ doctrinam in Anglia quoque adhuc retineri confirmat. P. 310.

Liturgia Æthiopica, quæ re ipsa a liturgia S. Marci non differt, usurpatur in Æthiopia ultra Ægyptum sita. Hujus Ecclesiæ Metropolitanus ordinari solet a Patriarcha Alexandrino, non orthodoxo, sed Coptico, Diocori, in Concilio Chalcedonensi anno 451 damnati, successore; cujus proinde ceremonias æque ac doctrinam sequitur. Interæa uterque Patriarcha Alexandrinus, Orthodoxus & Copticus, eandem liturgiam olim habuit: sed prior postea instituta ecclesiæ CPTanz, atque adeo etiam liturgiam S. Chrysostomi & S. Basilii in ecclesiam suam inexit. Ceterum confessio fidei de eucharistia, quod sit corpus & sanguis Christi, quam ex liturgia S. Basilii modo receperimus, etiam in Æthiopica hac occurrit. 310.

Nestorii, in Concilio Ephesino damnati, sectatores imperio Germanico ejecti, in Mesopotamiam, regno Persarum subiectam, se receperunt, & longe lateque per Orientem diffusi, Catholicum, h. e. Summum Episcopum & caput omnium Ecclesiarum suarum, sibi constituerunt, qui sedem suam Bagdad prope veterem Babylonem habet. Horum Nestorianorum tres liturgias edidit Renaudotius, manca licet ac mutilas, quarum una hoc loco Anglice versa exhibetur, ut videlicet universalitas rituum eucharisticorum hætenus recensitorum assensu quoque hæreticorum comprobetur. Nihil enim in ea, quod a liturgia Clementina magnopere dissentiat, reperitur, præter formulam aliquam precibus eucharisticis insertam, in 323.

qua Filius Dei *hominem perfectum sibi coniunxisse, & se communi-
casse dicitur, in gloria, potestate & honore.* Scilicet unionem,
quam orthodoxi in unitate personæ, & Monophysitæ in unitate
naturæ constituunt, Nestoriani ad honoris, potestatis & digni-
tatis consortium reducant.

p. 325. • *Liturgia Severi*, si non originem, saltem nomen habet a
Severo, Monophysitarum principe, & sub Imperatore Anastasio,
qui sectæ illi favebat, Patriarcha Antiocheno. Huic enim
Episcopi & Patriarchæ Monophysitæ in Syria, pariter ac Diocoro
Alexandrini in Ægypto, successerunt. Utrorumque
Monophysitarum liturgiæ hoc singulare habent, quod in obla-
tione preces non, ut in aliis fieri solet, ad Deum Patrem, sed
ad Filium dirigant. In ceteris proxime ad liturgiam Clementi-
nam accedunt, & interpolationes aliarum liturgiarum, ut suf-
fitum, encomia enormia Mariæ Virginis, panis intincti per
cochleare distributionem, &c. omittunt.

327. Reliquæ liturgiæ hic editæ, ut *Gothica, Gallicana, Moz-
arabica*, in occidentalibus Ecclesiis inde a Seculo V usitate
fuerunt, antequam Canon Romanus prævaleret. Hic enim
Missali Gallico in Britannia, inde a tempore Augustini Mon-
achi, Anglorum Apostoli, a Gregorio M. missi, in Gallia Go-
thico pariter ac Gallicano sub Carolo M. in Hispania Missali
Mozarabico auctoritate Papæ Gregorii M. circa annum 1080,
successit. Quo factum est, ut antiquæ hæ liturgiæ tantum non
prorsus interierint, paucis tantum fragmentis exceptis, ex qui-
bus hic ea potissimum Anglice exhibentur, quæ congruentiam
illarum cum liturgiâ Clementina demonstrant.

329. *Canon Romanus* omnibus aliis liturgiis, hæctenus recensitis,
recentior, atque adeo etiam minoris auctoritatis est, utpote
a Gregorio M. sub finem Seculi VI demum in ordinem red-
ditus, qui præter cetera orationem Dominicam loco orationis,
a Scholastico quodam compositæ, se ad consecrationem Eucha-
risticam præscripsisse refert Lib. VII Ep. 64, quamvis etiam
post Gregorii M. tempora multas additiones & mutationes pas-
sus sit. Nam in ipsa Hugonis Menardi editione Sacramentarii
Gregoriani, quæ optima esse judicatur, alia a Gramboldo, alia

a Ro-

† Rodrado, alia ab Albino addita & interpolata esse, du Pin & alii inter ipsos Romanenses animadverterunt. Speciatim ea, quæ post orationem Dominicam sub *Embolismi* titulo in illo occurrunt, post Gregorii tempora accessisse, nemo negat, ut alia multo recentiora additamenta, præsertim in *rubricis* ejus, taceamus.

Post restitutam Evangelii lucem *liturgia prior Eduardi VI* p. 348. Regis Angliæ maximam partem ex ipso canone Rom. defumta est, rescissis tantum, aut emendatis, quæ a recentioris ævi superfectione ei accesserant. Sed non multo post Calvinii & Beza assensu, in aula & senatu regni Anglicani prævalentes, liturgiam illam priorem, anno 1548 publica ecclesiæ Anglicanæ auctoritate in selectorum Episcoporum & Theologorum conventu comprobata, vicissim abrogarunt, & novam sacrorum formulam sub nomine Eduardi VI editam substituerunt: de qua Noster cum D. Heylino judicat, melius actum fuisse cum ecclesia Anglicana, si Calvinus & Beza rerum suarum satigissent, & non fuissent curiosi in aliena republica. In posteriori hac liturgia præter cetera reprehenditur, quod deprecatio pro omnibus sanctis, ad ecclesiam militantem in his terris restricta, invocatio Spiritus S. una cum oblatione, & grata commemoratione mortis Christi omissa, Oratio Dominica post communionem jam peractam rejecta, & præcipue quod formulis distribuendi sacramentum antiquis: *Corpus Domini nostri Jesu Christi, quod pro te traditum est, conservet corpus & animam tuam ad vitam æternam, &: Sanguis Domini nostri J. C. qui pro te effusus est, conservet corpus & animam tuam &c.* novæ hæ, & in nulla unquam liturgia visæ, vel auditæ: *accipe & ede hoc ad recordationem, quod Christus pro te mortuus sit, & vescere eo, in corde tuo per fidem, cum gratiarum actione, &: Bibe hoc, cum recordatione, quod sanguis Christi pro te effusus sit, & gratus esto,* substitutæ fuerint. Imo addit: *autores hujus innovationis scitavisse* 351. *ostendunt, ne communicantes forte crederent, panem & vinum ullo sensu esse corpus & sanguinem Christi: cum tamen ipse Servator noster, hoc sacramentum instituens, discrete id corpus & sanguinem suam appelles, atque a deo illud certo sensu fecerit cor-* 356.

pur & sanguinem suum, licet sine transubstantiatione. Antiqua illæ formulæ, postea sub Regina Elisabetha restitutæ quidem, sed novæ etiam retentæ, iisque subjunctæ, atque adeo ab illo tempore utraq; simul in distributione hujus sacramenti usurpatæ sunt.

P. 359.

Hos tales liturgiæ Anglicanæ defectus, quos vocat, *essentialis*, ab aliis quoque pridem notatos, se primo privatim in administratione & usu S. Eucharistiæ emendare voluisse, deinde etiam publice emendandos proposuisse, profitetur. Sed cum voti sui compos fieri non posset, se, vel invitam, ab Ecclesia Anglicana secessionem fecisse, ait, ut puriorem ecclesiam, qualem & in aliis sectis hodiernis Christianorum desiderat, plantandi occasionem daret. Et hoc ipso consilio novam illam, quam diximus, formulam celebrandæ eucharistiæ Londini 1718 editam esse, ostendit, in qua Calviniana distributionis formula expungitur, & quatuor illa desiderata, puta *mixtura calicis, oblatio, Spiritus S. invocatio, & deprecatio* pro omnibus sanctis, etiam defunctis, partim ex liturgia priori Eduardi VI, partim ex antiquis liturgiis restituntur.

No.

Singularum partium ejus rationem pluribus exponit, imprimis formulam invocandi Spiritum S. ex liturgia Clementina petitam, de novo a transubstantiationis suspitione vindicat, imo firmissima pridem argumenta ex illa ad hanc confutandam desumpta esse ostendit. Denique omnes ad eam velut rem maximi momenti serio examinandam & amplectendam invitat.

AD THOMAM WAGSTAFFE, PRESBYTERAM Anglicanum, SAMUELIS DRAKE S. T. B. Epistola, in qua defenditur Concio habita ad Clerum Cantabrigiæ de Aqua non necessario calici Eucharistico admiscenda,

Londini, apud Guil. & Jo. Innys, 1721, 8.

Plag. 6.

Habeat A. 1718 Sam. Drake, Colleg. Div. Joh. Cantabr. Socius, pro gradu Baccalaureatus Theol. in templo B. Mariæ Cantabrigiæ orationem ad Clerum, quam alias in principiis religionis

glionis ab ipso dissentiens, ut patet ex p. 32, mox impugnabat Thom. Wagstaffe. Respondet itaque hoc schediasmate Autor ad caput quæstionis, an pro Ecclesie Anglicanæ consuetudine aqua calici S. necessario sit admiscenda? & modestè disquisitionis curam ubique præterdit, fatendo quandoque errores suos ingenuè, v. g. p. 34, licet, ubi errorem Adversarius pervicacius tueri velle videbatur, acriori quandoque in ipsum zelo invehatur. Primum itaque monstrare satagit, Græcè satis dici *ἀμπέλον γυνήματος* vel *γυνήμα ἀμπέλου*, siquidem hoc apud LXX Interpretes Deuteron. XXII, 9, Et. LXV, 21 occurrat. Ne vero hebraizantium locutio esse videatur, ex Theonis Philosophi fragmentis & Anacreonte probat, hunc loquendi modum Græcis admodum familiarem fuisse, imo Plautum, Græcos subinde imitatum, hoc phrasi sæpius usum esse. Inde contra adversarium contendit, verba: *ὄσα γίνετα ἐξ ἀμπέλου καὶ πᾶν γυνήμα τῆς ἀμπέλου*, idem prorsus denotare, locum autem afferri non posse, ubi *γυνήμα ἀμπέλου* vinum aqua dilutum necessario significet. Frustra enim hic prætendi Hebraismum, & ad Vorstium de Hebraïsmis N. T. provocari, cum non negetur, scateri Nov. Testamentum Hebraïsmis, hanc vero formulam Hebraïsum esse evictum non sit, imo cum plane contrarium testetur Vorstius, illam diserte de vino solo & novo vitis fructu explicans. Multum autem de Adversario queritur, quod ille fidem explicationi suæ a Judæis arcessat & talmudicis traditionibus fidem habere Christianos severe jubeat. Verum nec Judæos opinionibus istis patrocinari. Nam licet in benedictionibus suis voce fructus vitis utantur, ubi admixta est aqua ad virtutem vini frangentiam, ex scriptis tamen ipsorum apparet, benedictionem ad solum vinum pertinere. Equidem R. Eliezer distinctione sua inter arboris & vitis fructum evertere hoc videtur. Equis vero hunc unicum reliquis omnibus anteponeret. Ab ipso certe in diversum abit R. Eliezer filius Arach, vir longe majoris inter Judæos auctoritatis. Erat quidem calefactorium ad temperandum vinum convivantium inter Judæos in medio positum, non necessario tamen aqua paschale poculum diluebatur, sed cuiusvis arbitrio id permissum erat. Et si forte in œna Domini ex

se orationis agnovit, & adjecta nota monuit reclamantibus codicibus ex autoritate textus Græci particulam *non* adjiciendam esse. Et occurrit hæc particula omnino in omnibus MSSis Græcis Anglicanis, quos Nostro evolvere licuit. Superfunt quoque plurima Tertulliani testimonia ante in concione omiſſa, quæ maniffæ loco hic adjiciuntur, quibus ille aquam calici haud necessario admisceri aſſeruit. Cum igitur nullus Patrum Sæculi III causam Adversarii tueatur, licet brevi ante IV Cyprianus mixtum quandoque a Christo poculum fuisse dicat, solum tamen vinum essentialè & necessarium ubique statuit. Ipse quidem nonnunquam ex præpostero allegoriarum studio, quo populi unionis cum Christo figuram depingeret, aquam vino miscuit, rectius tamen Christi institutionem quam mores Patris illius sequimur.

Coronidis loco disquisitio adjicitur de ætate Liturgiæ supra memoratæ, quæ Constitutionibus vulgo Apostolicis dictis annexa est. Illas tertio Sæculo juniores contra adversarium, eadem vel sub finem primi vel initio secundi sæculi conditas asserentem, ex Grabii testimonio ab Adversario male usurpato evincit. Ipsius Liturgiæ antiquitatem impugnat, tum ex Renaudotio, qui ex Basilii scriptis probat, ante medium Sæculum IV Liturgias Græcas literis non fuisse consignatas, tum ex eo quod, si antiquis temporibus ejusmodi Liturgiæ extitissent, pagani, qui sæculis primis ritus Synaxeos S. sollicitè adeo per tormenta exprimerè tentabant, facile ex ejusmodi Liturgia omnia addiscere potuissent, qualem quidem in eorum manus unquam pervenisse non constat. Imò sapere hanc Liturgiam Arianismum, cum Lib. VIII cap. 6 Pater dicatur Deus tum Filii, tum Paracleti, quod locus cap. 12, ubi Filius ante incarnationem Deo ministrasse dicitur, itidem arguere videtur. Monuerat quoque Autor in concione, in versione Constitutt. Syriaca, ante 1000 annos concinnata, Librum VIII Constitutt. desiderari, quod cum retundere Adversarius inde vellet, quia Autor imperfecti operis in Matthæum librum istum adducit, Noster ob incertam valde allegati autoris ætatem litem deprecatur. Et ex eadem ratione argumenta recusat ex eo sumta, quod Proclus Episcopus Constan-

tinopolitanus scriptor Seculi V in Libro de divina Missa octavum librum Constituit, laudaverit. Denique Græcos inter veteres Liturgias, quæ Jacobo Basilio & Chrysofomo tribuuntur, hanc, licet ob Clementinum nomen magis venerandam, nunquam tamen retulisse, nec publico usu commendasse.

AN ENQUIRY INTO THE CAUSE AND
Origin of Evil &c.

h. e.

**DISQUISITIO DE CAUSA ET ORIGINE
mali, in qua præcipua Naturæ phænomena juxta vera
Philosophiæ principia explicantur, ut loco responsionis esse
possit ad difficultates a Basilio aliisque hypothesas Mani-
cheorum de duobus principiis independentibus defensori-
bus objectas; Autore JOANNE CLARKE,
Diacono ordinario Majestatis Regiæ.**

Londini, apud Jacobum Knapton, 1720, 8.
Plag. 20.

AB omni ævo argumentum de origine mali spinosum ac intricatum visum fuit: quamobrem non indignum judicavit Cel. *Clarkius*, studiis Metaphysicis præclarum nomen dudum adeptus, quod suo quoque examini subjiceret, sermones ex *Boylis* instituto A. 1719 contra Atheos atque homines profanos habiturus. Præmissis itaque veterum quorundam Philosophorum placitis de origine mali, Magorum apud Medos atque Persas sententiam de duobus principiis contrariis, quorum alterum sit causa boni, alterum causa mali interpretatur. Monet eandem apud Persas audivisse *Oromasdem* & *Arimanium*; apud Ægyptios *Osridem* & *Typhonem*; apud Chaldæos *Planctas* *beneficos* & *malignos*; apud Græcos *Jovem* & *Plutonem*, seu Deum & Diabolum. Hanc opinionem adoptasse Manichæos & cum religione Christiana miscuisse. Eandem renovasse *Basilium* in Dictionario sub voce *Manichæi*, cujus rationes prolixè recenset. Examinat deinde argumenta Epicureorum, inter quæ præcipuum

parum esse arbitrat de obliquitate ecliplicæ parum conveniente. Putabant enim veteres, zonas frigidas & torridas ideo habitari non posse. Quamobrem eos refutaturus provocat ad Geographos recentiores, qui contrarium narrant. Monet præterea, admissa alia obliquitate majores adhuc irregularitates prodituras fuisse, quas specialius enumerat. Atro etiam carbone notat *Alphonsum X Castellæ Regem*, mundi fabricam reprehendentem, quod veram ignoraret. Quo facto hypothesin de duobus principiis contrariis aggreditur, eamque subvertere conatur. Magno molimine monstrat, notionem principii mali, quod independens ac infinitum statui debeat, esse contradictoriam, cum malum ab ignorantia ortum trahat, minime autem ab intellectu infinito, nec idem cum potentia & libertate infinita consistat. Putat etiam, duo entia necessaria dari non posse, consequenter notions de duobus principiis independentibus se mutuo destrueri. Cum absurdum sit, duo coexistere principia, ac notio principii mali contradictionem involvat, nonnisi unicum existere concludit, idque bonum, a quo totus mundus pendet. Difficile autem esse judicium de perfectione Systematis mundani, cum valde limitatam ejus notitiam habeamus. Quamvis autem fieri nequeat, ut singularum universi partium cognitionem nanciscamur, in quibusdam tamen non desperandum esse successum, cavendum autem esse, ne ex præcipitantia judicemus & ultra modulum divinitus nobis concessum sapere velimus. Quoniam mala triplicia sunt, methaphysica, physica & moralia; Autor de singulis verba facturus, primo loco methaphysica, seu imperfectiones rerum, considerat, in defectu majoris perfectionis consistentes. Antequam de his judicium fieri possit, ante omnia constare nobis debere, quibus facultatibus ac virtutibus objecta sint vestita, quibus subjecta legibus, ad quos directa fines. Ea ut detegamus, utendum esse methodo analytica, colligendo observationes ac experimenta plurima, ac inde conclusiones generales eruendo. Laudat hic *Newtonum*, in editione secunda *Optices* p. 413 viam hanc monstrantem, atque methodi istius præstantiam extollit. Generalibus hisce præmissis observat, imperfectiones creaturarum proprie loquendo non esse mala, cum sint consequentia necessaria entis finiti ac dependen-

tis, ita ut aut nulla creatura produci, aut imperfectiones admit-
 tendæ fuerint Deo. Mox in specie ostendit, quantitatem materiæ
 in spatio necessario & infinito pendere a mero Numinis arbitrio,
 nec defectum majoris quantitatis censendum esse malum, quo-
 niam Deo liberum fuit, materiæ prorsus nihil creare, nec evinci
 potest, aliam materiæ quantitatem futuram meliorem. Similiter
 cum materia sit mere passiva & ad infinitos velocitatis gradus
 tempore & in quovis spatio determinabilis, opus esse legibus
 motus, quas cum Deus pro arbitrio ferre queat, nullam earum,
 sua natura utpote indifferentem, malam dici posse. Similiter
 partium compositionem subijci arbitrio divino. Atque adeo
 mala, quæ vocamus, metaphysica non esse nisi talia, quæ in rerum
 naturis necessario involvantur & ex legibus, quibus parent, ne-
 cessario resultent. Monstrat id sigillatim de systemate plane-
 tario, ubi phænomena motus Telluris & planetarum cetero-
 rum, aliaque ipsos concernentia expendit, ut appareat, mala
 quæ vocamus, metaphysica seu imperfectiones rerum mutari
 non posse nisi mutatis rerum naturis ac novis motus legibus
 factis. Etsi autem in hisce liberam Dei electionem admittat,
 utrasque tamen ad finem quendam universalem referri statuit,
 nobis quidem imperscrutabilem. Ob istas imperfectiones natu-
 rales non magis accusari posse Numen, quam Architectum,
 quod ædificium per seculum duraturum constructurus usus
 fuerit materiæ per millenarium perennare nescia. Deum sibi
 proposuisse finem & huic consequendo aptasse rerum naturas
 eique convenientibus viribus ac qualitatibus easdem induisse.
 Hæc qui perpendat, eum non amplius conquesturum de defe-
 ctibus creationis. Ut igitur ea, quæ de imperfectionibus rerum
 naturalibus docuit, majori adhuc luce collustraret, a corporibus
 mundi totalibus ad partialia descendit. Refert hic inter leges
 particulares, a quibus effectus pendent, legem gravitationis in-
 tuitu rotunditatis figuræ, legem vegetationis intuitu plan-
 tarum, legem instinctus intuitu brutorum & legem ratio-
 nis intuitu hominum. Has leges diversa esse principia na-
 turis rerum, quibus inhzrent, accommodata, unde gradus ma-
 joris vel minoris perfectionis pendent. Repetit hic ex *Newtoni*

Optica,

Optica, Deum in principio rerum materiam ita formasse, ut primigeniæ ejus particulæ, e quibus deinceps oritura esset corporea omnis natura, solidæ essent, firmæ, duræ, impenetrabiles & nobiles, iis magnitudinibus & figuris, iisque insuper proprietatibus, eoque numero & quantitate pro ratione spatii, in quo saturum erat ut movereatur, quo possent ad eos fines, ad quos formatae fuerant, optime deduci. Mox per experientiam patere ait, leges præcipuas, quibus compositio ex istis particulis ninitur, esse gravitationem, cohesionem & fermentationem, seu tendentiam mutuam corporum ad se invicem, quantitati materiæ proportionatam, tendentiam gravitate superiorem particularum exiguarum, & tendentiam contrariam particularum fluidorum, qua a se invicem magna vi recedunt & se invicem fugiunt. Harum legum non aliam esse rationem præter voluntatem creatoris ob certos fines agentis. Atque ex his principiis Cl. Autor respondet ad objectiones contra excellentiam & perfectionem status præsentis creationis. Totus nimirum responsionis nervus in eo situs est, quod, quas nobis observare videmur irregularitates & imperfectiones, evitari nequeant, nisi destructis principiis, unde pendet, quod bonum est ac regulare in præsentis rerum cursu. Respondet autem ad difficultates, quæ moventur circa inæqualem terræ continentis & æquarum divisionem, circa inæqualitates superficiei Telluris, circa deserta, circa atmosphæram, ubi præsertim tempestatum, procellarum, fulguris, tonitru &c. habetur ratio, circa terræ motus, pestem, annonæ caritatem, mortem hominis atque animalium, generationem monstrorum & creaturarum deformium, laborem & morbos &c. Circa res inanimatas quæ moventur difficultates, ex his principiis diluuntur: 1 unamquamque illarum proprium sibi habere finem, ob quem a conditore sapientissimo condita fuerit: 2 unamquamque regi aliqua lege seu indutam esse quibusdam facultatibus naturæ ipsius maxime convenientibus & ad finem istum particularem obtinendum conducentibus: 3 cognitionem cum finis, tum legis acquirendam esse per experientiam & observationes vi inductionis. De veritate legum esse contrarietatis fundamentum: aut itaque admittendas esse quasdam irregularitates, aut tollendam veritatem

tem rerum. Statuit autem, leges omnes in se spectatas esse perfecte indifferentes, & optimo, quo fieri potest, modo ad systema univerti accommodari. Omnes leges particulares rerum quantumlibet exiguarum tendere ad bonum totius univerti, nec malum inde resultare nisi sub particularibus quibusdam circumstantiis. Rarius autem cum id accidat, ab eo contra mundi perfectionem objectionem fieri non posse. Fontem omnium in hoc argumento præjudiciorum in eo constituit, quod, quæ in mundo occurrunt, non considerentur tanquam partes univerti, sed absolute, citra relationem ad totum. Quod si animalia consideres instar univerti & membra corporis tanquam partes hujus univerti constitutivas, paulo ante dicta ad eorundem quoque mala, v. gr. lassitudinem, morbos, mortem applicare dabitur. Ita observat Noster, mortem ex structura corporis & membrorum materia necessario sequi, nec comminationem mortis paradisiacam de corporis mortalitate, verum de morte actuali accipiendam esse. Idem ejus de morbis judicium est, quos nisi sublato præsentis rerum statu in machina corporis evitari haud quaquam posse statuit. Originem mali moralis peculiari Tractatui referavit, qui nondum ad nos pervenit; etsi jam lucem adspexerit.

**RELIQUIÆ MANUSCRIPTORUM OMNIS
ævi Diplomatum ac Monumentorum ineditorum adhuc;
Tomus IV. Ex Museo & cum Præfatione JO. PETRI
a LUDEWIG, Icti, Fridericianæ
Cancellarii.**

Francof. & Lipsiæ, 1722, 8 maj.

Alph. 2 Tabb. zn. 3½.

NON defuisset orbi literato publicandis ex instructissima sua Bibliotheca rarioribus & insignioribus omnium temporum scriptis Celeberrimus Autor, nisi aliqualem inieisset moram collatum nuperrime ipsi a Potentissimo Porussicæ Rege præmi, post fata Illustris Seckendorffii, in Academia vicina Hannoveræ Cancellarii munus atque dignitas. Priores itaque harum *Reliquiarum Tomos*, a nobis in his Actis A. 1720 M. Aug.

p. 346

p. 346 seq. exhibitos, jam sequitur *quartus*, non minori, quam illi, omnis doctrinæ apparatus refertus, & maximam partem, paucisque exceptis, ab Illustrissimo S. R. I. Comite, quem Excellentissimum Comitem de Wurmbrand esse, fama accepimus, suppeditatus, ita ut tot egregiis atque præstantissimis monumentis superbiens, omnino & vere *Austriacus* dici mereatur. Occurrunt autem in præclara ista Collectione: I *Codex Juris Austriaci* A. 1190, quam ei una cum Lambecio ætatem, Leopoldumque Austriæ Ducem autorem asserit, ac Speculatoribus, Saxonico atque Suevico, ob argumenti vetustatisque præstantiam non adeo inferiorem judicat Illustris Cancellarius, uberius id, ut semper solet, in singularibus quibusdam momentis ostendens, de *copiis* scilicet *militariibus*, non ex principis patrimonio aut dominio, sed incolarum & nobilium impensis aleudis, licet hi audiant Domini in provincia, *Herrn im Lande*, & a præstationibus reliquorum subditorum ignobilium sint immunes. II *Diplomatarium Zwettlense*, sive Cœnobii Zwethalensis inferioris Austriæ, de quo etiam nuper quædam dedit R. P. Hieronymus Pezsius in Austriacis, præsentem autem chartas cum Nostro communicavit Reverendissimus ejusdem Abbas, quas hinc inde laceratas quidem ac disruptas esse conqueritur Celeberrimus Editor, sed & ex his fragmentis gazaras collegit, ut de causis nullitatis testamentorum, adde & venditionum allodiorum olim in Germania, quamdiu nempe fuerint propinqui ejusdem nominis ac stirpis, cujus etiamnum vestigia variis in locis præsertim in *retractu gentilitio* Bremensi superesse credit. *Classes* porro *Ordinum*, post Territorii Dominum, *Germania Provincialium*, doctissime eruit, utpote I *Prælatorum*, 2 *Ministerialium Provincia*, vulgo *Dienstherrn*, quibus non a Principe solo, sed a Republica publici muneris sparta commissa, præsertim instruenda in provincialibus comitiis, quod ex officiis Marefcalci, Pincernæ, Dapiferi, Camerarii, Venatoris, Palatini & Cancellarij facile apparebit. 3 *Nobilium Dominorum*, aut dynastarum, alias *Landherrn*, sive Comitum, sive Baronum, sive aliorum Nobilium nomine venientium, & Regalia jurisdictionis, vestigialium, aliarumque rerum possidentium, & nobiles iterum alios

P. 5.

8.

10.

12.

suo

- suo sub dominatu habentium, quos Noster vocat 4. *Nobilis mediocres, Milites, Knappen, Clientes*, qui pependunt vel ab ipso Principe, cujus egerant ministros & ideo audiverant ejus Ministeriales, *Dienstmannen*, vel etiam a nobilibus Dominis aut provinciae ministerialibus vel praelatis. Neque enim ministeriales provinciae confundendos censet cum ministerialibus principis aut provincialium. 5. *Civium*, ex urbe vocatorum, ut provincialibus conventibus interessent. Ne reliqua, magno cum judicio probata, afferamus, notatu digna sunt, quae de *Austria Ducatu* jam A. 1250 dicuntur, quod fuerit Principatus promiscuae successione, & quod femina sit verus Austriae haeres; nec non de *Friderico Putschro*, Ludovici Bavari Anti-Cesare, qui A. 1318 non solum se Imperatorem scripsit, sed etiam Imperialia largitus est privilegia, id gratiarum causa faciens, ob concessum a Deo diadema Imperiale. III *Diplomatarium Admontense*, sive Monasterii Admund in Styriae Ducatu, ex quo singularia plura collegit Illustris Editor, a nobis non plane silentio praeterenda, e. g. quod *Archiepiscopus Moguntinus Chunradus* sigillatim dicatur *Germania Cancellarius*, nihilominus tamen eo praesente diplomati subscripserit *Gosfridus Cancellarius aulae Imperialis*. Inter subscriptores cujusdam instrumenti Otocari *Ducis Styriae* A. 1185 reperitur *Ducis frater post nobiles*. Inde non alium locum relictum putat *apanagiatis*, quibus tum 177. Principis nomine non licebat uti. Utrum in confirmatione quadam Rudolphi IV titulus se recte habeat: *Dei gratia Palatinus, Archidux Austriae*, item Alberti, qui ibidem vocatur: *Palatinus Comes Carinthiae*, non audet affirmare Vir Celeberrimus. IV *Diplomatarium Garstense*, sive Cœnobii Gersten, in Austria superiori, ex quo ritum testium per aures attractorum annotamus. V *Diplomata gentis Stabrenbergiana* vel *Starckenbergiana* aut *Storckenbergiana*, tam varie enim scribitur, in quibus omnino 194. 207. singularis est *Donatio Elisabetha* Conjugis Alberti I Imp. in salutem & memoriam defuncti, ut reliqua taceamus. VI *Diplomatarium Miscellum*, instrumenta varii generis exhibens, inter priora facile eminent. In quo ut optima multa intacta reliquamus, id tamen nobis memorandum videtur, quod etiam 239.

post

post semper a Aurea Bulla, & in subscriptione Diplomatis Rudolphi IV Gloriosi Archiducis Austriae de an. 1359 Meinhardus Marchio Brand. & S. R. I. Archicamerarius praefertur Wencesleo Duci Saxoniae ac S. R. I. Archimareschallo. Item quod Ladovicus Romanus non tam Elector Brandenburgicus, quam Electoratus administrator fuerit. Burggravius quoque & Palatinos eodem esse, ac Comites sive Judices alius ordinis, licet non Principalis, colligitur ibidem. Sed gravior est disceptatio, ubi in Principum Italiae potestatem ac vasallagium, ejusque ortum & fines sollicitè inquiri, jursque Imperii contra imperitos quosdam novatores strenue defendit Vir Amplissimus. VII Chronicon Episcoporum Merseburgensium agmen claudit, ad nostra deductum tempora, & Brotuffianis, Hahuianis, Vulpianis, adde & Mæbianis laboribus certo modo praefereandum, cujus Auctorem Monachum Merseburgensem, in monumentis eo pertinentibus probe versatum; Brotuffio lectum, tempus autem descriptionis post annum 1400 constituit, & editionem jam ante aliquot annos ab Ill. Leibnitio desideratam, nunc maturare, & Episcoporum ornare voluit Insignibus Celeberrimus Editor, qui & doctissimas observationes de usu Insignium Episcoporum, praesertim S. Crucis & singularem doctrinam de Episcopis Doctoribus, nec multis majorum imaginibus conspicuis, aspersit, item autem de immedietate vel medietate dicti Episcopatus Merseburgensis proponere hic maluit, quam componere. In fine disquiritur: Num Rudolphum Henrici IV Anticarsarem Martisburgi sepultum penituerit commissa in Imperatorem perfidia, quod negat Illustris Cancellarius, Rudolphumque ceu Martyrem & divum tutelarem S. R. I. colendum esse pronuntiat; novam vocis Merseburg, non infelici successu, etymon adjungens, quod idem sit ac Castellum inter palustria loca. Germanos enim loca palustria appellasse parva maria, mer, mor, morast, & hunc maris significatum paulo mutasse Romanos. Quod reliquum est, publico nomine agimus Ill. Editori gratias pro hisce thesauris, illumque obtestamur, velit, quos hic in limine praesentis Tomi pollicitus est, Rerum Brandenburgicarum, Gallicarum, Italicarum, Belgicarum & Septentrionalium

p. 292.

25.

27.

36.

49.

52.

Scriptores, & alios hinc inde & alibi larga manu promissos labores, Jus scilicet publicum Italia, Germaniam sacram, Archiepiscopatus Magdeburgensis, & Argentinenfis, Numburgensis, Aichstadiensisque Episcopatum Notitiam propediem in publicum producere.

**DIARIUM VAZSTENENSE AB IPSIS
institiis monasterii ad ejusdem destructionem ex MS. edidit,
Bullis, Diplommatibus ac Notis illustravit ERICUS
BENZELIUS, Er. Filius.**

Upsalix, prostat apud J. H. Ruffworm, Acad. Bibliop. 1721, 4-
Alph. I plag. 12.

NON male opinatus est Cl. *Benzelius*, suum in historiam patriam amorem editis Joannis Vastonii Vite Aquilonica, & Monumentis Ecclesie Gothice aliisque dudum professus, in præfatione Diario huic Vazstenensi præmissa, fore, ut æqui judices illud non indignum censeant, quod prodeat. Plurimæ Regum Reginarumque res gestæ, Episcoporum ætates, illustrium familiarum cognationes absque hoc Diario ignorarentur, & quamvis cum aliis medix ætatis annalibus hoc habeat commune, quod inter illa egregia multa etiam futilia & inania legantur, fatius tamen fuit integrum edi librum, quam mutilatum, partim quod nos lateat, cui forte usui illa, quæ nobis nunc inania videntur, olim esse possint, partim ut omnis illa suspicio, quæ e fragmentis nasci solet, esse quædam, quæ ad rem faciunt, omissa, aut neglecta, funditus tollatur. Vazstenense Cœnobium celebre, in Gothia orientali situm, natales suos debet inclytæ & in Sanctarum numerum adoptatæ Brigittæ Suecicæ, diarium vero hoc ipsum, quod duorum seculorum historiam continet diligentis sodalis non unius. Anno diarii primo, qui est seculi decimi quarti quartus & quadragesimus, mors annotatur *nobilis militis Dni. Ulphonis Gudmarssoni, quondam mariti beatæ Birgitta, quam Christus in suam Sponsam assumpsit post mortem Viri sui.* Extremus est annorum supra millesimum quingentesimum, quintus & quadragesimus, quo *desumserunt nobis,* inquit Cœnobita, *ci-*
vita-

vitatenses allan Klösters wall a parte australi, ut apparet, postquam ante biennium Lincopenfis Episcopus cultum divinum jam mutasset in melius, quod testantur ea, quæ ad Annum MDXLIII relata leguntur: In crastino b. Birgitta canonizationis hora VIII venit Magister Nicolaus Episc. Lincopenfis ad domum nostram capitularem cum multis clericis, & fecit Synodum in audientia multorum citatorum, nobis antea ignorantibus in multis depressionibus, videl. sacrificio missæ, aqua benedictione, de confessione, cappa, & habitu & multis aliis annihilando servitium Dei. Secunda die apud Sorores, ubi deposuit - - & Ora pro nobis, propterea fiant dies ejus pauci, & Episcopatum ejus occupet alter. Diarium scribi cœptum est Anno MCCCCVI per Fratrem Thorirum Andreæ, quod ipse ad istum annum annotavit, missus ea tempestate versus Florentiam pro dilatione ordinis. Idem ad A. MCCCCX Andream Lydekini nonnulla collegisse & scripsisse indicat. Reverfus enim Thorirus perrexit telam ad A. MCCCCXIV, quo exeunte ad Concilium Constantiense abiit, paulo post reditum, qui in A. MCCCCXVIII incidit, extinctus. Continuasse laborem Andream Jacobi ex iis, quæ ad A. MCCCCXV traduntur, colligere est. Ab eadem manu esse notata anno MDVIII & sequentibus ad coronationem Christierni II, id est, MDXX codex docet, Nicolai Amundi esse, ad A. MDXVII innuunt verba: In crastino S. Andrea Ap. convocatis sororibus & fratribus in loquutorio Sororum, concorditer est electus in Confess. Gener. Frater Nicolaus Amundi indignissimus hominum, quod protestor manu propria. Codex, ex quo hoc Diarium editum, est autographus, quem Bibliotheca Upsalienfis publica Olai Celsii, Linguarum Orientalium Professoris publici, liberalitati debet. Nullas vero, Epistolas, & Diplomata ex aliis codicibus Manuscriptis, cum ejusdem Bibliothecæ, tum aliorum Virorum historiz patriæ studiosorum, puta Nic. Rabenii & Eliæ Brenneri, descripsit diligentissimus Benzelius, & cum ad Diarium illustrandum egregie faciant, in salce adjecit. Sunt vero illa:

1 Alberti Mekelburgici Ducis, nomine filii Alberti Regis, ad Lincopenses epistola Stockholmiz 1367 scripta de denario

p. 187.

- Wadstenensibus, & tertia parte decimarum pauperum Lincopenses Canonjcis exsolvendis.
- p. 188. 2 Concilium Provinciale Arbogense 1396 habitum.
191. 3 Urbani Papæ VI Epistola ad Lincopensem Episcopum Romæ 1381 scripta de Episcopi constantia & suo in canonizanda Birgitta favore.
192. 4 Bonifacii Papæ IX ad Episcopum Strengnensem Epistola Romæ 1402 scripta, qua eum jubet in vitam & regimen Abbatissæ Wadstenensis Ingegardis inquirere.
194. 5 Henrici Fizhuger Dn. de Rauenswather, militis Angli, charta foundationis monasterii S. Salvatoris in Anglia Wadstenæ 1406.
197. 6 Wladislai R. Poloniz Epistola ad Joannem Episc. Pomefanensem, ante Marienburg 1410 scripta, qua rogat, ut erectionem Monasterii in loco conflictus cum Cruciferis de Prussia habiti dicto Grunnevelt approbare velit.
198. 7 Sigismundi Imperatoris diploma Constantiæ 1415 datum, quo monasterium S. Salvatoris s. Birgittinum Marienvold in dioecesi Razenburgenfi in suam & Sacri Romani Imperii protectionem recipit.
199. 8 Deslevi Episc. Razenburgenfis epistola Schoneberg 1416 scripta, qua hortatur moniales Marienvoldenses, ne quas sororum mittant ad Mariendal.
200. 9 Archiepiscopi & Episcoporum Sueciæ supplicatio ad Patres Constantientes pro canonizatione Nicolai Episcopi Lincopensis, Brynolphi Episcopi Scarensis & Ingridis Monialis, ut eam futuro Pontifici commendant, Upsaliæ 1417.
203. 10 Ulphonis Birgeri Confessoris Generalis Wadstenensis ad Gerlacum Confess. General. Mariendalensem Epistola, ut visitationis officium suo nomine peragat in Monasteriis Marienvald & Mariencrone. Wadsten. 1424.
204. 11 Innocentii Papa VIII Epistola ad Archiepiscopum & Episcopos Sueciæ, Romæ 1488, de canonizatione Catharinæ, filiæ S. Birgittæ, in tempus magis opportunum differenda.

12. Ejus-

12 Eiusdem Bullæ de confirmatione privilegiorum ordinis Brigittini s. S. Salvatoris Romæ 1490 edita & a Jacobo Upsalienfium Archiepifcopo publicata. p. 205.

13 Petri Magni Monachi Vadftenenfis & Reftoris domus S. Brigittæ Romæ 1518 ad Conventuales Vadftenenfes Epiftola, lingua patria de futilitate Indulgentiarum confcripta. 213.

Post hanc chartarum veterum collectionem leguntur Celeb. Benzeli ad hoc diarium notæ, breves sane, sed egregiæ & bonæ frugis, in quibus multa, in Suecicis genealogiis illustrantur, confirmantur, varii errores Jo. Messenii, Eliz Reufneri, aliorum annotantur & emendantur, & nonnunquam inſperguntur, quæ ibi non quaſiſſes. Ita p. 243 ſeq. ex Codice quodam ſuo MSto Legum Norwegicarum Catalogus Archiepiſcoporum Nidroſienſium inferitur, quo alia ſeries eorundem Præfulum, quam Thormodus Torſæus ex veteri MSto Islandico in Historia Norwegica edidit, illustratur. Ita cum in diario Vadſtenenſi ad a. 1495 narretur, *accenſum eſſe ignem vehementem in infirmatorio novo, & tunc combuſtam fuiſſe ibi inter alia unam tunnam plenam cum ſeptem voluminibus revelationum caeleſtium S. Brigittæ, conſagrata etiam ibidem diverſa inſtrumenta pro imprefſura librorum realiter aptata & jam per medium annum in uſu habita, videlicet torcular cum literis ſannæis*, addit Benzeli in notis, ſe credidiſſe hæc eſſe incunabula typographiæ in patria ſua, non quod hoc anno 1495 huc perlata ſint primum prela artis præſtantiffimæ, extare enim in Archivo Regni exemplum literarum confraternitatis Vadſtenenſis imprefſarum 1491, ſed Vadſtenoſ ſaltim primos eam excepiſſe, nunc vero ſe mutaviſſe ſententiam, a fratre Guſtavo Benzelfierna monitum, quod Hafniæ in muſeo Cl. Ar. Magnæi cujuſdam *Anonymi dialogum creaturarum moralizationum* Stockholmiæ 1483 imprefſum viderit. Omne opus Index locupletiffimus claudit. Nos doctiffimo atque diligentiffimo Benzelio merito bene precamur, ut ſpes, quam ipſe de Collectione Hiſtoricorum veterum patriæ p. 220, & de Codice Conciliorum Sæcæ Gothicorum p. 223, præſtantiffimis ſane operibus, excitat, non collabatur.

FRIDERICI HOFFMANNI, *DIVERSORUM S.R.I. Principum Consilarii medici & Prof. Med. primarii, Medicina Consultatoria quinque Decades consiliorum & responsorum Facultatis Medicæ exhibens. Pars I.*

Halæ Magdeb. ex officina Rengeriana, 1721, 4.
Alphab. 1 pl. 18.

QUam bene de Medicina mereantur, qui observationes probe consignatas posteritati transmittunt, iisque difficilium curationum eventus, vel consilia ægrotantibus suppeditata, vel iudicium de dubiis casibus solide latum oblivioni eripiunt: quantumque fructum talia sedulo legentibus ad iudicium experientia subigendum afferant, fama meritisque illustris orbique jam olim notissimus Autor in præfatione huic operi præmissa exponit. Ipse igitur manum operi admovet, & ex iis, quæ tot annorum experientia artisque operum exercitatio suppeditarunt, cum publico communicat nunc quidem L specimina, inter quæ sunt, quæ Facultatis Medicæ, multa, quæ suo nomine responsa aut consilia requirentibus data fuerunt. Invenit nonnullorum summas referre, ut Lectori pateat, quid nunc debeat meritissimo Autori, & quam iuste optemus, ut pluribus partibus successive edendis publico bono inservire pergat. Primus casus exhibet iudicium Facultatis de morte subita viri LVI annorum, antea vegeti & sani, qui, quum summo mane se itineri equo perficiendo accingeret, a filia præparatam chocoladam cum lacte coctam biberat. Proficiscitur tempestate incommoda & pluviosa, sed, quod valde ægrotare cœperat, mature revertitur & lectum petit summe infirmus. Vehementes vomitus, cum cardialgia & anxietate hominem torquent, dejectiones crebræ per alvum subsequuntur, extrema frigent, facies sudore frigido madet, omnia fastidit, parum loqui valet, hora admodum bona post assumptam chocoladam moritur, quum prius singultu & convulsionibus vexatus fuisset, & aphonus jacuisset. Ungues mortui cœrulei videbantur, & maculæ lividæ per collum & humerum, in

in pectore etiam & latere sinistro maculæ quædam observabantur, sine notabili abdominis intumescencia. Quum non leves causæ de veneno propinato cogitandi innotuerint, odium scilicet filix erga parentem, nimia familiaritas cum servo, & quod emisit illam arsenicum constabat, consulta Halensis Facultas ita iudicium tulit suum, ut virum hunc potius ab arsenico chocoladæ admixto quam morbo quodam obiisse diem declararet. Nam quum virum istum vehementibus spasmodicis vel hypochondriacis pathematibus umquam laborasse non constet, neque choleram fuisse morbum, quo sublatus est, ex signis appareat, illud minime ad excitanda tam atrocia symptomata aut mortem accelerandam sufficit, quod flatulentiam aut acorem ventriculi sæpe accusavit, quod diebus prægressis vinum rubrum bibit, & chocolada cum lacte assumta, libero se eiq; pluvioso aeri commisit. Oportet igitur adfuisse causam, quæ proportionatas vires cum tanto effectu haberet; venenumque fuisse exhibitum, eo magis elucescit, quoniam die prægresso edit, bibit, inde dormivit, neque de ullo incommodo conquestus fuit, antequam chocoladam sumeret.

Primæ decadis casus nonus consilium ab Illustri Autore datum sistit, agitque de mictus cruenti perquam rara specie. Nimirum vir LX annorum subito corripitur colicis vehementibus doloribus, cum mingendi difficultate conjunctis, quæ constanter, illis etiam evanescentibus, hominem affligit. Accedit mictus cruentus per 8 ad 14 dies sæpe durans, subinde quidem remittens, sed ad quemvis corporis motum promte recrudesens, doloribus nunquam penitus cessantibus. Dum hæc per duos fere annos sunt, varia artis præsidia adhibita fuerunt, acidularumque Egranarum usus bis institutus fuit. Quum tandem sanguinis per V. S. & hirudines fierent ventilationes, sanguinis quidem sinceri effluxus cessavit, urina tamen post refrigerationem sedimentum rubicundum, tandemque moleculas congruati sanguinis exhibuit. Aliquando una die ultra viginti excretæ fuerunt tales moleculæ, quarum fuere quædam digiti minimi longitudini æquales membranaque involutæ videbantur: quædam quasi carnosæ nullum sanguinis vestigium exhibebant. Ab hac excretionem conquiescere morbum dixisses, nisi dolorifica
mictio

mictio permanisset. Sed brevi successit vera colica nephritica, sub cujus doloribus calculi exigui prodibant. Hac expugnata lotium clarum fluxit, sed nec dolores nec difficultas mingendi, cum crebro tamen conatu, cui tenesmus accedit, quieverunt. Inter hæc somnus semper a doloribus interruptitur, flatulentia crebrique ructus affligunt, appetitus prostratus est: omniaque circa lunæ phases exacerbantur. In regione pubis sæpe pruritum, & interdum dolorem interius quasi prementem & lancinantem sentit, tanquam a præternaturali corpore ibi latitante: quæ singula magis exacerbantur, quoties corpus a tussi, sternutatione, vel alio motu concutitur. Urina sæpe tanto impetu pellitur, ut fere involuntarie erumpat.

Expositam morbi historiam ita resolvit Vir celeberrimus. Egrotam, cum plethoricus valde esset, propter denegatum sanguinis per hæmorrhoides fluxum, colica spasmodica correptum fuisse, quam dysuria & mictus cruentus consequutus fuit. Hic autem mictus non ex aliquo reatum vel vasorum emulgentium vitio ortus fuit, sed originem suam debet venæ hæmorrhoidali externæ, cujus rami, præsertim in viris, vesicæ cervicem copiosis furculis ambiunt. Rariorem hanc mictus cruenti speciem, sed non sine exemplo esse, adductis observationibus probatur. Cognoscitur autem ex eo, quod in lumbis & renibus nullus dolor observatur: sed conatus & stimulus mingendi continuus cum tenesmo & sensu ardoris in ano, dolor quasi scindens & urens in pene usque ad glandem excurrent, cum rigida penis tensione continuo affligit. Stagnante autem sanguine in pelvis, vesicæ & intestini recti partibus, aperiuntur venarum oscula, quæ si largum sanguinem emittunt, ille sincerus cum lotio effluit: si parum successive exillat, ille coagulatur & cum mucoco vesicæ mixtus in moleculis congruati sanguinis, quasi membrana vestitus, abit. Difficilis hic est morbus præsertim inveteratus, & quando senile corpus occupat: & neglectus plane corruptionem & lethalem sphacelationem minatur. Suadet ergo venæ sectio, ter quotannis in brachio instituenda: commendatur alvi laxæ cura, quam segnem per passulas, rhabarbarina expedire, aloetica autem & omnia acris vitare jubetur. Ce-
revi-

revifarum vinique potus diffuadetur, in cœna tamen modicum Burgundici gustare permittitur. Cœna ipsa fit moderatissima: potus autem aqua cum china, sarsaparilla, fantalis & glycyrrhyza decocta. Thermarum & acidularum usus improbat. Externe lintea in aqua ad vulnera sclopetorum (*l'eau d'arquebuse*) madefacta pubi perinæoque imponenda, & per noctem relinquenda commendantur.

Decadis quartæ casus *It* exhibet hominem singulari pugna in abdomine, angustiori gladio, per lineam albam vulneratum, & septimo a conflictu die mortuum. Quum cadaver secaretur, quatuor circiter libræ extravasati sanguinis, & in multis partibus gangrænâ deprehendebatur. In mesocolo vas arteriosum discissum erat. Medicus & Chirurgus, qui vulneratum secundum artis præscriptum tractaverant, & mortuum fecerant, in relatione magistratui exhibita vulnus absolute lethale pronunciaverant: sed balneator quidam contenderat, vulneris labia debuisse amplificari, sanguinem extravasatum emitti & contra gangrænâ pugnari: sic vulneratum servari potuisse. Quæsitæ Facultas respondit, & vulnus absolute lethale & judicium balneatoris minime fuisse fundatum.

Sunt etiam casus, ubi dissentientes integrorum collegiorum sententiæ exhibentur. Notatu maxime dignus est decadis quartæ nonus, ubi quæritur, sitne spiritus vitrioli copiose sumtus venenum, possitque hominem continuato usu interimere? Quæsitæ Rintelenses, Halenses, Jenenses, Giesenses Medici, etiam privati quidam, judicium suum protulerunt, Halensi Facultati, quæ negativam amplexa erat, scribendæ responso suo apologiæ necessitas imposita fuit. Singula hæc responsa conjunctim ibi leguntur; ad finem vero monetur, virum istum, qui controversiæ occasionem dederat, tandem confessum esse, se uxori interemtæ arsenicum propinasse.

THEOREMA NOVUM HABENS UTILITATEM in dividendis multiplicandisque angulis, nec non in condendis Tabulis sinuum, tangentium & secantium.

Autore JOH. BERNOULLI.

Lz

Proble-


Problema Sectionis angularis exercuit quondam Geometras non infimi ordinis bene multos: Nemo dederat antea formulam generalem pro indefinitis arcuumve sectionibus vel multiplicationibus applicabilem ad quemlibet datum numerum, cum ejusmodi formulam primus exhiberem in Actis Lips. 1701 M. April. Hæc postea aliis, quibus non displicuit, magni nominis Analystis ansam præbuit, inquirendi in ejus demonstrationem & originem, quam ego singulares ob causas celeraveram, tum etiam inveniendi tales alios canones universales. Quicquid vero in eam rem prodiit, id vel serierum infinitarum auxilio vel calculi differentialis ope erutum: in primis Formula illa altera universalis, quam multis post annis exhibui, peculiari aliquo artificio per logarithmos imaginarios inventa, habet quidem aliquid novi & inexpectati, quo æquationes angulares pro lubitu expedite & prompte formantur; interim logarithmi illi imaginarii, qui infirmioribus & minus exercitatis scrupulum facessere possent, originem habent ex differentialibus arcuum a tangentibus derivatis, vid. Act. 1712 M. Jun. & Jul. Ante biennium circiter aggressus solutionem (quam multiplici modo repertam mox communicabo in peculiari schediasmate) problematis alicujus a Filio meo propositi in Actorum Supplem. Tom. VII Sect. VIII p. 532 *De construendis curvis semet ipsas inverso situ positas atque motu parallelo motas in constanti angulo secantibus*, incidi in Theorema longe universalissimum & quidem communi analysi adinventum, quod cum viderem habere posse usum insignem, non tantum in arcuum divisione & multiplicatione, sed & in plurium arcuum etiam si inæqualium, quotquot libuerit, additione vel subtractione, eorumque aggregato vel residuo indefinite exprimendo per canonem generalem, qui compendium suppeditabit supputare volentibus Tabulas sinuum, tangentium, & secantium; operæ pretium duxi Theorema paulo fufius exponere, præmissis aliquot Lemmatibus.

Lemma I.

Si in circulo *BGL* (Fig. I) cujus centrum *A*, & radius *AB = r*, duorum arcuum *BF* & *BFG* datæ sint tangentæ,
nem-

nempe $BC = a$, $BD = b$, fitque nova tangens $BE = \frac{a+b}{1-ab}$,
 dico arcum BGH cui illa respondet esse æqualem summe
 arcuum $BF + BFG$.

Fig. 1.



Demonst. Ex suppositis habentur secantes, ut sequitur:
 $AC = r(1+aa)$, $AD = r(1+bb)$, $AE = \frac{r(1+aa+bb+abb)}{1-ab}$
 $= \frac{r(1+aa) \times r(1+bb)}{1-ab}$; Habetur etiam DE seu $BE - BD =$
 $\frac{a+abb}{1-ab}$. Ducta ad AE perpendiculari DI , erit ob triangula EAB ,
 EDI similia, $EA. AB :: ED. DI$, unde $DI = \frac{a+abb}{r(1+aa) \times r(1+bb)}$
 $= \frac{ar(1+bb)}{r(1+aa)}$: Adeoque $r(1+aa)$ seu $AC. r(1+bb)$ seu
 $AD :: a$ seu $BC. DI$; Sunt itaque triangula CAB , DAI simi-
 lia, proinde angulus $BAC =$ angulo DAI , arcusque $BF =$
 arcui GH ; & addito arcu communi BFG , erit $BF + BFG$
 $= BGH$. *Q. E. D.*

Lz 2

AK.




Fig. II.

Aliter. Sint (Fig. II) Duorum arcuum BH, DH (quorum radius AB vel $AD=1$) tangentes datæ $BC=a, DE=b$; quibus prolongatis ductæ parallelæ AG, AF occurrant in punctis G, F ; erit utraque tam DG quam

BF tangens complementi arcus totius BHD : Sit DG vel $BF = x$: Ob similitudinem triangulorum CFA, EGA , erit $CF(a+x) = AF : AG (AF) = EG (b+x)$. Hinc $CF \times EG (ab+ax+bx+xx) = AF^2 = 1+xx$; ablato xx & reducta æquatione, provenit $x = \frac{1-ab}{a+b}$, adeoque $\frac{1}{x}$ h. e. tang. arcus $BHD = \frac{a+b}{1-ab}$ ut ante. *Q. E. D.*

Lemma II.

Sint ejusdem circuli tres arcus, quorum tangentes sint datæ a, b, c ; fitque tangens quarta $= \frac{a+b+c-abc}{1-ab-ac-bc}$, dico arcum huic tangenti respondentem fore æqualem summæ trium datorum arcuum.

Dem. Quia per præced. $\frac{a+b}{1-ab}$ est tangens arcus qui æquatur primis duobus simul sumtis quorum tangentes sunt a & b , scribatur n pro $\frac{a+b}{1-ab}$, eritque vi præcedentis $\frac{n+c}{1-nc} =$ tangenti arcus quarti, substituto nunc iterum valore ipsius n prodibit $\frac{n+c}{1-nc} = \frac{a+b+c-abc}{1-ab-ac-bc} =$ tangenti arcus quarti qui tribus datis arcibus simul sumtis est æqualis. *Q. E. D.*

Lemma III.

In eodem circulo dentur arcus quatuor, quorum tangentes exprimentur per a, b, c, e ; fit vero tangens arcus quinti $= a+b$

$\frac{a+b+c+e-abc-abe-ace-bce}{1-ab-ac-ae-bc-be-ce+abce}$, dico hunc arcum quintum esse æqualem summæ reliquorum quatuor arcuum quorum tangentes sunt a, b, c, e .

Dem. Ponatur $\frac{a+b+c-abc}{1-ab-ac-bc} = n$, erit per Lemmata I & II

$\frac{n+e}{1-ne} =$ tangenti arcus quinti, resubstituto hic valore ipsius n , orietur $\frac{n+1}{1-ne} = \frac{a+b+c+e-abc-abe-ace-bce}{1-ab-ac-ae-bc-be-ce+abce} =$ tangenti arcus

qui quatuor datos arcus exæquat. *Q. E. D.*

Aliter. Ad eandem formulam pervenitur ponendo $\frac{a+b}{1-ab} = n$, & $\frac{c+e}{1-ce} = p$; Erit enim per Lemma I $\frac{n+p}{1-np} =$ tangenti arcus quinti, ubi si substituuntur valores ipsarum n & p , erit $\frac{n+p}{1-np} =$ quantitati modo inventæ. *Q. E. D.*

Scholium.

In his jam evidens progressionis ordo perspicitur, quo observato continuare licet sine calculo valores tangentium pro arcubus qui pluribus aliis quot libuerit datis & simul sumtis sint æquales. Notandum enim, terminos fractionum quibus formulæ nostræ exprimuntur constari ex unitate ut & ex aggregato litterarum a, b, c, e, f, g &c. earumque omnium possibilium contentorum alternatim sumtorum signis + & - alternatim interpositis. Sint ex. gr. a, b, c, e, f ex quibus formetur progressio sequens.

$$\begin{aligned} &1 + a + ab + abc + abce + abcef \\ &+ b + ac + abe + abcf \\ &+ c + ae + abf + abef \\ &+ e + af + ace + acef \\ &+ f + bc + acf + bcef. \\ &+ be + bce \\ &+ bf + bcf \\ &+ ce + cef \\ &+ cf + cef \\ &+ ef + cef \end{aligned}$$

In qua unitas occupet locum primum, summa litterarum $a + b + c + e$ locum secundum, summa rectangulorum sub singulis binis $ab + ac + ae +$ &c. locum tertium, summa solidorum

rum sub singulis ternis $abc + abe + abf + \&c.$ locum quartum, summa contentorum sub singulis quaternis $abce + abcf + \&c.$ locum quintum, illudque unicum $abcef$ locum sextum. Componatur ex illis omnibus fractio, cujus numerator constet ex secundo - quarto + sexto, & denominator ex primo - tertio + quinto, sicut hic videre est

$$\left(\begin{array}{l} +a - abf \\ +b - ace \\ +c - acf + abcef \\ +e - acf \\ +f - bce \\ -bcf \\ -bef \\ -cef \end{array} \right) : \left(\begin{array}{l} -ab \\ -ac \\ -ac + abce \\ -af + abcf \\ -bc + acef \\ -be + abcf \\ -bf + bcef \\ -ce \\ -cf \\ -cf \end{array} \right)$$

Exprimet hæc fractio valorem tangentis arcus alicujus qui erit æqualis summæ omnium quinque arcuum quorum tangentes exponuntur per has respectivè litteras $a, b, c, e, f.$ Hujus veritas liquet ex ante dictis, hinc fluit sequens generale

THEOREMA.

Datis tangentibus quocunque arcuum designatis per $a, b, c, e, f, g, \&c.$ quarum summa $a + b + c + \&c.$ sit $= A;$ summa reſtangulorum sub singulis binis $ab + ac + \&c. = B;$ summa solidorum sub singulis ternis $abc + abe + \&c. = C;$ summa contentorum sub singulis quaternis $= D;$ summa contentorum sub singulis quinis $= E;$ summa contentorum sub singulis senis $= F;$ & ita porro summæ sequentium contentorum $= G, H, I, \&c.$ Dico tangentem arcus unius qui æqualis sit reliquis omnibus simul sumtis esse $= \frac{A - C + E - G + I - \&c.}{1 - B + D - F + H - \&c.}$ Demonstratio patet ex præcedentibus,

Coroll. I.

Quod si ex datis arcibus unus pluresve sint ex reliquis subtrahendi, hoc est, si invenienda sit tangens alicujus arcus, qui sit æqualis differentiæ inter summam omnium arcuum affirmativo-

tinorum & summam omnium arcuum negativorum; per se manifestum est, aliud nihil faciendum esse quam ut in fractione inventa mutantur signa eorum litterarum quæ denotant tangentes arcuum negativorum, hoc est, eorum qui a reliquis subtrahi debent: ut si a & b tales essent, scribendum erit $-a$ & $-b$ pro $+a$ & $+b$, atque $+a$ & $+b$ pro $-a$ & $-b$; sed nihil mutandum in $+ab$ vel in $-ab$; quia ceu notum multiplicatio signi $+$ per $+$ & signi $-$ per $-$ semper idem signum $+$ producit.

Coroll. II.

Positis arcibus omnibus, quorum numerus sit n , eorumque adeo tangentibus $a, b, c, e, f, \&c.$ inter se æqualibus, ex doctrina combinationum colligitur progressionem $1 + A + B + C$

$$+ D + E + \&c. \text{ abire in } 1 + \frac{n}{1}a + \frac{n \cdot n - 1}{1 \cdot 2}a^2 + \frac{n \cdot n - 1 \cdot n - 2}{1 \cdot 2 \cdot 3}a^3 + \frac{n \cdot n - 1 \cdot n - 2 \cdot n - 3}{1 \cdot 2 \cdot 3 \cdot 4}a^4 + \&c. \text{ quæ series, uti constat, exprimit}$$

valorem ipsius $(1 + a)^n$, hoc est, binomii $1 + a$ ad potestatem n elevati. Sicigitur posita a pro tangente arcus multipli qui sit ad simplex ut n ad 1 : Erit vi theorematis nostri

$$\frac{n}{1}a - \frac{n \cdot n - 1 \cdot n - 2}{1 \cdot 2 \cdot 3}a^3 + \frac{n \cdot n - 1 \cdot n - 2 \cdot n - 3 \cdot n - 4}{1 \cdot 2 \cdot 3 \cdot 4 \cdot 5}a^5 - \&c.$$

$R \dots x =$ _____

$$1 - \frac{n \cdot n - 1}{1 \cdot 2}a^2 + \frac{n \cdot n - 1 \cdot n - 2 \cdot n - 3}{1 \cdot 2 \cdot 3 \cdot 4}a^4 - \&c.$$

Et vicissim sumta a pro tangente arcus in partes numero n secandi, & x pro tangente unius ex illis partibus, erit

$$\frac{n}{1}x - \frac{n \cdot n - 1 \cdot n - 2}{1 \cdot 2 \cdot 3}x^3 + \frac{n \cdot n - 1 \cdot n - 2 \cdot n - 3 \cdot n - 4}{1 \cdot 2 \cdot 3 \cdot 4 \cdot 5}x^5 - \&c.$$

$S \dots a =$ _____

$$1 - \frac{n \cdot n - 1}{1 \cdot 2}x^2 + \frac{n \cdot n - 1 \cdot n - 2 \cdot n - 3}{1 \cdot 2 \cdot 3 \cdot 4}x^4 - \&c.$$

Quæ ipsissima est formula, quam jam edidi in Actis Lips. 1712 p. 330, cujusque originem per logarithmos imaginarios singulari modo inventam exposui ibid p. 276, adeo ut nunc firmiori fundamento nitatur postquam hic ostendi eam esse tantum casum

sum particularem Theorematis universalissimi hic tradit & sola algebra duce detecti.

Coroll. III.

Ad multisectionem anguli vel arcus inservit formula S , ubi tangens a data est, & x quaesita: Tunc quidem pro quolibet numero partium n , emergit aequatio finita sed magis minusve composita prout exigit numerus n ; neque adeo innotescet x nisi per resolutionem illius aequationis in radices. Verum etiam formula R suppeditat immediate valorem tangents quaesitae: cum enim secare vel dividere arcum aliquem in partes n idem sit atque eundem multiplicare per $\frac{1}{n}$, ut jam olim etiam monui, substituatur ubique in formula R , $\frac{1}{n}$ pro n , & prodibit valor ipsius x per fractionem cujus numerator & denominator constabunt terminis numero quidem infinitis, sed tamen cognitis.

Coroll. IV.

Vocetur nunc p arcus ipse cujus tangens est a , concipiaturque divisus in partes numero n , quarum per consequens unaquaeque erit $= \frac{1}{n} p$; Quod si itaque numerus n sit infinitus, censebitur arcus $\frac{1}{n} p$ aequalis sine tangenti & habebuntur $n, n-1 = n^2, n, n-1, n-2 = n^3, n, n-1, n-2, n-3 = n^4$, &c. quia numeri finiti $1, 2, 3$ &c. ab infinito n demti, eundem non minuant. Hinc in formula S pro his contentis scribantur potestates numeri n , & pro x, x^2, x^3 &c. scribantur $\frac{1}{n} p, \frac{1}{n^2} p^2, \frac{1}{n^3} p^3$, &c. quo facto formula S degenerabit in hanc

$$a = \frac{\frac{1}{1} p - \frac{1}{1.2.3} p^3 + \frac{1}{1.2.3.4.5} p^5 - \&c.}{1 - \frac{1}{1.2} p^2 + \frac{1}{1.2.3.4} p^4 - \&c.}$$

Atque ita ex dato arcu p datur ejus tangens a per seriem, quod quidem nihil est novi, eandem enim jam tradidi in Actis 1694

p. 439 deductam ex generali mea serie ibidem exposita, quæ cujusque differentialis integrale universaliter exprimit; non tamen inconsultum duxi, indicare egregium utriusque methodi consensum, ut calculo differentialium & integralium per communem algebram confirmato sua constet validitas a nonnullis non satis intelligentibus impugnata aut in dubium vocata.

Coroll. V.

Hoc denique notandum, quod ope Theorematis nostri tabulæ finuum &c. compendiosius quam per viam ordinariam calculari possint; inventis quippe paucorum tantum quorundam arcuum tangentibus, ex illorum sive simplorum sive multiplo-
rum varia vel additione vel subtractione, novæ semper novorum arcuum tangentes eruuntur, in quas operationes non ingrediuntur radicum extractiones. Sic ex gratia ex tangente 45 grad. = 1, & data tangente 1 min. = b, habebitur per Lemma I

tangens 45 gr. 1 min. = $\frac{1+b}{1-b}$, ex hac & ex tang. 1 min. reperi-

tur per idem Lemma tangens 45 gr. 2 min. & ita porro usque ad finem quadrantis, quibus inventis ultro dantur tangentes complementorum, quippe quæ illis sunt reciproce proportionales,

ut si t sit tangens alicujus arcus, erit $\frac{1}{t}$ tangens complementi.

Ex tangentibus supputantur secantes, id quod fit per solam tangentium additionem, ope cujusdam theorematis notissimi vi cujus *Secans cujusvis arcus est equalis aggregato ex ejusdem arcus tangente & semissis complementi tangente*: Habentur deinde sinus ex secantibus per regulam proportionum, sunt enim sinus reciproce proportionales secantibus complementorum; ita ut extra ullam extractionem radice triplicis ille canon construi possit. Nihil jam dico de quibusdam aliis compendiis quæ in hoc quoque negotio commode adhiberi possunt ad facilitandum calculum.

Nota.

Finis horum scriptione incidi in Acta 1706 & in Com-

Aaa

ment.

ment. Paris. ejusdem anni. Deprehendi in Actis p. 262 Demonstrationem aliam Lemmatis primi sed ab ambabus meis demonstrationibus multum diversam, iisque longiorem; ibidemque ut & in Commentariis p. 256 extare quoque vidi formulam generalem pro determinanda tangente arcus multipli; quam supra in Coroll. II deduxi ex Theoremate meo universalis; quod nolui subticere, ne quis in sequiorem vertat partem observans me ejus rei nullam mentionem fecisse in Actis 1712, ubi eandem formulam jam tradidi per logarithmos imaginarios erutam, nulla certe tunc mihi subnata cogitatione, eam ab aliis (quamvis longe aliter) fuisse inventam: scopus vero nunc non fuit repetere quæ diu abhinc sunt tradita, sed tantum, occasione ita serente, ostendere, quam facili negotio fluant ex Theoremate illo universalis, de quo saltem mihi non constat, an a quoquam alio fuerit detectum; interim non tam novitas me impulit ad illud in lucem emittendum, quam ipsius utilitas in solutione problematis in schediasmate alio, brevi Actis inferendo, exhibita.

JO. CHRISTOPHORI STURMII, PHILOSOPHI & Mathematici, Prælectiones Academicæ, a DAVIDE ALGOEWERO, apud Ulmensis Verbi divini Ministro & Prof. P. editæ.

Francofurti & Lipsiæ, apud Danielem Bartholomæi, 1722, 4. Alph. I plag. 4^z Tabb. æn. 2.


DE piis manibus Præceptoris olim sui bene meritorus Vir plurimum reverendus *Algoewerus* Prælectiones Academicas edere constituit, quas cum in Academia *Altorffina* studiis operam daret, auditoribus suis in calamum dictavit *Sturmius*, Mathematicos ac Physicæ Professoris muneri satisfactorus, cum studiosam juventutem ex iis utilitatem capere posse confidat. Continentur autem in hac collectione prælectiones numero quatuor, quarum prima est de astrologiæ divinatricis (quam *Judicariam*

ariam alias vocant) vanitate, secunda de Mathesi universali, tertia de incomprehensibilibus Matheleos, quarta de Arithmetica sacra. Prælectionis primæ Cap. 1 argumenta *Origani* potissimum expendit, quæ pro stabiliendo siderum influxu Ephemeridum parte tertia attulit. Notum est, *Keplerum*, quem in prolegomenis inter adversarios Astrologiæ refert Noster, etsi vulgarium prædictionum futilitatem non probaret, neque tamen magis calculum suum adiecisse illorum sententiæ, qui penitus rejectam veliat: id quod probat scriptum idiomate patrio sub *Tertii intervenientis* nomine publicatum, in cuius statim titulo Germanico proverbio utitur, man müsse das Kind nicht mit dem Bade ausgießen. Quantum astrologiæ probet, quantum rejiciat, patet etiã ex discursu, quem Ephemeridibus præmisit p. 27 & seqq. Notum præterea est, eundem novum prorsus astrologiæ genus condidisse ac singularibus rationibus idem adstruxisse Lib. 4. Harmonices mundi, quas ad examen revocari operæ pretium fuerat. Enimvero *Astrologia Kepleriana* nullam Noster mentionem facit. Cap. 2, quod est de influxu Lunæ, *Gassendi* incipis atque *Verulamii* asserta de eodem examinat, atque rationes quoque physicas discntit, quas *Honoratus Fabri* afferre conatus. Ostendit quoque, ex hypothesi *Cartesiana* de fluxu & refluxu maris nullum positivum Lunæ influxum probari, cum Luna tantum passive & occasionaliter, minime vero active & efficienter concurrat. Cap. 3 reliquorum planetarum & astrorum influxum sub eadem revocat, & Cap. 4 & seqq. ad fundamenta astrologica præsertim genethliaca de duodecim signis cœlestibus, de Planetarum domibus, exaltationibus, detrimentis, casibus &c. dignitatibus & infirmitatibus accidentalibus & speciatim de adspectibus atque de duodecim domibus cœlestibus vertenda se accingit. Ultimo demum capite primaria artis firmamenta, ad quæ provocare solent Astrologi, infirmat. Matheleos universalis notionem eandem *Sturmius* habet, quam *Erasmus Bartholinus*, qui Principiorum Matheleos universalis nomine Algorithmum speciosum insignivit: præcipue

nam enim, quod Prælectioni secundæ materiam præbet, argumentum est Arithmetica literalis, sed quæ ex recentiorum inventis nunc multum facilitari potest. Applicatur hæc arithmetica ad elementum *Euclidis* secundum & ad rationum doctrinam. Aliam Matheseos universalis notionem cum *Leibnitio* concipiunt Mathematici moderni, quod nempe sit Scientia metiendi generalis, quæ adeo in univèrsum metiendi artificia generalia exponere debet, sed adhuc in desideratis habetur: id quod ideo monemus, ne quis desiderio *Leibnitiano* in Actis A. 1695 p. 255 satisfactum esse a *Sturmio* arbitretur, cum scopum habeat prorsus diversum. Inter incomprehensibilia Matheseos *Sturmio* quoddam seu divinum in disciplinis mathematicis admittens *Sturmio* refert magnitudinum infinitam divisibilitatem, linearum quarundam incommensurabilitatem, radicum ex numeris non exacte quadratis vel cubicis extractionem, perpetuo quidem accuratiorem & vero propiorum, nec unquam tamen in omnem æternitatem plane perfecte exhauriendam, angulum contactus, parallelogrammorum super eadem basi & inter easdem parallelas constitutorum æqualitatem, Conchoidem *Nicomedis* propter ejus asymptotam, hyperbolam cum ejus asymptotis, numerorum in infinitum decrescentium summam finitam ex arithmetica infinitorum. Tandem capite ultimo usum hujus doctrinæ monstraturus concludit, humanæ rationi vim quandam inesse mirabilem infinita non quidem plene comprehendendi, sed penetrandi altius, atque adeo rationis humanæ usum & excellentiam extollit, eamque ab objectionibus Theologorum vindicat. In Arithmetica sacra, quæ prælectionum ultima est, studiosis præsertim Theologiæ consulit, exempla, quæ in Scriptura sacra occurrunt, arithmetica, ad chronologiam in primis sacram spectantia, illustrans.

NUMMUS AUREUS, OTHINUM EJUS-
que sacrarum ac mysteriorum signa exhibens, e museo
NICO-

NICOLAI KEDERI, Regii Antiquitatum Sueo-
Gothicarum Collegii Assessoris, cum hujusce com-
mentatione editus.



Lipsiæ, apud Jo. Frid. Gleditschii Filium, 1722, 4.
Plag. II.

JAm pluribus cognitum nobis est speciminibus, quanta inda-
stria Cl. Kederus incumbat in explanationem mysteriorum,
quæ in veterum Gothorum nummis sese offerunt. Tres ejus
doctissimas istius argumenti Dissertationes recensuimus A. 1703
p. 417, A. 1704 p. 36 & A. 1706 p. 220. Nunc novam ad-
jangimus uni explicando nummo dicatam, cujus antiquitatem
inde Nobilissimus Autor colligit, quod more prisæ simplici-
tatis nihil literarum inscriptum habet. Exhibet rarissimus
hic nummus caput viri imberbis cincinnatum, in gena ob-
scurem quandam figuram præferens; in adversa ejus parte
conspicitur equus currens, cujus tergo inhæret verres, pectori
avis infigit unguis, sub ventre sagitta una eum arcu reposita.
Hæc omnia quid sibi velint, cum circumspiceret Cl. Autor, tan-
dem in eam venit suspicionem, ut crederet, esse illam faciem
Odini seu Othini, veteris Dei, ejusque sacra & mysteria in altera
nummi facie describi. Dissertit itaque de Othino, quem dupli-
cem fuisse statuit, quorum posterior prisæ Suecos magicis
permovit artibus, ut ipsum pro numine colerent, & quidem
pro Deo bellorum: quam in rem luculenta veterum asserti testi-
monia. Hinc ad alteram nummi faciem conversus equum habet
pro symbolo fortitudinis bellicæ, proferens erudite, quæ in ve-
tustis monumentis leguntur de equo Othini octipede, cui no-
men *Sleipnere*. Addit, in veterum Gothorum pecunia per hæpe

occurrere figuram equi, eosdemque Othino equum immolare confluxisse: qua occasione & cæteras gentes commemorat, quibus moris fuit equos sacrificare. *Arcum & sagittas* eidem bellatori Deo non inepte tribui, facile deinde persuadet, docens, alios in promptu esse nummos, Othinum repræsentantes altera manu sagittam tenentem, altera arcum; ac præterea clarissimis testimoniis probans, veteres Gothos ob singularem sagittandi peritiam nobile nomen habuisse. *Avis* Cl. Auctori creditur esse *corvus*, non per se solum pugnacissimum animal, sed in delitiis etiam habitum Othino: id quod luculenter hic demonstratur. Ad *verrem* quod attinet, initio quidem recordatur Cl. Kederus, veteres Gothos *Dæz Friggæ* sive *Freiz* sacrificasse verrem. At cum eandem victimam Othino offerri solitam fuisse, nusquam legatur, innui mavult dapes illas carnis verrinæ nunquam defecturas, quæ ab Othino heroibus in ipsius aula apponi vulgo perhibebantur. Hæc postquam perdocte exposuisset, ac subinde digressiones doctrina pariter & amoenitate commendabiles intexuisset, jam ad adversam nummi sui figuram redit, caputque erudito contemplatur oculo. Observat hic, simile caput in alijs Gothorum nummis occurrere, prætereaque prisca Gothi in usum fuisse ornatos istum in modum capillos. Si quæris, ubi percussus hic nummus fuerit, Noster, postquam copiose disputasset, an Gothi ante suscepta Christianorum sacra domesticos jam nummos habuerint, argumentisque in utramque partem productis ostendisset, negantem sententiam esse veriore; ad ultimum censet, eum extra Sueciam eusum esse apud Græcos, principe quodam Sueciæ viro monetam istam excudendam curante.


NOVA LITERARIA DE MSPTIS CODICIBUS in Tartaria repertis.

Cum nuper Vir doctrina ac moribus rerumque usu apprime commendabilis, Joannes Daniel Schumacherus, Russorum
Im.

Imperatoris Bibliothecarius, e Gallia, ubi Regiæ Scient. Academiæ Parisiensi una cum litteris, quibus in eam recipi desideravit Princeps summus, primos operæ ipsius fructus, tabulam Geographicam littoris maris Caspii exactissimam, obtulit, per Angliam ac Belgium redux ad nos delatus esset, attulit is secum folium genuinum & ab omni fere vetustate illæsum, ex iis voluminibus, quæ superiori anno a Russis in Tartaria reperta sunt, de promptum, quod ut curioso Lectori, prout ex utraque parte spectatur, integrum exhibeamus, a perito artifice, qui omnes apices diligentissime rimatus atque imitatus est, æri incidi curavimus. Nimirum in more fuit Siberiæ Præfecto, subinde homines quosdam, rudes quidem & agrestes, Tobolska versus mare Caspium in Tartariam, Russorum imperio obnoxiam, emittere, eo consilio, ut rudera & sepulcra vetera clam atque adeo noctu, ut ne resciscerent incolæ, diligenter scrutarentur. Hi igitur, postquam passim in sepulcris idola quædam, aures, argentea, ærea, detexissent, tandem centum & viginti circiter milliaria Germanica progressi versus mare, ædificii splendidissimi rudera offenderunt, quæ cum ingressi essent, sub terra repererunt conclavia, quorum strata imo & latera lapide nitidissimo (*glaseri*) composita erant. Conspiciebantur hic illæ nigre quædam ex ebena cistæ, quibus apertis russici illi pro thesauris carbones, ut rebantur, scriptos nempe codices invenerunt, e quibus quinque folia secum abstulerunt, nec quicquam præter jam dicta indicarunt: Sperandum vero omnino est, Gloriosissimum Russorum Imperatorem, qui nunc in iis oris expeditionem instruit, de omnibus deinceps accuratius inquisiturum, & de loco alii-que circumstantiis eruditos propediem rectius edociturum. Ex his foliis, magnam partem laceris & detritis, omnium optime conservatum fuit hoc ipsum, cujus hic eclipsum communicamus. Hujus, si amplas satis margines computemus, longitudo erat $27\frac{1}{4}$ & latitudo $7\frac{1}{4}$ pollicum: materia constabat satis crassa, ad modum pergameni, sed papyracea, & ubi rumperes, quasi lanea aut bombycina, cinerei coloris:

TAB. V.

is, ad morem codicum Orientalium levigata: inductus erat atriq; lateri color subfuscus, in medio, ubi scriptura exstabat, nigricans: literæ vero candido splendidissimo & ad argenteum accedente colore accurate admodum, ut ex figura patet, exaratz erant. Observavimus etiam literas, quæ ab uno latere lineas tenuiores demittebant, eas ab altero erigere, eoque non eodem situ in utroque expressas fuisse; quod adeo nos quoque in figura indicavimus. Etsi vero hæc nostra charta tota illita fuerit colore subfusco & nigro, ceteras tamen schedas plerasque accepimus cæruleum fere colorem præ se ferre, nisi quod in textu, ad distinguendas albi coloris literas, nigredinem monstrant. Ceterum etsi non desint, qui volumina illa ad Tamerlanis, qui iis in locis, ubi reperta sunt, sedem habuisse creditur, tempora referant; & Cl. Godofredus Rühlmannus, Consil. & Historiographus Schwarzburgensis, edito nuper schediasmate vernaculo, hariolatus sit, ea in loco sancto, Magorum quippe Orientalium sede, Cyropoli, reperta atque adeo veteri Persico caractere sancto ac Magis proprio exarata fuisse, (cujus tamen rei nulla omnino vestigia apud Thomam Hyde, qui in Historia religionis veterum Persarum ad p. 517 varia dedit Persepolitanz, Palmyrenz aliarumque affinium scripturarum specimen, deprehenduntur,) ut nihil dicamus de eo, quod idem ad Theophrastum Paracelsum provocet, qui non uno in loco thesaurum in Russia reconditum testetur, quo invento omne mysterium lapidis philosophici detegi debeat: nos tamen, dum inspecto hoc nostro specimine certiora proferant eruditi, nihil definiendum existimamus. Quin eorum, quibus ita felicibus esse contigerit, ut arcanum revelent, lucubrationibus, cum primum ad nos delatz fuerint, locum nos in his Actis promississime facturos spondemus.



፲፱፻፲፱ ዓ.ም. ጥቅምት ፳፯ ቀን
ጊዜ ገቢ ለጊዜ ገቢ ለጊዜ ገቢ

ACTA ERUDITORUM,

publicata Lipsia

Calendis Augusti Anno MDCCXXII.

Q. HORATII FLACCI POEMATA EX antiquis Codd. & certis observationibus emendavit, variasque Scriptorum & Impressorum lectiones adjecit
ALEXANDER CUNINGAMIUS.

Hagæ Comit. apud Thom. Johnsonium, 1721, 8.
Plagg. 20.

ALEXANDRI CUNINGAMII ANIMAD-
versiones in Richardi Bentleji Notas & Emendationes ad Q. Horatium Flaccum.

Ibidem, apud eundem, eodemque anno,
Alphab. 1 plag. 2.

CUm ante aliquot annos V. C. *Richardus Bentlejus* Horatium suum multis locis emendatum, & paullo post ipsas notas atque observationes suas in lucem ederet, iudicia hominum eruditorum tam varia erant, ut qui ex illis pendere voluisset, nihil unquam certi secum statuere potuisset. Multi laudabant singularem Cl. Editoris diligentiam, ingeniumque ejus in cœlum ferebant. Plerisque tamen insolens videbatur in autore, qui toties manus Criticas expertus esset, tot menda restare, quot sustulisse videri cupiebat Vir ille doctissimus. Alii reprehendebant libertatem ejus conjiciendi; alii in textum receptas conjecturas difficiliiores, Plurimi tamen musantes tantum, aut levioribus scriptis dissentium suum testabantur. Sed Cl. *Alexander Cuningamus*, sive indignitate rei, sive alia quadam causa permotus, non temperare sibi potuit, quin

Bbb

aperte

aperte & integro Animadversionum libello profiteretur, plurimis erratis laborare istam editionem, & Cl. Bentlejum fallentibus sæpe regulis emendandi usum esse, quasdam etiam veras non cognovisse, & veris etiam sibi cognitis uti nescivisse; & hinc factum esse, ut sæpe sanos locos corruperit, sæpe corruptos corruptius emendaverit, sæpe in causis peccandi afferendis peccaverit, denique plurimos veterum codicum errores intactos reliquerit. Ipse vero Cl. Cuningamius præ se ferre non refugit, sese rectas emendandi regulas, easque verissimis observationibus suffultas, secutum, prudentissime illis usum esse, emendationes suas omnibus modis confirmasse, adeoque editionem quadringentis amplius locis Bentlejana emendatiorem adornasse. Ita se mores habent. Sed profecto erunt, qui a Cl. Bentleji, erunt etiam, qui a Cl. Cuninganii partibus stabunt. Nostrium non est eas lites componere, quas nemo omnium facile composuerit. Apparebit hoc, si de Animadversionibus Cuningamianis, pro more nostro, quædam dixerimus. Capite earum I de munere critici disputat, eoque munere non rite functum esse Cl. Bentlejum generatim demonstrat. Cap. II multa in præfatione ejusdem Viri doctissimi reprehendit, & ad paucos auctores emendandos eum idoneum esse, haud ita crebra acris judicii ac sagacis ingenii indicia edidisse, viris doctis multa surripuisse, contra ac ipse sibi Lectoribusque persuadere voluerat, docet. Pari modo in aliis etiam, quæ speciem quandam habent & incauto lectori imponere possent, reprehendendam potius, aut profecto non laudandam esse operam Bentlejanam ostendit. Maxime vero de illis sectionibus, quæ in ista præfatione veluti curas secundas expertæ sunt, judicat Adversarius, eas plurimas quidem ineptissimas esse; tres vero si non pro ineptis, non tamen pro veris habendas esse; tres autem contra posteriorem voluntatem Bentleji retinendas esse. Cap. III ducentas & septuaginta emendationes proponit, quarum nulla aut quam paucissimæ in mentem venerunt illi, quem redarguit, e. g. Libri III Od. XIX, v. 20 legit: *Cur pendent tacita fistula cum lyra*. Epod. Od. V v. 60: *Mæa elaborarint manus*, & Serm. Lib. I Sat. I v. 5: *multo fractus jam membra labore: quod tertium*

EXEM-

exemplum concinniore tantum verborum collocatione, ut alia plura, nititur, cujus valde studiosus fuit Horatius. Idem Græcas terminationes in Nominibus Propriis, nempe *es, en, an, en,* pro latinis *us, um, am, em* adamavit: & ipse Bentlejus *Scorpius*, *Κασσιον* & quædam alia ex suis libris *Κασσιον* restituit: plurima vero neglexit, quæ Cl. Animadversor enumerat Cap. IV, quo & illa loca recensentur, ubi *Nil, Ni, Mi,* pro *Nihil* &c. & *Neu,* vel *Neque,* pro *Nec,* & *Ac* pro *Et* reponi debent. Cap. V in medium protulit lectiones aliquot ab aliis editionibus, aut autoribus jam repræsentatas; quas tamen Cl. Bentlejus excogitasse primum videri voluit. In quibus tamen, si verum fateri volumus, sunt quædam editiones, quas vix videre potuit Cl. Bentlejus: ut adeo gloria ejus ingenii potius adstruatur, qui id viderit, quod aliis etiam probatum fuit. Cap. VI loca a Bentlejo male emendata, & iam in textum receptas vitiose emendationes, quam in Notis memoratas indicat. Cap. VII enumerat, quas corruptas veterum librorum lectiones integris prætulit, & quas pravas doctorum hominum emendationes in contextum intruferit. Cap. VIII ex Badii, Ascensii, Baxteri aliorumque editionibus demonstrat, quod in illis ex lectiones jam dudum expressæ fuerint, quas se primum in contextum recepisse aut e vetustis editionibus revocasse, immerito existimavit Bentlejus. Cap. IX duas sigillatim notas illius docti Viri examinat, alteram ad Lib. II Od. XIII v. 17, alteram ad Lib. I Od. VI v. 18, & utrobique receptam lectionem per figuram, quam vulgo vocant *ὀξύμωρον* v. tuetur. Cap. X septem alias emendationes Bentlejanas corrigit, adjecta de versu 35 Lib. I Od. XII conjectura, qua *Tarquini fasces* mutandum censet in *Junii fasces*, uti ad *Bruti* imperium sensus referatur. Sed cum eam ea solum ratione firmaverit, quod Junius Brutus eleganter cum Catone jungatur, non omnibus, credo, illa erit verisimilis. Cap. XI ex observatione figurarum, quas Rhetores *Asyndeton* & *Polyasyndeton* vocant, quædam loca emendat, & inde a pag. 134 demonstrat, quam inepte simplicitatem stili Horatiani ceperit Cl. Bentlejus: ubi simul de *Cæsura* p. 140 sqq. haud inutilia legere licet: item de *Metonymia speciei* pro genere pag. 153, & incidenter de alia figura, quam *Homæote-*

leuton dicunt, p. 158, 159, tandem de Metaphora p. 160: & gratissimum nobis quidem accidit, esse & alibi Viros doctissimos, qui usum talium figurarum in Arte Critica aliquatenus agnoscant, quas fastidiosi quidam susque deque habere solent. Cap. XII demonstrat, octo locos Horatii a Bentlejo male emendatos esse, & ea inprimis afferuntur, in quibus ille secum pugnancia posuit: simul vero meliores emendationes substituantur. Cap. XIII inscribitur hoc indice: *Jactantia R. Bentleji castigatur*, & ita quidem castigatur, ut notæ illæ, in quibus maxime se jactavit Vir ille sæpe memoratus, refutentur: nempe ad Carm. Lib. I Od. XVIII v. 7, Lib. II Od. XIII v. 32, Lib. III Od. XXI v. 5, Od. XXIV v. 39, Lib. IV Od. II v. 29, Epod. X v. 8, Serm. I Sat. IX v. 33; deinde quatuor vocabula, quæ ille inaudita nominaverat, *Emirari, Cumque, Indecorare, Rixator* ex aliis autoribus eruuntur: postea repetitio particulæ *inter*, quam vitiosam putaverat, & nunquam ab Horatio factam, magni emtum voluerat ad Serm. I Sat. VII v. 11, plurimis exemplis confirmatur, ex quibus tandem ingratißima quædam de ista jactantia p. 247, 248 conclusio elicitur. Cap. XIV examini, sed eleganti, unius Bentlejanæ Notæ ad Lib. I Od. XIII v. 2 dicatum est. Transtulit huc ex Notis suis criticis in Horatium, deinceps edendis, integram annotationem, qua contra Scaligerum & Bentlejum vulgata lectio defenditur, & Flavii Capri auctoritas ita submovetur, ut variis exemplis ostendatur p. 256, quam sæpe in citandis aliorum verbis erraverint maximi viri. Cap. XV suas quasdam emendationes Cl. Cuningamius proponit, alias lectiones contra Bentlejanas immutationes defendit: ex quibus ut difficilima, ita præcipue & uberrime tractata est lectio v. 5 Carm. Lib. I Od. I. Idem agit Cap. XVI & tam figuræ Hypallages, quam varietatis scripturæ usum egregie ostendit. Cap. XVII divisionem Versuum XII Carm. Lib. III perpendit, in quibus restituendis Cl. Bentlejus operam suam haud vulgariter ipse laudaverat; quantum tamen abfuerit a veris laudibus, hic discere licet. Neque vero interpretationem ejus intactam fivit Animadversor, quod inde a pag. 323 videre datur. Eodem capite mentionem fecerat Lambini & Torreatii tum negligentia, tum infei-

inficitur, quod ut verissime dictum esse apparet, integrum Cap. XVII conscripsit; sed ne illo quidem ejus, in quem proprie animadvertit, pepercit. Capite denique XIX duas observationes Criticas usitatissimas probe illustrat, easque ex foliis Lambino notatis variis lectionibus stabiliri posse demonstrat. Altera nimirum est, quæ mendas, quibus *ignoratio constructionis* contextum contaminavit, ostendit, modumque eas eluendi docet; altera, quæ vitiosas lectiones, quas indocti correctores ob *ignorationem vocabuli paullo insolentioris* in contextum intrulerunt, detegit, viamque eas emendandi demonstrat. Ex his rite observatis quemlibet alium Criticum eas emendationes, quas Fabricius, Cruquius & cum aliis aliquot Cl. Bentlejus feliciter proposuerunt, invenire potuisse demonstrat. Quod quam crebro Viris doctis evenerit, omnes fere autorum editiones curatiores clamant. Hæc de *Animadversionibus*. De ipso vero *Horatio Cuninghamiano* nihil addemus. Nihil enim illi nunc temporis accessit memorabile, nisi varis lectiones. Tanto ardentius editionem illam in majore forma, cui Notæ Criticæ additæ erunt, a Viro Clarissimo expectamus, ut argumentis omnibus perspectis de mutatis lectionibus judicium ferri queat.

GOTTLIEB CORTII ADDITAMENTUM ad superiorem Recensionem.

CUM leges atque instituta nostra, Clarissime Alexander Cuningami; minime permittant, ut recensiones quocumque modo litigiosæ videantur; hanc Mantissam superaddere placuit, quandoquidem necessaria quædam monenda habebam. Primo quidem non dubitamus, quin varis excusationes Bentleji nostro lectori inciderint, simulac delicta ejus cognoverit. Ea etiam opinio nos incessit, quod stili Tui, V. C. acerbitas, quæ modo incitiam, secordiam modo, modo ineptissimam stultitiam, puerilem jactantiam, & si quid durius illis, Adversario Tuo exprobras, non sine invidia futura sit. Nos quidem neque Tibi neque Cl. Bentlejo addicti, aut obnoxii sumus; at importuni Tui mores parum absuit, quin iram, quam illius errores excitarunt, in

misericordiam commutassent. Quid juvat, optime Vir, ver-
sum Animadversionum libello præfixisse:

Laudis amore tumes, sunt certa piacula, qua te

Tua quis lecto poterunt recreare libello?

Cui bono contrarianti sæpe stilo uteris, ut dum laudes lector ex
verbis prioribus expectat, ex improvise in posterioribus próbra
Viri doctissimi, etiamsi hominis, accipiat? cui bono? inquam,
nisi exasperando Adversarii Tui animo. Deinde qui tam sæpe
jactantiam & arrogantiam adversarii accusat, summa ope nit
debuisset, ne eadem culpa ipsum redargueret. Atqui dum has
Animadversiones perlustravimus, plus quam Criticam Tuam,
Vir Clarissime, jactantiam ubivis deprehendimus. Neque enim
aliud dicendum est vacua in aula tam cupide sese jactare, regulas
quasdam Criticas aut vulgatissimas, aut Non-regulas levissima
occasione crepare, & se ipsum orbi velut spectandum & miran-
dum decies amplius unico libello sistere. Hoc, cui non majus
otium suppetit, vel ex utraque Tua Præfatione cognoscere pot-
est. Porro minutias etiam maximopere in Adversario taxas;
at vide, ne idem patiaris ab aliquo humilioris animi, quando
mons-trare, vctus-tis, profec-to, lec-tiones & similia novo mo-
do separas. Nos de peritia Tua in Arte Critica omnia bona o-
pinamur, quæ Tibi usus demum confirmabit. Nam parum ex-
ercitatum adhuc Te esse in hoc genere litteraturæ, isti Tui mo-
res, & præterea cumulata illa Corrigenda, & Emendanda ite-
rum emendata demonstrant. Si per festinationem talia Tibi ex-
cidisse, & a die diem doceri regerere cupis; eandem errorum
gratiam Bentlejo fecisse humanitatis erat: cum de altero ipse
falsus sit Adversarius, alterum vero negare, toti mortalitati ef-
fet convicium facere. Initio Tu quidem, Vir clarissime, de ani-
mo Tuo ab ira, odio, invidia & æmulatione vacuo multa nar-
ras; sed vix credibilia. Est enim natura ita comparatum, ut,
cum autores edere paramus, & emendationes nobis incidunt,
indignemur, si eas ab aliis jam occupatas videmus: multo vero
magis, quando levissimos super illarum inventionem animi
motus in aliis deprehendimus. Quando itaque ira Tua defer-
buerit, melius forsitan agnosces, quantum in his rebus sit inane,

&

& quam non conveniat, propter litterulam aut voculam unam ac alteram humanitatis jura violare. Ego quidem valde miratus sum animum Tuum, V. C. quo p. 233 seqq notam Bentleji ad Serm. Lib. I Sat. IX v. 33 examinare voluisti. Ille vocem *quandocumque* idem esse atque *aliquando* ex Ovidio probat. Tu reponis: *Ofutilem jactantiam! nam habes necesse fit, qui non odoretur inspiciendos esse Indices Poetarum, qui temporibus Augusti floruerunt: in Indice autem Ovidii editi in usum S. Delphini* quandocumque non solum reperitur, verum etiam hi ipsi loci, quos tu protulisti, indicantur &c. Sed ipse alibi de Adversario Tuo testaris, quod Ovidium, Claudianum, Prudentium diligenter legerit: cur vero eidem hic invidiam imponis, quod Indices exscripserit? Mox vero ipse quatuor vocabula *Emirari, Cumque, Indecorare, Rixator* ex autoribus, uti dicis, eruis, & ne ullum quidem eorum non habere multo difficiliorem investigationem, quam habet *quandocumque* pro olim positum, adferis. Sed considera, quam facile eadem ab alio, quæ abs Te Bentlejus, pati posses. De verbo *Emirari* autorem laudas Lactantium Placidum; sed in Gh. Munckeri Indice sine labore quilibet id verbum inveniat, & quod Tu dissimulasti, Vir ille eruditissimus Horatii Tui locum p. 251 simul adscripserat. De vocula *Cumque* laudas Lucretium; sed eandem Gifanius in Indice suo adnotavit, & quid proclivius erat, quam ibidem Lambinum & T. Fabrum consulere? Ciceronis locum, quem nullo commodo adscripsisti, Fabri Thesaurus & Calepini Lexicon (ad ejusmodi enim scripta contumeliæ causa Adversarium Tuum ablegas p. 87) Tibi indicare potuerunt. De verbo *Indecorare* citas Accium ex Nonio; sed eundem citant Fabri Thesaurus in Mantissa p. 2799, Calepini Lexicon in Addend. p. 14, & cui forte primum indicium debetur, Falsterus in Supplemento L. L. p. 166, & hebes fuisset, qui, cum Accium autorem legisset, non fragmenta Tragicorum inspexisset. Tandem de vocabulo *Rixator* adduxisti Quintilianum; at P. Burmannus V. C. in Indice Quintilianiani sui eundem locum tibi monstrasset: monstrasset etiam Faber, Calepinus, imo & Junckerus in glossariis suis.

Potuit

Potuitne talium vocabulorum multo difficilior esse investigatio, quam habet *quandocumque* pro *aliquando* positum? Debetne aliquis Tibi, V. C. cum dente & felle objectare, Te Indices & Glossaria exscripsisse? Dicam aperte, quæ sentio. Quæ verba *diligens* atque intentus lector in autore tanquam singularia sibi adnotat, ea profecto diligens editor in Indice non omittet; nedum in Indice omnium vocabulorum omittenda sunt, & contra. Quod si igitur scriptor aliquis verba citat, quæ sint fructus propriæ diligentæ; illi omnes omnino Indices fraudi non esse debeant, & maxima eum circumspectione tunc demum agendum est, quando Adversarium sedulo hunc autorem evoluisse, ipse professus sit. Ceterum omni laude digna est ingenuitas Tua, quæ in Tua Præfatione significasti, quomodo notæ Tuz in Horatium si non natæ, confirmatæ tamen sunt. *Tertia mihi*, inquis, *cura fuit, ut Virgilium ceterosque cœtios Poetas Latinos, & qui in eos aut nos ascripserunt, aut qui variantes lectiones con-gesserunt, autores evolverem; ea tamen mente, ut illis solis eorum locis attentionem adhiberem, in quibus ea, quæ in recensendis Horatii Poematis aut probassem aut improbassem, invenirentur.* Et si enim alio paullulum consilio hæc a Te prolata sunt, partem tamen de mysteriis criticorum simul evulgasse videris. Certe ita nunquam difficile erit uberrimas Notas conscribere, si propter autorem, cujus fere omnia verba per repetitas lectiones in promptu habeo, alios idoneos autores, & qui in eos notas scripserunt, perlegere semper integrum erit. Et sit sane integrum, eo nemo facile evadet in talem Criticum, ut de reliquis omnibus judicare, in quosdam etiam animadvertere possit. Laudamus denique diligentiam & attentionem Tuam, quam scriptori politissimo adhibuisti: & multa esse, quæ in animadversionibus Tuis nobis placuerint, superius allata Tibi adfirmabunt. Quamobrem neque indicium nostrum; de illis, quæ displicuerint, iniquo animo feres: si quidem æqui, ut veri cognitionem quacumque reprehensione redimere, est consilium; quod Tibi esse, in Epistola ad Cl. Bentlejum pronuntiasse meminervis.

MEMOI-

h. e.

HISTORIA ARCANA AULARUM EURO-
pæ, exhibens ea, quæ gesta sunt inde a primo tractatu
partitionis regnorum Hispaniæ usque ad tractatum
secundum, Autore DE LA TORRE.

Tomus I.

Hagæ Comit. apud viduam Hadriani Moetjens, 1721, 8.

Alph. I pl. I^r.

JAm A. 1720 p. 315 sqq. præsentis Autoris *Commentarios de Harracii, Legati Cesarei, actis in Aula Hispanica ab A. 1695 usque ad primum tractatum partitionis* recensuimus. Sequitur nunc Continuatio Autoris, quem patria Castellanam esse, dedicatio docet, quique in Præfatione profitetur, se totam hanc historiam e certissimæ fidei monumentis depromsisse. Ait, se partim ipsum adhibitum fuisse istis negotiis, partim familiares habuisse Ministros illos, per quos secretissima quæque agebantur, a horum se ope adeptum esse omnia monumenta & accuratissimas de arcanissimis, imo etiam de minutissimis rebus, relationes. Se igitur fidelem tantummodo esse illorum monumentorum interpretem, ac neutri addictum parti integrum de rebus singulis judicium permittere lectoribus. Fortasse & gentilis Autoris est *Nicolaus* ille *de la Torre*, Provincialis Dominicanorum & A. 1700 Regis Hispaniæ Confessionarius, cuius p. 309 mentionem facit, addens, Regis favorem in eum fuisse prolixissimum.

Accedimus ad ipsum Opus, cujus in *priore Libro* quæ reperimus notatu digniora, hæc fere sunt. Cardinalis Portocarrerus initio minime favebat Gallis, atque adeo injustissime eos sibi arrogare jus succedendi in Hispania censebat: abalienatusque a domo Austriaca jam filio Electoris Bavariz erat addictissimus. Harcurtius quidem, Gallicus legatus, pertrahere eum nitebatur in partes Gallicas, usus consilio pariter & auxilio Comitis Hi-

Ccc

spani

spani de Monterrey. Hic enim exhibens Portocarrero *articulus partitionis*, hac occasione multis verbis persuadere conabatur Portocarrero, ut abdicatis partibus Austriaci ac Bavari transferret in partes Galli, & exquisitis utens argumentis probatum ibat, esse e re Hispaniæ, unum e nepotibus Regis Galliæ adscisci Regem Hispanorum. Verum Portocarrerus perseverabat in favore erga Bavarum, cujus jus esse putabat manifestissimum, ei dicens faultricem se præstituram esse Numinis providentiam. Ex eo tempore & Harcurtius & Monterrejus Urracam, familiarissimum Portocarrerum amicum, eundemque Toletanum Canonicum, hortabantur, ut Portocarrerum a partibus Bavari abduceret. Idem Harcurtius amicitiam sibi conciliabat Perlipfiz, potentissimæ in aula mulieris, eaque promittebat, se consilia Portocarrerum pro Bavaro facturam esse irrita. Harrachius interim junior, Cæsaris legatus, Reginam studebat Austriaco conciliare Archiduci, simulque arcana Gallorum consilia expiscari: quod tamen minus ex voto successit. Portocarrerus vero, postquam plures Ministros suos pertraxerat in partes, Regi suo suadebat, ut arcesseret Bavarum, eumque declararet successorem. Ac, licet Rex valde adhuc Austriaco cuperet, tamen ad ultimum efficiebat Portocarrerus, ut Rex Hispaniæ facto testamento Bavarum scriberet successorem suum unicum. Factum autem est hoc testamentum secretissime, ac Rex convocatis regni sui primoribus exhibebat testamentum istud, nihil aliud dicens, quam in eo se nominasse Principem sibi successuram. Et si vero Rex non nominatim indicarat successorem, omnes tamen Hispani facile sentiebant, Bavarum innui, nec ea res fallebat legatum Gallicum. Admiralis quidem Castellæ oblata commoda occasione ab ipso Rege petebat, ut, quem constituisset successorem, se doceret; Sed non prodebat Rex arcantum. Atque hac occasione Autor noster refellit eos scriptores, qui tradiderunt, Regem Hispaniæ nec magno animo nec insigni prudentia fuisse præditum. Concedit, eum non recte fuisse educatum, nec arte regnandi imbutum: attamen tam bono eum judicat fuisse ingenio, ut, si educatio ei obtigisset recta, evasurus fuisset unus e maximis principibus. Inter hæc morte sublatus est filius Electoris Bavariz,

Fer-

Ferdinandus Iosephus : quo facto Galliz Rex operam dabat impensissimam, ut ostenderet, renuntiationem olim factam non tollere jus Delphini in Hispaniam. Idem mira arte prospiciens, ac vel Batavi Anglique, (quibuscum inierat tractatum de partiendis Hispanicis regionibus,) vel Hispani, (quibus promiserat, se effecturum, ut integra maneat ipsorum monarchia,) illudi sibi ab ipso crederent, Portocarrero per legatum suum persuadere studebat, renuntiationes illas esse invalidas, adeoque Delphini ac filiorum eius jus in Hispaniam esse integrum. Quanquam id consilium non placebat Monterrejo, qui, cum tota Europa, maxime Hispania, summam vim istarum renuntiationum agnoscat, potius faciendum putabat, ut Rex Galliz armis jus suum persequeretur, ac simul operam daret, ut Anglos ac Batavos advocaret a suppetiis Austriaco Archiduci ferendis. Adhuc alia, eaque maximam partem Machiavellica, dabat Gallis consilia, scopum suum ea in re consecuturis. Idem Monterrejus plurimorum animos a domo Austriaca alienare, & Gallicanos facere conabatur : eaque in re felici utebatur successu. Accedebat, quod eodem tempore legatus Hispanicus, qui Viennæ erat, scriptis Madritum literis aulam Viennensem admodum exosam redderet Hispanicis, jam per se non admodum expetentibus imperium Austriacum. Nihilominus Comes Oropelanus ac cæteri domus Austriacæ fautores Regem studebant permovere, ut successorem renunciaret Carolum Austriacum. Frustra tamen idem Oropelanus laboravit, ut Austriacis partibus adjungeret Portocarrerum. Regina quidem facile Regem potuisset permovere, ut mortuo Bavaro Austriacum declararet successorem : sed ea quidem in præsentem quiescebat. Non item quiescendum sibi ratus est Galliz Rex, qui omnia agebat, ut scopo potiretur suo. Ac maxima calliditate Hispanorum favorem sibi conciliabat, cum vertente anno 1698 publicato in Gallia edicto denuo solius Catholicæ religionis usum in regno suo sanciebat. Edictum hoc, cujus summam Autor noster hic exhibet, & Romæ & in Hispania summo excipiebatur applausu tanquam pignus summi zeli pro religione Catholica. Præterea cum Rex Galliz eodem illo tempore, contra morem ac jura ecclesiæ Gallicanæ, a Papa expectet

teret publicam in Fenelonii scripta mystica *ἐπιτροπή*, factum est, ut Innocentius XII Papa eximio incenderetur favore erga Gallum, ejusque nepotem fieri optaret Hispaniæ Regem. Imo eadem res efficiebat, ut Portocarrerus in partes Gallicas redderetur propensior. Illud quoque utile Gallo fatum erat, quod eadem tempestate inimicitia fuerat orta inter Papam & Imperatorem, cujus historiam Noster copiose exponit. Scilicet Martinizius, Imperatoris Legatus, multum molestiarum Romæ faceſſebat Pontifici, inter alia edictum Cæsareum publice affigens de juribus Imperatoris in fœda Italica. Illud quoque Papam ab Imperatore alienabat, quod is fœdus inierat cum Guiljmo III Rege Britannæ, qui ejecerat e regno Jacobum II, Catholicæ religionis patronum acerrimum. Contra eo faciliorem se Gallo præbebat Papa, quod Galliæ Rex adjuncta imperio suo Hispania videretur satis potens futurus ad restituendum Jacobum II in regnum Angliæ. Ac benigne Papa excipiebat Ducem Berwicensem, hanc ipsam ob causam a Jacobo II clam ablegatum Romam. Inter hæc orta Madriti gravi plebis seditione ob annonæ caritatem, Regina dissimulatum adhuc erga Austriam favorem rursus ostendebat, ac seditionis hujus occasione Regem admonebat, ut Austriacum arceſſeret, ostensoque futuro successore populum retineret in obsequio. Ac paruiſſet Rex huic consilio, nisi Portocarrerus suasor fuisset, ut Rex prius consulere ea de re & Papam & Academias Hispanicas. Infaustum quoque omen erat, quod illo ipso temporis tractu Oropesanus, Præſes Castellæ, munus suum abdicabat, ac, ægre licet assentiente Rege, aula excedebat, Austriacis alioqui partibus deditissimus. Hoc enim amoto Portocarrerus stebat, ut ita loquamur, omnipotens, ex ejusque voluntate Oropesani in locum sufficiebatur Manuel Arias, qui totus a nutu Portocarreri pendebat, ac statim a Rege petebat, ut & Admiralem & Perhpsiam aula ejiceret. Ita jussus est Admiralis exire Madrito, qui tamen sub abitum suum scriptis ad Ducem Darmstadium, itemque ad Ducem Moleſium, literis, utrique suppeditabat consilia efficiendi, ut succederet Austriacus. Rex Galliæ interea comparabat exercitum, quippe cui certum erat, nihil reli-

reliqui facere, ut ereptus Austriaco bolus ille Gallicæ fami restinguendæ adhiberetur.

Venimus ad *Librum* Autoris nostri *secundum*, in quo cum prius exposuisset, quid Londini A. 1699 factum sit legato Hispanico, exhibitis Regi litteris immitius exoptulanti ob tractatum partitionis, hinc narrat, quam studiose denuo Monterrejos Portocarrerum conatus sit Gallis conciliare fautorem, docens, renuntiationem Mariæ Theresiæ esse ipso jure nullam. At præter opinionem eveniebat, ut Rex suavis Regiæ, quæ Gallicanis partibus acriter studere Monterrejum, edocta fuerat, eum non aula solum, sed & urbe interdiceret. Viennensis quoque aula commodis intenta erat suis, magis tamen de potiunda Italia, quam Hispania, sollicita, confidens quippe, nec Hispanos unquam Gallo principi se subjecturos, nec Hollandos Anglosque id permissuros esse. Interim A. 1700 d. 25 Martii Hagæ perfectum est alterum fœdus de successione Hispanica, quem secundum tractatum partitionis vocant, cujus hic exhibentur articuli sive conditiones. Quo quidem tempore Cæsareus legatus Madridi enixe dabat operam, ut Regi Hispaniæ persuaderet, ut Austriacum publice renuntiaret successorem suum. Atque id tam bene ei succedebat, ut ejus rei causa nuntium mitteret Viennam, qui nova inde afferret mandata. Quanquam vero legati pater supremus erat in aula Cæsarea minister, nuntius tamen necessario tempore non revertebatur. Atque isthæc cunctatio Autori nostro videtur fuisse causa mutatorum deinceps in Aula Hispanica, quæ Archiduci favebat antea, consiliorum. Sed ut redeamus ad secundum illum partitionis tractatum, Imperator summis viribus enitebatur, ut eum redderet infructuosum, simulque Anglos, Batavos, Papam, & Principes Imperii Germanici cogitare jubebat, salvo illo partitionis tractatu omnem Europam in periculo esse præsentissimo subeundi jugum Gallicum. Contra Galliz Rex alios Principes studiosissime conabatur permovere, maxime Sabaudiz Ducem, ut ratum haberent illum tractatum partitionis. Sed hic quidem spes eum fefellit. Quod ad Hispaniæ Regem attinet, is misso Viennam Duce Molefio urgebat Imperatorem, ut filium sine mora mitteret Madritum. Portocarrerus inter hæc, vir Gallis inimicus, sed politicarum artium haud

p. 274. 199

303.

341. 19.

fatis gnarus, cum suspicaretur, Anglos ac Batavos esse autores tractatus partitionis, eaque re vires domus Austriacæ imminutum ire, jam hæsitare cœpit, utrius jus in Hispaniæ regnis succedendi sit potius; cumque divisionem Hispaniæ averfaretur summopere, optare jam cœpit, successorem eligi nepotem regis Galliarum, si scilicet hic præstaret, conjuncta esse manura regna Hispaniæ, regnumque Galliarum nullo unquam tempore cum regno Hispaniæ conjunctum iri. Non enim credebat, Austriacam domum satis virium habere ad irritum reddendum tractatum partitionis, simulque verebatur, ne Imperator carere non posset auxilio Batavorum Anglorumque (quos utrosque acriter odebat,) ad tuendas Belgicas provincias & ad securitatem præstandam navigationi Hispaniæ. Et si igitur agnoscebat, Austriacam domum causam habere optimam, ac præterea universæ Academiæ Hispaniæ censuerant, Gallos nullum, Austriacos summum habere jus in regna Hispaniæ; tamen memoratæ causæ eum impellebant, ut salutem Hispaniæ pro suprema lege habens consilium suum Regi statueret aperire. In quo proposito eum non solum Monterrejus, quem per litteras consuluerat, confirmabat, verum etiam silentium aulæ Viennensis, quæ, summis licet precibus a legato suo Harrachio rogata, nihil tamen responsionis ei reddebat, nec, quid actura esset, decernebat. Tandem igitur Portocarrerus Regi suadebat, ut quanto cyus a Papa expeteret consilium de sufficiendo sibi successore. Quod consilium Rex secutus, per legatum suum, tum Romæ versantem, consuluit sanctissimum illud oraculum. Ac Papa quidem per litteras respondebat, quibus exhortabatur Hispaniæ Regem, ut successorem deligeret secundum Delphini filium: eo eniam pacto & consultum fore catholicæ religioni, & impeditum iri divisionem Hispaniæ. Adjecta his litteris erat sententia trium Cardinalium, Albani, Spadæ, & Panciatici, consentium, renunciationes non obflare, quo minus successor eligatur Gallus, imo, conscientia duce & utilitate publica Regem Hispaniæ successorem eligere debere Gallum principem. Atque hic concluditur liber iste Torriani, subnexa hac sententia, tractatum istum partitionis esse habendum pro excellentissimo specimine prudentiæ politiciæ. Nos votum adjungimus, ut Autor

pro-

promisso suo satisfaciat continuando filum hujus historiz, eamque deducendo ad pacem usque Badensem.

SOME CONSIDERATIONS ON THE DOCTRINE of the Trinity.

h. e.

OBSERVATIONES QUÆDAM IN DOCTRINAM de Trinitate.

Londini, apud Joh. Roberts, 1721, 8.

Plag. 6.

HAbent nonnulla ingenia subinde tempora sua & momenta, quibus fecunditatem suam exerunt & ejusmodi meditationibus subitanis ac sponte velut natis exuberant, ut dignæ videantur, quæ chartis hæreant & citra ordinem utcumque conferrentur: quod & de præsentibus pagellis sub finem Autor, quisquis sit, fatetur. Tractat autem materiam perutilem nempe de Trinitate, quæ cum impugnetur, quod cum sensu communi & ratione male congruat, p. 1 contrarium ostendere nititur exinde, quod quilibet creatura ea facultate gaudeat, ut essentiam suam communicare seu propagare possit: istamque communicationem in tot animantium generibus modo fieri diversissimo, quod aliqua ex parte ad Deum applicari posse putat, adducens ex Pearsonii exposit. Credo p. 135 hæc verba: *Non esse divinam naturam sterilem ducendam, sed agnoscendam potius atque admirandam ejus fecunditatem & vim communicativam sui, a qua creatio mundi pendeat, Deo videlicet creante omnia per Verbum suum, cum quo istam omnipotentiam, qua omnia producat, communicet.* Jam vero istam divinæ naturæ communicationem ab æterno fieri debuisset propterea, quod, si non ab æterno facta esset, divinæ naturæ aliquid accidisse dicendum sit, quod tamen nullo modo de ea dici possit, utpote quæ semper absque ulla mutatione aut variatione eadem permaneat. Summe Rev. Wilkinsium Episcopum in peculiari tractatu simplicitatem Dei & ex naturali ratione & testimoniis Ethnicorum demonstrasse: cunctaque adeo nulla inæqualitas in divina natura locum habeat, sequi, unamquamque personam,

p. 4.

6.

- quæ sit Deus, ratione quadam coæterna & coequali esse Deum.
- p. 7. Unitatem Dei ex variis exemplis, quæ se offerant in natura, probare satagit, idemque fere deinde repetit, quod superius de facultate creaturarum se propagandi dixerat, idque ad Deum applicat, qui ista facultate essentiam suam communicandi eo minus excludi debeat, quod ab eo tanquam fonte omnia fluant.
9. 10. II. Socinianorum nonnullas ineptas conclusiones, quod tantum unus Deus sit, & hinc nec Filius, nec Spiritus S. pro Deo agnosci queat, refutat, iisque potius probationem: quod Deus totam essentiam suam haud communicare, nec per istam communicationem tres hypostasies in unum conjungi queant, imponit. Exprobrat iisdem, quod, ubi quis proprietates subjecti alicujus haud satis perspiciat & teneat, tunc quidem pro impossibili sæpe reputet, quod contra probe perceptis istius subjecti qualitatibus facile concedat. Socinianos inepte clamare filium eandem cum Patre ætatem habere non posse, cum ita potentiam Divinitatis, quæ nulli variationi subjecta sit, misella hominum natura metiantur, quæ non nisi per quandam vitæ & mortis vicissitudinem, quorum alterum ab altero excipiat, se sustentet.
18. 19. 19. sq. Divinitatem Christi deducit ex miraculis, quæ mortem Christi comitata sint, quibus Christus glorificatus h. e. manifesto Dei Filius, quem se publice professus erat, demonstratus sit, sicut a
23. 19. sq. Patre Joh. XVII petiisset. Eandem confirmat per baptismum a Christo institutum, qui cum sit nova quædam hominis creatio, non minus divinæ virtutis opus censendus sit, ac prior illa creatio ex limo terræ. Cumque idem in nomine Trinitatis fiat, ecquis dubitaverit, tres illas personas unius divinæ essentiae participes esse? Hinc & in primitiva Ecclesia, si qui ab Arianis pedem retulissent ad verum ovile, nunquam rebaptizatos nisi eos esse, qui sacro isto fonte, omnia Filii & Spiritus S. appellatione, antea aspersi fuissent; quod ex Hoockeri Eccles. polit. p. 282 annotat, ex quo & illud profert e p. 246, hymnum illum antiquissimum: *Gloria Patri, Filio, & Spiritui S.* ab Arianis ita mutatum esse, ut canerent: *Gloria Patri per Filium in Spiritu S.* quod, cum speciem quidem haberet alicujus orthodoxiæ, interpretatio tamen pessima corruerint. Commodè quoque
28. quæ observat: *Potestatem in celo & terra*, quæ Christo data sit

fit (utique secundum humanam naturam) duo in ~~esse~~, nempe ubi-quitatem seu omnipræsentiã & omniscientiã: absque his enim omnipotentiam istam inane nomen fore. Notat præterea, quantum quidem ipse ex historia Ecclesiastica cognoverit, nullam Ecclesiam, alias suo loco bene fundatam, diu sterisse, quæ Christi divinitatem inficiari cœperit. Ceterum quæ de hymno gloriæ in Liturgia Anglicana ex Usserii diatriba de symbolis A. 1647, itemque de symbolo Athanasiano, cujus autorem Athanasium recte statui vetustissimis probetur MSis, ex eadem allegat, nestrum non est hoc loco repetere.

DE STATU ANIMÆ SEPARATÆ POST mortem, ad illustrandum historiam Lazari aliorumque a mortuis resuscitatorum, differit M. J.

VITRIARIUS.

Difficilis sane ac ardua res est, statum animarum separatarum post mortem delineare, illisque locum certum adsignare. Plerique in generalioribus subsistunt, locumque beatum piis post mortem attribuunt, in ceteris ignorantiam suam profitentes. *Psychopannychitarum* error, ab Anabaptistis recoctus, animas quidem subsistere, nec tamen cogitare, sanæ rationi ac Scripturæ sacræ contrariatur, & a Viris doctis jam dudum explosus. Quibus adjungendi *Sociniani*, qui hominem sic interire, ut non vivat amplius, nec ullam perceptionem sui status nullumque sensum habeat, audacter affirmant, rationibus iisdem putidis ac absurdis innixi. Ejusdem fere farinae est Nicolaus Taurellus, alioquin Vir pereruditus, qui in Libro *de rerum aternitate*, animas separatas non intelligere, defendere conatur. Qui sanius philosophantur, animæ post mortem nihil decedere illamque omnes operationes vi eadem propria producere, qua in unione cum corpore produxit, distinctioresque ideas ob remotionem crassi corporis accipere, satis firmis nituntur argumentis. Scriptura sacra illas post mortem vivere affirmat, nec felicitate ac gaudio cœlesti privat, testante Christo Luc. XXIII, 43, Apoc. XIV, 13; in loco autem assignando generalia proponit, sufficit,

D d d

homi-

hominibus bene esse. Theologi multi locum extra sphaeram nostram committunt, in alias regiones illum transferentes, quo Deus suam Majestatem revelet, ex raptu Pauli in caelum sententiam suam probantes. Nos plane aliam fovemus sententiam veritati magis consentaneam: animam nempe non plane separari ac e corpore migrare, sed in sepulchro commorari, in quo intelligat, cogitet, libera sit ab omni miseria, Deum clarius videat ac illum laudet usque ad diem extremum, quo anima corpori unita resurget, quam quodammodo ex ratione, plenius autem ex revelatione probamus. Animam praexistisse, antequam corpori uniretur, a Leibnitio in *Essais de Theodicté* demonstratum, illamque cum materia semper fuisse conjunctam, & plane nullas dari intelligentias finitas ab omni materia separatas, ab eodem Viro summo satis probatum, & sic generationem per evolutionem corporis praexistentis organici posse definiri, patet; hinc ex opposito, mortem per involutionem corporis organici cum anima iterum conjuncti definire licet, ubi machina operationes suas, ob harmoniam inter corpus & animam interruptam, amplius edere non potest. Interea anima intelligit, cogitat, Deum clarius videt, quod, antequam ad nobiliorum hunc gradum scilicet ad notionem spiritus esset eversa, de illa dici non poterat; postea adhuc iste gradus exaltabitur, cum a corpore crasso erit soluta, neque vim clare ac distincte percipiendi amittet, praesertim cum corpus ad perceptiones mentis physice nihil conferat. Revelatio clarius sententiam nostram propugnat, exempla a mortuis resuscitatorum suppeditans, quae Theologis ac Medicis multum exhibere laboris. Prodacimus exemplum Eurychis, qui revera fuit mortuus, animam autem in illo adhuc commorari testatur Paulus Act. XX, 10; ex quo colligimus, animam non statim e corpore migrare, licet vinculum & commercium inter animam & corpus sit solutum, sed habitare adhuc in corpore. Cui subjungendum exemplum filii viduae ab Elia a mortuis resuscitati I Reg. XVII, 21, qui in resuscitatione formulam sere Germanis consuetam usurpavit: revertatur, inquit Elia, anima hujus pueri in viscera ejus; Germani expriment: Er kommt wieder zu sich selbst; ut illi, qui deliquium animi patiuntur

triantur mortuis similes apparent, nec tamen anima ab illis recessit. Idemque sentiendum de Lazaro Joh. XI, sanctis Matth. XXVII, aliisque a morte resuscitatis, in quibus anima mansit, machina corporis tantum a putrefactione est reparata, ut ista operationes suas exercere possit. Ad perpetua miracula non est recurrendum, quod sapientiae divinae maxime adversari ostendit Wolffius in Cogitat. Metaphysicis. Absentiam & evolationem animae ex corpore homines collegerunt ex falso systemate influxus physici animae in corpus & corporis in animam, quod a Cartesio & postea a Leibnitio solidissime est refutatum ac rejectum; quando nullas operationes corporis viderunt, animam, quae agat in corpus, abesse dixerunt; & mortuum esse, vinculum seu commercium inter corpus & animam esse disruptum, animam a corpore separatam esse, pro synonymis habuere, cum tamen sublatio vinculi inter animam & corpus nullam involvat in corpore animae absentiam. Porro non credibile animas separatas seu vagari in hoc mundo, seu in aliud corpus caeleste seu regionem quandam transferri, in die iudicii extremi demitti & rursus in terram nostram deijci, ne quidem habet verisimilitudinem sapientiaeque divinae contrarium videtur. Sic quoque, si animae in sepulcro non corporibus junctae, corpus mortuum absque anima resurgeret, ac deinde anima illi jungeretur, & si ad superiora esset vecta, rursus demitti necesse esset. Quia autem quilibet ex suo monumento, in quo sepultus jacuit, resurget, cujuslibet anima in eo praesens esse debet, ut corpus simul cum anima resurgat. Haec nihil derogant felicitati seu infelicitati animarum separatarum. Unanimis confessio est apud Theologos quoscunque, impios ante diem extremum non omnes sentire poenas infernales, & pios nondum perfecta frui felicitate & beatitudine. Impios autem statim post mortem poenas infernales sentire historia epulonis commonstrat Luc. XVI, quod fieri potest, quando iram Dei persentiant, reconciliatio cum Deo illis denegatur, morsus conscientiae sentiant &c. Pii autem statim remunerationem bonorum operum accipiunt, uti Christus inquit Luc. XXIII, 43, Apoc. XIV, 13. Deus iis semitem praestat, suam bonitatem ac clementiam ostendit; majorem accipiunt cogni-

tionem de Deo rebusque divinis, ac se ipsis magis revelat, quo delectentur &c. Sic Daniel Deum in fovea leonum laudavit, Dan. VI, 22, & viri tres in fornace igneo Deum celebrarunt, Dan. III, 24 sqq. Paulus & Silas in carcere in laude Dei perseverarunt, Act. XVI, 25. Paulus in tertium cœlum raptus, nesciens an in corpore seu extra corpus fuerit, tamen gaudium cœleste vidit, 2 Cor. XII, 5. Stephanus vidit cœlum apertum & Christum ad dextram Patris sedentem, Act. VII. Johannes in Patino divinas habuit revelationes & Christum sanctosque Deum celebrantes vidit. Idem fere est, ac si homo in hac vita quotidie sanctis meditationibus ac speculationibus incumbat, rerum mundanarum nullam curam gerat, sed Deum unice pro præstitis in hac vita beneficiis laudet &c. quod adhuc valde augebitur, usque ad diem extremum, quo totus homo æterna felicitate ac gaudio cœlesti perfruetur. Sic ista clausura in monumentis nihil derogat felicitati piorum, vel minuit infelicitatem impiorum. Breviter: ubi Deus juxta gratiam suam præsens, ibi cœlum, ubi Deus iratus, ibi infernus.


*JOH. BERNOULLI VARIÆ SOLUTIONES
 & Constructiones Problematis propositi in Act. Lips.
 Supplem. Tomo VII Sect. VIII p. 352: De Curvis motis
 secundum axem & se mutuo constanter ad angulos
 datos secantibus.*

HUjus problematis solutionem aliquam accepi ex Anglia ad me per litteras missam a quodam Anonymo, quam postea vidi in Act. M. Apr. 1721, sed nulla nec analysi nec demonstratione munitam. Quid de hac solutione senserim & ad eam perficiendam ulterius desideraverim a Solutore, exposui in iisdem Actis M. Jun. anni ejusdem: an ex eo tempore desideratis satisfecerit, aut num alius præterea dederit aliam solutionem, mihi non constat; quæ ipse inveni ad egregii problematis multiplicem solutionem, nunc quidem cum Geometris communicare lubet. Tres mihi sunt Methodi, quæ singulæ infinitas exhibent curvas quæ sito satisfaciunt.

Pro-

Problema ita sonat; *Invenire & construere curvam, quæ semet ipsam in verso situ positam atque hinc inde motam secundum utrumque axem motu sibi semper parallelo secet constanter ad angulum rectum, vel etiam ad angulum cuilibet dato æqualem.*

Quandoquidem quæsito satisfaciunt infinita genera curvarum tam algebraicarum quam transcendentium, inæque solutiones comprehendunt utriusque classis curvas, ut jam monuit Filius meus in ipso loco ubi hoc problema proposuit, ostendam primo Methodum generalem determinandi e vestigio tot quot libuerit curvas transcendentis quæ per quadraturas construuntur; excipiet hanc alia methodus qua pariter tradentur innumeræ curvæ cum transcendentibus tum algebraicæ, & ita quidem ut transcendentibus construantur ope rectificationis curvarum algebraicarum: demonstrabitur porro quamlibet curvam, quæ angulo dato existente recto solvit problema, ita posse mutari ut interserviat quoque suo quolibet alio dato angulo obliquo. Subjungetur constructio quædam singularis quæ rem expedit mira facilitate, quando angulus datus, alterius dati pro curva quadam jam inventa quæcumque partem constituit in hac progressionem $\frac{1}{2}, \frac{1}{4}, \frac{1}{8}, \frac{1}{16}, \frac{1}{32},$ &c. contentam. Accedet denique ex abundantia tertia quædam methodus solvendi problema, per quam ex quibus pluribusve curvis optatam proprietatem habentibus, aliæ novæ in infinitum derivari possunt. Ad hæc præstanda trado sequentia.



§. 1. Sint (Fig. I.) duæ rectæ parallelæ NP , QR , intra quas duæ curvæ ABC & BBF , quarum altera cum altera sit eadem sed ad se invicem inverso situ posita; moveantur ambæ vel saltem alterutra motu parallelo rectis NP , QR , ita ut se mutuo fecerint in puncto variabili B , per quod & per punctum D (sumtis arcu AD æquali ipsi EB) si ducantur rectæ ipsis NP , QR , parallelæ BL , DM occurrentes assumptæ positione HG in punctis L & M ; Liqueat hæc puncta L & M a puncto medio O hinc inde æqualiter distare, ut & angulum mixtilineum FBL esse æqualem angulo mixtilineo CDM , adeoque angulum totum CBF ex CBL & FBL compositum esse æqualem summæ angulorum CBL & CDM .

§. 2. His præmissis, atque assumpto O pro initio abscissarum OL , OM hinc inde æqualium & ad ordinatim applicatas LB , MD respondentium; concipiantur utrobique duæ applicatæ proximæ bl , md æqualiter a prioribus distantes, ita ut $Ll = Mm$. Oporteat nunc angulum intersectionis curvarum FBC esse constantem, nimirum ubique æqualem ipsi GLB vel GHO . Hinc fient triangula Bcb , Dnd (ductis nempe bc , dn ipsi GH parallelis) sibi mutuo similia; est enim per præced. angulus MDC seu ndD = angulo FBL = $\angle BC - cBb = OLB(bcL) - bBc = Bbc$, & præterea ang. $Dnd = bcB$; quare $Bc.bc :: Dn.nd$, & $Bc \times nd = bc \times Dn = \square bc$.

§. 3. Res itaque hinc redit, ut queratur curva ABC , super GOL , ejus naturæ ut sumtis in utramque partem a communi initio abscissarum O abscissis æqualibus OL , OM , rectangulum sub elementis utriusque applicatæ æquetur quadrato elementi alterutrius abscissæ; ad hoc præstandum sequentes condo formulas, quarum quælibet solvet problema, & in quibus consistit primus meus solvendi modus.

Solutio I.

§. 4. Sit $OL = x$, $LB = y$, $Ll = dx$, $Bc = \pm dy$; atque assumtis pro arbitrio quotcunque datis a , b , c &c. fiat $dy =$ cuiusque ex his formulis

$$(1) \quad dy = \frac{a-x}{a+x} dx$$

$$(2) \quad dy = \frac{aa-bx+xx}{aa+bx+xx} dx$$

(3)

$$(3) dy = \frac{a^2 - bbx + cxx - x^3}{a^2 + bbx + cxx + x^3} dx$$

$$(4) dy = \frac{\sqrt{a-x}}{\sqrt{a+x}} dx$$

$$(5) dy = \frac{\sqrt{a-x} \times \sqrt{aa - bx + xx}}{\sqrt{a+x} \times \sqrt{aa + bx + xx}} dx$$

$$(6) dy = \frac{(a-x)^p + (b-px)^q}{(a+x)^p + (b-px)^q} dx$$

Construaturque Curva super *OH* (id quod concessis quadraturis semper fieri potest, quia nulla hic adest indeterminatarum permixtio) quae electam ex formulis pro æquatione differentiali habeat: dico Curvam illam præscriptæ conditioni satisfacturam, id quod ex ante dictis facillime demonstrabitur. Quoniam enim posita $OL = x$ erit $OM = -x$, & $Mm = -dx$, adeoque *nd* seu elementum applicatæ *MD* exprimetur per formulam assumptam in qua signa dimensionum imparium ipsius *x* erunt permutata, quo fit ut etiam termini fractionis in se invicem transmutentur, hoc est, ut numerator abeat in denominatorem & vicissim, unde resultabunt duæ fractiones pro valore *EB* & *nd*, quarum termini per mutuam multiplicationem se destruent: ex. gr. si in formu-

la secunda, ubi *dy* seu *Bc* = $\frac{aa - bx + xx}{aa + bx + xx} dx$, scribatur $+x$ pro $-x$, & $-x$ pro $+x$, prodibit *nd* = $\frac{aa + bx + xx}{aa - bx + xx} dx$, unde

multiplicando *Bc* per *nd* habebitur, sumendo $-dx$ vel *Mm* affirmative, $Bc \times nd = \left(\frac{aa - bx + xx}{aa + bx + xx} dx \times \frac{aa + bx + xx}{aa - bx + xx} x - dx \right)$


= $dx^2 = \square bc$. Obtinet igitur curva *ABC* conditionem, quam in §. præced. requiri ostendimus ad id, ut seipsam in situ inverso vitro citroque motam secet in angulo constanter dato *FBC*, utpote qui æqualis erit ipsi *GLB* seu *GHQ*.

§. 5. In formularum harum fabrica loco regulæ generalis hoc tantum observandum est, ut pro terminis fractionis adhibeantur duæ functiones qualescunque ipsius *x*, eam ad se invicem habentes relationem, qua fiat ut in utraque functione muta-

muta-

mutatis signis potestatum imparium altera in alteram convertatur: quo levi artificio intra quadrante[m] horæ centum vel plures conduntur formulæ, totidem diversas sistentes curvas quæ optatum præstabunt. Sed altioris jam esset indaginis eas ex illis formulis eligere quæ sunt integrabiles, & propterea nobis reddunt curvas algebraicas, pro quibus autem inveniendis infra dabo regulam peculiarem. Id nunc notare debeo, formulam primam exhibere curvam Logarithmicam obliquangulam de qua mox fusius, & infinitas alias quæ ex terminis constant mere rationalibus construi posse vel per logarithmicam vel per extensionem arcuum circularium, sicuti patet ex iis quæ olim tradidi de constructione fractionum differentialium rationalium, vid. Act. Lips. 1703 M. Jan. Quantum vero ad formulas irrationales, attendenti liquet, illam num. (4) exprimere Cycloidem & quidem vulgarem seu rectangulam, existente nimirum angulo GLB recto, sed cycloidem obliquangulam, existente eodem angulo obliquo; voco cycloidem obliquangulam, quæ fit constituendo ad datum angulum obliquum applicatas Cycloidis vulgaris quæ alias sunt perpendiculares ad axem.

§. 6. Redeo ad Logarithmicam, cujus pro hoc singulari casu constructionem exponere lubet, ut distincte pateat quo pacto & qua lege illa fit usurpanda ad problematis solutionem, siquidem non omnis Logarithmica nec quomodocumque descripta huic negotio quadrat. Sint ut ante (Fig. II.) Rectæ duæ pa-



rallelæ NP , QR , intra quas curvæ reciproce positæ sese debeant decussare in angulo dato qui fit æqualis ipsi GHQ : Capiatur HS ,

HS æqualis ipsi HG , completoque parallelogrammo $SVGH$ describatur Logarithmica obliquangula SBD super asymptoto GN , cujus applicatæ sint diagonali SG parallelæ, & quam tangat in puncto S ipsa SV , unde per consequens subtangens GV æqualis erit eidem SV : dico hanc logarithmicam SD , eandemque EBF inverse descriptam super asymptoto RQ , ita se invicem secare in B dum seruntur motu parallelo, ut intersectionis angulus EBB vel DBF evadat continuo æqualis angulo dato GHQ vel VSQ . *Dem.* fuit ex ipsa formula.


Coroll. 1. Ut se secent orthogonaliter, existente scilicet angulo dato GHQ recto, facienda est logarithmica SBD semirectangula, h. e. cujus applicatæ cum subtangentibus faciant angulum semirectum, talis enim erit angulus SGV . Unde patet logarithmicam SBD fore tunc curvam Beunianam multum olim inter Geometras agitatam, uti jam monui in Actis anni 1721 p. 272.

Coroll. 2. Qualiscunque vero sit angulus datus GHQ , erit angulus SGV quovis in casu acutus; hinc nulla ex Logarithmicis nisi acutangula huic negotio inservire potest, adeoque logarithmica vulgaris seu rectangula ac multo magis omnis obtusangula procius erit inutilis, ut pariter jam innui loco allegato. Nescio autem an anonymus Britannus perplexæ solutionis Autor dederit horum demonstrationem, ad quam indagandam eum invitaveram.

§. 7. Ita vidimus quali moderamine opus sit ut Logarithmica fiat idonea ad effectum qui desideratur præstandum, si scilicet moveri debeat secundum directionem asymptoti. Quod si vero motus instituaturs secundum directionem applicatarum, possunt omnes Logarithmicæ sine ulla exceptione quæsito satisfacere, modo ex illis ea assumatur cujus applicatæ cum subtangentibus faciant angulum qui sit complementum ad duas rectas dati anguli intersectionis curvarum, id quod sequentem in modo facile demonstro.

§. 8. Factis enim & suppositis in Fig. III quæ in Fig. I; Esto super GH tanquam asymptoto Logarithmica ASC , cujus subtangens æqualis sit applicatæ OS in puncto medio O , quæque vocetur a ; sit igitur hic iterum $OL = x$, $BL = y$,
 $Ee = dx$ $Bc =$

$Bc = -dy$, $OM = -x$, $Mm = -dx$. Erit ex natura Logarithmicæ Bc seu $+dy = \frac{-ydx}{a}$, $DM = \frac{aa}{y}$, $nd = \frac{-aady}{yy} =$ (substituto valore ipsius $+dy$) $\frac{adx}{y}$; adeoque $Bc \times nd = \frac{ydx}{a} \times \frac{adx}{y} = dx^2 = \square bc$. Ex quo sequitur Logarithmicam ASC habere conditionem per §. 3 requisitam ut secundum directionem applicatarum mota alteram Logarithmicam sibi æqualem & inversam secet ad angulum dato GHQ æqualem.




Coroll. In casu anguli GHQ recti, erit & ipsa ASC Logarithmica rectangula seu vulgaris; quæ per consequens semet ipsam inter rectas oppositas applicatis parallelas subcontrarie h. e. inverse positam orthogonaliter trajicit. Pro quovis vero angulo obliquo GHQ , ipsa quoque ASC erit obliquangula, ac proin tali motus directione supposita quæ fit secundum ductum applicatarum, nulla non Logarithmica utilis esse potest ad solvendum problema, prout ut indicavi in loco præmemorato Actorum.

§. 9. Propero ad alteram Methodum, per quam exhibentur curvæ innumera quæ optatum præstant tam algebraicæ quam transcendentes, & tales quidem transcendentes quæ ad sui constructionem nullas exigunt quadraturas sed, duntaxat curvarum algebraicarum rectificationes, quod num præstiterit Solutor Anonymus, prout ab eo petii, nondum audivi. In hac methodo consistit

Solutio II.

§. 1c. Sit primo angulus intersectionis curvarum rectus: super

super HG (Fig. IV) perpendiculari ad rectas parallelas PN, RQ , describatur curva arbitraria GEH , quæ habeat duos ramos EG, EH , similes & æquales, adeoque verticem E in parallela OE transeunte per punctum medium O . Sumtis dein in utroque ramo duobus arcibus ES, EM æqualibus, agantur parallelæ SB, MD , illa ad dextram, hæc ad sinistram, fiantque ipsis arcibus ES, EM æquales; dico puncta B, D , fore in curva AEC optata quæ nempe circa EO revoluta sit cum priore inversum acquirat situm inter parallelas PN, RQ , semet ipsam ad angulum rectum constanter secabit dum alterutra movetur secundum directionem parallelarum.



Dem. Productis SB, DM pro lubitu ad u, V , intelligantur applicatæ proximæ sb, md , atque Bt, Dn , ipsis elementis arcuum Ss, Mm parallelæ: hinc quia $Bt = Sr = Es - ES = sb - SB = sb$, erit triangulum Btb isosceles, adeoque angulus Bts duplus anguli Bbt ; quoniam vero $Bts = HSB$, & $Bbt = CBu$, erit etiam angulus HSB duplus anguli CBu ; pari ratione demonstratur angulus EMV duplus anguli EDM . Porro $\text{ang. } EMV = \text{ang. } ESB$ ob æqualitatem & similitudinem arcuum EM, ES ; ille vero angulus ESB junctus angulo HSB æquivaleret duobus rectis, ac proinde summa femissium, $EDV + CBu$, facit unum angulum rectum. Quare patet ex §§ 1 & 2 Curvam AEC habere naturam eam ut se inversam secet ad angulum istis simul sumtis, hoc est, recto æqualem. *Q. E. D.*

Coroll. Assumpta pro GEH semicircumferentia Circuli generabitur inde curva AEC , quæ vi constructionis hujus erit

Cyclois vulgaris, quod alia demonstratione opus non habet: & sic rursus per hanc solvendi viam in Cycloidem incidimus.

§. 11. Quod si pro GEH alia quæcunque curvæ algebraicæ assumantur, quæ habeant ramos EG , EH similes & æquales, ut sunt omnis generis Ellipses, item Hyperbolæ & Parabolæ, quarum vertex summus sit E , & axis EO , prodibunt innumere diversissimi generis curvæ AEC , conditioni præscriptæ satisfaciens, quæ ad sui constructionem requirunt tantum curvarum algebraicarum rectificationem, citra ullam ad quadraturas recurrendi necessitatem.

§. 12. Denique hoc insuper consequimur, quod in hujus problematis solutione maximi est momenti; adhibita nimirum pro GEH aliqua curva non tantum algebraica atque ambos ramos similes & æquales habente, sed quæ præterea sit algebraicæ rectificabilis quales innumere dantur, ut sunt variz Evolutæ, variz Causlicæ, aliæque ejusmodi, tum omnes Epicycloides, & Hypocycloides, quæ describuntur ex revolutione circuli super circulo, quocum diametri sunt commensurabiles: adhibita, inquam, tali curva pro GEH , palam est, curvam ex ea descriptam AEC fore semper algebraicam. Et hac ratione infinitas curvas algebraicas e vestigio depromere licet, quarum singulæ optata qualitate gaudebunt, hoc est, quæ in situ subcontrario positæ semet ipsas orthogonaliter continue secant durante motu parallelo.

§. 13. Esto nunc angulus intersectionis obliquus: Ut huic quoque casui satisfiat exhibendo pariter curvas vel omnino algebraicas, vel algebraicarum extensione constructibiles, utrumque enim pro intersectione obliquangula non minus quam pro rectangula in potestate est; docebo primo modum, inventam quamlibet curvam pro quolibet dato angulo interservientem immutandi in aliam quæ interserviat in casu cujusvis alius anguli dati. Supponamus itaque curvam ABC (Fig. V.) esse aliquam per methodum quæcumque constructam, quæ imperato officio fungatur inter GN , HQ parallelas, & recta GH faciens angulum GHQ æqualem angulo intersectionis. Suppositis factisque reliquis ut in Fig. I, ducatur HK , ut fiat angulus GHK cui jam oporteat esse

vi possit, exhibendo curvas, quæ pro lûbitu vel sint algebraicæ vel per algebraicarum rectificationem constructibiles, & quidem utriusque generis numero infinitas. Describatur enim primo pro arbitrio per § 11 & 12 Curva aliqua quæ tantum interviat pro intersectione orthogonali, hujusque postea applicatæ inflectantur ut singulæ cum axe HG constituent angulum dato cuilibet æqualem, manifestum est ex prædictis, curvam novam inde nasci, qualis desideratur; illa quippe, si simpliciter observetur modus in § 11 ostensus, erit transcendens, sed quæ ad sui constructionem requirit duntaxat curvæ algebraicæ extensionem; sin autem præterea in auxilium vocetur quod suppeditat § 12, habebitur omnino algebraica. Motum interim curvarum harum institui debere secundum directionem applicatarum præfato modo inflexarum, non opus est ut moneam; ratio ejus plus satis apparet ex præcedentibus.

§ 15. Subjungam hac occasione constructionem aliam, etiam si particularem, quam propositam volo loco theorematis jucundi & elegantis: Esto (Fig. VI) ABC curva quæcumque inter parallelas PN, RQ movenda, sequè inversam constanter secans in dato angulo, qui sit æqualis ipsi GCQ . Productis applicatis LB, MD &c. capiantur in illis partes BS, DV &c. ipsis arcibus CB, CD &c. respective æquales, ut puncta S, V &c. generent novam curvam $CSVE$; deinde capiantur partes SK æquales arcibus CS , ut habeatur tertia Curva CFK , atque ex hac simili modo describatur quarta; ex quarta describatur quinta & ita deinceps; dico omnes has Curvas eam habere indolem ut unaquæque ex illis inter parallelas easdem PN, RQ mota se inversam secet in constanti angulo, qui præcedentis erit dimidius; posito namque intersectionis angulo pro prima, $= a$; erit ille pro secunda CSE , $= \frac{1}{2}a$; pro tertia CFK , $= \frac{1}{4}a$; pro quarta, $= \frac{1}{8}a$; pro quinta, $= \frac{1}{16}a$; & sic in infinitum.

Demonstratio similis est ei quam feci §. 10. Assumtis enim duabus applicatis LB, MDV a puncto medio O æquidistantibus, iisque proximis lb, mdu , intelligantur lineolæ rs, Vn ; elementis primæ curvæ parallelæ; erunt, ut ibi demonstratum, ambo triangula Srs & Vnu isoscelia, adeoque angulus Brs hoc est $L3b$ vel LBC duplus anguli rsr seu LSC ; & angulus

MNC

MDC duplus anguli *MVC*; unde sequitur, angulum intersectionis pro Curva secunda *CSE* (hoc est per §. 1) ang. *LSC* + ang. *MVC* = $\frac{1}{2}$ ang. *LCB* + $\frac{1}{2}$ ang. *MDC* = $\frac{3}{4}a$; pari modo demonstratur angulus intersectionis pro curva tertia *CFK*, = $\frac{3}{4}a$; ille pro quinta, = $\frac{1}{2}a$; atque ita deinceps. *Q.E.D.*

Solutio III.

§. 16. Superest tertia solvendi methodus, quæ docet ex suppositis aliquot curvis jam inventis desiderato satisfaciendis invenire novam quæ idem præstet pro alio intersectionis angulo: ita e. g. si supponamus in eadem Fig. VI. Curvam *CFK* esse datam, eamque satisfacere pro intersectionis angulo qui sit = *a*; item *CSE* esse aliam datam interservientem pro intersectionis angulo quem vocemus *b*: inveniri poterit tertia curva *CBA*, quæ respondebit quæsito pro intersectionis angulo qui erit = *a* + *b*. Quod ex sequenti ratiocinio patebit.

§. 17. Concipiatur recta *CG* perpendicularis ad applicatas, quæ pro axe sumatur, sitque *CL* = *x*, *LB* = *y*, *Bc* = *dy*; quia per hyp. Curvæ *CK*, *CS*, sunt datæ, dabuntur in *x* & *dx* elementa applicatarum *LK*, *LS*; hinc etiam dabuntur in *x* tangentes inclinationis curvarum ad applicatas, hoc



hoc est, angulorum CKL , CSL : exprimentur autem tangentes horum angulorum dividendo elementum abscissæ Ll vel dx per elementum applicatarum LK , LS , & sumendo unitatem pro sinu toto. Sit itaque $p = \text{tang. ang. } CKL$, & $q = \text{tang. ang. } CSL$; quæratque curva CBA , cujus arcus CB cum applicata BL faciat angulum æqualem summæ angulorum CKL & CSL ; quo facto manifestum est hanc curvam CBA ipsam fore, quæ infer viet pro intersectionis angulo $a + b$.

§. 18. Quomodo autem talis curva CBA sit formanda, quæ habeat ubique angulum $CBL = \text{ang. } CSL + \text{ang. } CKL$, discimus ex Theoremate generali quod in Schediasmate præcedenti demonstratum est: Nam quia tangens anguli $CKL = p$, & tang. ang. $CSL = q$, erit vijilius theorematiss tangens summæ horum angulorum $= \frac{p+q}{1-pq}$, cui per consequens æqualis esse debet tangens anguli CBL , quæ est $\frac{dx}{dy}$, unde habetur $dy = \frac{1-pq}{p+q} dx$ pro æquatione differentiali curvæ quæ sit CBA . Dantur vero p & q in x , hoc est, sunt abscissarum functiones datæ, ipsa proin æquatio est construibilis, saltem concessis quadraturis curvarum algebraicarum.

§. 19. Quod si assumantur tres curvæ quæ quadrarent ad totidem diversos intersectionis angulos a, b, c , ex illis eandem methodum sequendo adornabitur curva quarta, quæ erit idonea ad efficiendum angulum intersectionis $= a + b + c$; fiat enim p, q, r , tangentes angulorum in quibus curvæ datæ applicatis suis occurrunt; ex præfato nostro theoremate clarum est tangentem summæ trium illorum angulorum fieri $= \frac{p+q+r-pqr}{1-pq-pr-qr}$ $= \text{tang. anguli } CBL = \frac{dx}{dy}$: hinc pro natura curvæ quæ sit CBA obijnetur æquatio differentialis hæc $dy = \frac{1-pq-pr-qr}{p+q+r-pqr} dx$, cujus integratio ob datas abscissarum x functiones p, q, r , reducta est ad quadraturas.

§. 20. Simili modo ex quatuor curvis assumtis invenitur quin-

quinta, ex quinque sexta & ita porro, quo rursus infinita nascitur curvarum multitudo; ubi notandum inter assumtas posse quoque inservire ipsam Lineam rectam cum axe CG angulum quemcunque constituentem; etenim & hæc quoque linea recta gaudet præscripta conditione, ut se inversam & in parallelum motam faceret ad constantem angulum: sit ex. gr. in §. 17. Linea CSE recta hypotenusa trianguli rectanguli CGE faciens angulum cum applicatis ubique eundem & æqualem ipsi CEG ; cujus proin tangens q , quæ ibi est functio ipsius x , hic jam est quantitas constans quæ vocetur b , mutabitur æquatio differentialis pro

curva quæ sita in hanc $dy = \frac{1-bp}{p+b} dx$; unde apparet unicam Cur-


vam assumtam CFK pro quocunque intersectionis angulo sufficere ad formandam ex ea curvam CBA , quæ ad quemlibet alium intersectionis angulum utilis erit, prout enim b major minorve sumitur, magis etiam minusve augetur angulus intersectionis curvæ assumtæ CFK ; quinimo eundem omnino diminui posse, supponendo b negativum, per se clarius est, quam ut multis moneri necesse sit; tunc utique æquatio inde resultans

$dy = \frac{1+bp}{p-b} dx$ determinabit curvam CBA , cujus angulus intersectionis $= a-b$ seu differentia inter angulum intersectionis curvæ CFK & angulum intersectionis Lineæ rectæ AE .

§. 21. Præter hos tres solvendi modos in promptu sunt alii, sed cui bono ut omnes recenseam? Potuissent exponere duntaxat secundum & suppressere reliquos; ille quippe solus gaudet omni perfectione quæ in hujus rei negotio desiderari queat, dum non tantum exhibet curvas transcendentes quæ ad sui descriptionem requirunt algebraicarum extensionem, qualis construendi ratio illi quæ per quadraturas procedit longe est anteponenda, sed & largitur algebraicas; & quidem ex utroque curvarum genere numero infinitas pro quovis dato intersectionis angulo. Volui tamen primum & tertium prædictorum modorum una opera communicare, ut appareat quam diviti messe abundet hæc materia, atque hinc anam arripiant Curiosi ex

Eff

com-



combinationibus harum infinities - infinitarum solutionum particularium ex tergemina nostra Methodo universali emergentium eruendi alias quæ adhuc latent solutionum species.

Scholium.

§. 22. Rogantur quicumque hæc legent & intelligent, ut conferant omnes illas solvendi methodos, præsertim quæ sub titulo *Solutionis II* a me traditæ sunt cum illa quæ ab Anonymo Solutore Britanno extat in Actis Anni superioris M. Apr. atque ut perpendant, annon ex perplexis ejus & operosis constructionibus colligi debeat, quod genuinam solvendi viam nondum cognitam habuerit, quod per difficiles ambages quæfiverit quæ tamen obvia erant & in propinquo, si brevissimam semitam, quam ego secutus in Solutione secunda, iniiisset, quod denique ob id ipsum exhibere nequiverit transcendentibus per solam algebraicarum rectificationem construendas. Hinc percipient Lectores, quam ob causam in propositione hujus problematis petiverimus duntaxat Curvas transcendentibus, quibus nos acquirituros dicebat Filius meus pro casu intersectionis obliquangulæ; non mehercule! quod dubitarem, an absolute dari possint algebraicæ generali huic conditioni satisfaciens, dedi enim pro quovis angulo curvas algebraicas infinitas, quas sistit modo memorata Solutio mea secunda: Sed rem ita proposuit Filius, ne alioquin aperte nimis panderetur transitus ille, per se jam satis facilis, a solutione per curvas algebraicas pro intersectionis angulo recto ad solutionem per easdem algebraicas pro angulo obliquo, scilicet inflectendo tantum earum applicatas, cæu docui in § § 13, 14. Qua utique cautela prudenter adhibita factum, ut quod primarium est artis in hoc scrutinio quantumvis facile, nostro Anonymo non suboluisse videatur, secus enim non dixisset in fine suæ solutionis *Cycloidem* satisfacere tunc tantum, quando angulus intersectionis rectus est, sed addidisset si rem per spectam habuisset, *Cycloidem obliquangulam* satisfacere tunc etiam, quando angulus intersectionis obliquus est. Responsum ergo hoc habeat Anonymus ad quæstionem qua in subnexo suo Scholio nimis curiose quærit, cur inter duos problematis casus ita distinxerimus, ut pro angulo recto curvas algebraicas, pro obliquo

transcendentes tantum postularem, etiam si nobis pro utroque casu præsto essent algebraicæ, responsum, inquam, hoc habeat, id nempe data opera factum, ut melius absconderetur artificium, neque a nobis ansa præberetur Anonymo illud detegendi & posses, uti solent non pauci ex ejus Popularibus, qui nostra arant vitula, contra nos eo abutendi quin & quandoque conviciandi ubi vident plagia sua e tenebris in apricum producta.

Appendix.

E re nostra esse judicamus ut sciat B. Lector, hoc schediasma jam ante aliquot menses conscriptum fuisse, occasione mittendi Lipsiam se non citius offerente, quam per Mercatores ad instantes nundinas paschales abituros. Interim quod commodum accidit, accepi nuperrime secundam aliquam epistolam ab eadem illa, qua prior, ignota mihi manu exaratam. Significat Epistolæ Scriptor, Amicum suum (qui fortassis cum ipso Scriptore unus idemque est homo) parasse responsum ad meam Animadversionem editam in Actis M. Junii A. 1721 idque publicatum iri *inter nescio quos Commentarios, qui vero cum tarde, aut forte nunquam, ad manus meas sint perventuri, ne diu ignorem responsi contentum*, ejusdem apographum pro ea qua est humanitate communicavit, insimul hortatus, *ut quam primum meam Solutionem in publicum emittam*, quod nunc facio.

Anonymi Responsum ita comparatum deprehendo, ut nihil in illo videam, cujus de causa aliquid vel minimum in schediasmate meo, licet diu ante scripto, immutare debeam, prodit itaque sicuti prodiisset si non vidissem Anonymi scriptum; duo enim tantum in hoc observo, ad quorum prius nihil adhuc animadverti potest, eo quod sistit solutionem aut analyfin *notis fictis*, ut vocat, involutam, quam sit resecturus, postquam meam solutionem viderit; alterum vero, quod responsum hoc continet, aliud nihil in se habet, quam Demonstrationes de Cycloidis & Logarithmicæ usu in problematis solutione; agnosco equidem eas recte se habere, sed quod ad Cycloidem spectat, res est tantæ simplicitatis tantæque facilitatis, ut quilibet Tyro, non omnino rudis, idem præstare queat. Duplicem autem usum Logarithmicæ demonstrare, illum præsertim quando Logarith-

nica moveri supponitur secundum directionem asymptoti, fateor paulo altioris esse indaginis; interim etiam hoc demonstrari facilius potuisset ab alio, qui non ea qua Anonymus noster esse videtur peritia & sagacitate polleret, postquam nimirum in præfata mea Animadversione p. 272 omnes circumstantias ad rei considerationem necessarias ita figillatim recensui & exerto quasi digito indicavi, ut mirarer si Noster non statim rei indicatæ demonstrationem invenisset.

Has ergo cum protinus dederit demonstrationes, (quas ab eo petieram sed quatenus ex sua solutione fluentes quod nondum video) mirari potius subit, cur non eadem proclivitate se accinxerit ad alterum indagandum, ad quod illum pariter invitaveram, nimirum ad methodum generalem inveniendam, qualem hic in Solutione secunda exhibui, construendi curvas transcendentes optatas, quotquot libuerit, per rectificationem curvarum algebraicarum: nec est quod in excusationem dicat Epistolæ Scriptor, *Amicum suum* (h. e. si recte hariolor, se ipsum) *arctum temporis spatium ad eam solutionem sumsisse; otium item ei defuisse rem ab eo tempore ulterius prosequendi, atque negotia jam quoque obstare, quo minus animum eidem rursus applicet.* Quia enim hic prætextus non magis ad unum quam ad alterum valebat, permittet Anonymus, ut ego sibi vicem reddens, moveam questionem suismet verbis conceptam, vid. ipsius Scholium: *Queritur* nempe *quibus computationibus adductus sit anonyma Solutionis Autor inter hæc duo ad querendum sibi proposita ita distinguere, ut ad alterum, ubi Cycloidis & Logarithmica demonstratio petebatur, se promptum paratumque præbuerit, non obstantibus omnibus suis negotiis; ad alterum vero, quando curvæ transcendentes per algebraicarum Extensionem describenda exiguntur, propter eadem illa negotia animum applicare noluerit.* Credo veram distinctionis rationem citra aruspicinam haud ægre divinari posse.

Subinnuit Epistolæ Scriptor in suo Responso, *me allaborare ne quis Amici sui* (sive suam) *solutionem mea anteferet,* quo me vanitatis alicujus postulare tacite videtur, sed injuste: quorsum enim

enim, ut ea me res sollicitum teneat, de qua quilibet Lector gnarus, me nec curante nec monente, iudicium feret, prout res ipsa merebitur? Sit igitur bono animo metuatque nihil, aperiat modo quanto cyus logogriphi sui involucrium, ut Lectoribus introspicere & de rei pretio iudicare liceat: sancte obstringo fidem, me primum fore applausorem si quid meae solutione praestantius protulerit.

Ceterum rogo, si suis me litteris privata confessione porro velit, nomen suum ut exprimat, quo sciam ad quem responsio, si qua opus fuerit prompta, pariter per litteras amandari queat, secus ubi fecerit nomenque suum reticere perrexerit in proximis, quas ab Eo accepturus sum, litteris, haud aegre feret, si deinceps ejus litteras ex Tabellarii manibus redimere recusabo atque ita irreferatas reliquam ad Autorem referendas.

VITÆ CLARISSIMORUM JURE CONSULTORUM, ex recensione & cum notis CHRISTIANI GOTTLIËB BUDERI.

Jenz, apud Jo. Felic. Bielckium, 1722, 8.

Alph. I plag. 4.

CUM optarent jam pridem eruditi, ut inveniretur, qui Viri Consi. Jacobi Friderici Leickheri Vitas decem Clar. ICTorum, quo de opere, cum primaum prodiret, in Actis A. 1686 M. Sept. p. 458 diximus, novis accessionibus augetet ac continueret, cujus rei spem ipse Leickherus fecerat, gratulamur nunc merito Cl. Budero, cui hæc felicitas contigit, ut non eorum tantum, quos ille promiserat, sed & aliorum non minus in Jure celeberrimorum, Decemvirorum vitas nactus, editionem procuraverit elegantissimam, in qua id imprimis operam dedit, ut & in notis uberrimis vitas horum ICTorum egregie illustraverit, ne vitia quidem illorum, quod Biographi laudes maxime spectarent, tegens, & vitis singulis scriptorum, non obiter recensitorum, indices locupletissimos subjecerit. Exstant vero hic 1 Vita *Emylyii Ferretti*, ab Heleno Ribitto ejus Auditore scripta; 2 Vita

Fff 3

Joan-

Joannis Corassi, scriptore Antonio Ufilio; 3 *Vita Hugonis Dellii*, ex oratione funebri Scipionis Gentilis, discipuli & collegæ; 4 *Vita Guil. Marani*, a Bernardo Medonio scripta, & a nepote Jac. Marano edita; 5 *Vita Jani-a Costa*, scriptore Joanne d' Avezan, 6 *Vita Franc. Florentis*, opera & stilo Jo. Doujatii; 7 *Vita Joannis Dartis*, autore Jo. Doujatio; 8 *Vita Jo. Fichardi*, collectore Henrico Petrejo Hardeffiano; 9 *Vita Nic. Cicereri*, annotata a Quirino Reutero; 10 *Vita Jo. Ottonis Taboris*, scriptore genero Jo. Lud. Præschio. Multa in notis observavit Cl. Editor, non ubivis obvia, & ad vitas has illustrandas apprime accommodata, inprimisque legi merentur, quæ postremo ad Taboris cum Cœuringio controversiam, in qua enarranda Præschius Soceri causam liberalius egit, adnotantur, sed hæc ex ipso libro haurienda Lectori relinquimus. Ceterum hortamur Cl. Buderum, ut in instituto optimo pergat, vitasque Andree Alciati a Claudio Minoe, Caroli Molinzi a Julio Brodeau, Petri Ærodiæ ab Æg. Menagio, Edmundi Merillii ab ipso, aliasque ab aliis scriptas, quarum spem nobis facit, propediem in lucem edat.

EPISTOLA VIRI CELEBERRIMI MATURINI VEYSSIERE LA CROZE ad J. B. M.
de libris manu scriptis haud procul mari
Caspio repertis.

Quod valde desiderabam nosse, id demum compertum habui ex Nuntiis Litterariis Lipsiæ editis lingua Germanica, ad diem 25 mensis Junii. * Suspiciatus eram, libros quos ad Orientem Maris Caspii magno numero repertos esse ferebant, vel Arabicos esse Cuficos a Regibus Mahumedanis collectos, qui diu regnaverunt in vasta illa planitie *Capschak*, olim culta a Genghiz Cani posteris, qui haud diu post avi sui mortem ad Sarracenorum sacra transferunt, ibique satis feliciter vixere ad ætatem usque Teuctamis Cani, cujus ditiones & regna Timur-Leng, vulgo

* Nondum viderat Vir Celeb. Actorum nostrorum mensis Julium, cum hæc scriberet.

vulgo Tamerlanus, depopulatus est; vel talē similes Tartaricis priscais illis characteribus quos *اويغور* *Ouighur*, vel *Jugur* olim appellare solebant. Nec me fecerit posterior conjectura: intelliges enim ex Alphabeto illius linguæ, quod olim ab Interprete Mogulensi acceptum, mecum communicavit Cl. Theodorus Sigefridus Bayer Regiomontanus, ea lingua constare totam illam locupletem Bibliothecam, si quidem ea omnia vera sunt, quæ per universam Europam percrebuerunt. Præter Alphabetum Libellum etiam mitto Liturgicum ab eodem Bayero descriptum ex Autographo † quod nunc servatur in Bibliotheca Orphanotrophii Halensis. Illius Libelli interpretationem habeo, quam aliquando edam. Jam vero tibi, Vir Amplissime, ceterisque eruditis constabit de lingua & litteris, quibus hi codices conscripti sunt. Eos utinam tam facile intelligere esset, quam modo ex hoc Alphabeto legere pronum erit. †† Vetera forte monumenta Christianæ Religionis in iis deprehenderemus. Nam ante Genghizcanidas regnavit in illis regionibus Princeps iste quem majores nostri Presbyterum Joannem appellabant. Longe vero lateque diffusum sunt hi characteres per totum Orientem a Maris Caspii vicinia ad finem usque Bengalicum. Præter Mogulicas litteras, quæ inde ortæ sunt leviterque detortæ, Indorum etiam omnium rationem scribendi simillimam esse video, & fere suspicor etiam inde deductam. Ad sis Diploma Boutanense ab Hydio editum Tabula XVII Historiæ Relig. Veter. Persarum. Id unum inter litteras Alphabeti mei & Diploma discrimen deprehendes, quod illæ majusculæ sint, hæ cursivæ, ut vocant. De duplici illo genere litterarum breviter, sed luculente agit Autor Anonymus descriptionis Regni Boutanensis in Novo Mercurio Gallico Parisiis edito, M. Jul. A. MDCCXVIII a pag. 73 ad 101.

Bou-


† Cujus scriptura plane concordat cum specimine Mensi superiori inserto, ut illa hic representanda supersedeamus.

†† Nimirum ex Alphabeto integro, quod nobiscum communicavit proximo Mensi inferendum.

Boutanenſium, inquit, Alphabetum conſtat triginta conſonantibus, & vocalibus quatuor. Librorum characteres typis impreſſorum, ab iis differunt quibus ſcribentes uti ſolent &c. Nonnulla etiam eandem in rem invenies in Hiſtoria Genghizciani auctore Cl. *Petis de la Croix*, Pariſiis edita, anno MDCCX. Vide ibi pag. 119 & ſequentibus. Haud parum dubitavi, Vir Ampliſſime, numquid hæc tibi ſignificare auderem. Haud enim tanti ſunt, meo quidem iudicio. At ubi venit in mentem, multorum eruditorum animos expectatione ſuſpenſos reconditum aliquid & utile hic ineſſe ſuſpicari, me minime operam luſurum arbitratuſ ſum, ſi certi aliquid tibi ea de re nuntiarem. Porro haud difficile foret eorum librorum interpretationem nanciſci, ſi in Tibeti aut Boutani regnum mitterentur. Hæc velim æqui bonique conſulas, meque tibi ex animo addiſtum eſſe putes. Vale Vir Ampliſſime. Dabam Berolini Pridie Nonas Julias, A. C. MDCCXXII.

P. S.

Commodum has litteras ſcripſeram, cum ad me acceſſit Illuſtriſſimus Comes de Galoffkin, qui ultro ipſe detulit in domum meam folium illud cujus fragmentum exhibent Nuntia Litteraria Germanica. Ipſi ſatiſfecit ſtatim lectione ſuperioris Epistołæ ad te ſcriptæ, & comparatione litterarum cum Alphabeto meo. Itaque manus dedit, idemque factuſ eſt Clariſſ. Schumacher, qui hodie mecum apud Illuſtriſſimum Comitem præſuſ eſt. Id apud eos egi quod quiviſ aliuſ tentare poteſt & experiri. Nimirum legi quaſcunque voces volui ex illa charta,

in qua obſervandum eſt, litteras **H** eſſe meras ſermonis diſtinctiones, & **O** quemadmodum, &  que poſtrema etiam figura in libello meo haud ſemel occurrit.

❦ (*) ❦
❦

ACTA ERUDITORUM,

publicata Lipsiæ

Calendis Septembris Anno MDCCXXII.

ELEMENTA LINGUÆ TANGUTICÆ,
quibus etiam utuntur Tartari Tibetani, Boutanenses,
Barantolani, imo & ipsi incolæ Regni Bengalæ ad Gan-
gem, ex Museo MATURINI VEYS-
SIERE LA GROZE.

IPFissimæ litteræ sunt olim *اويغور* *Ouigbur* dictæ, de qui-
 bus Arabiades & alii scriptores rerum Tartaricarum. Con-
 ferri etiam possunt cum Diplomate edito ab Hydio inter
 pag. 521 & 522 Historiæ Religionis Veterum Persarum.

Litteræ sunt vel vocales vel consonantes. Vocales sunt:

ا i, quam *gigu* vocant.

ا e, quam *fengu*.

و o, quam *narro*.

} Supra consonantes adferi-
 buntur.

و *ل* u, quam *schaufu* nominant & infra litteras
 adjiciunt.

Ad vocales etiam referri possunt tres litteræ initiales.

و a, quæ ut apud Ebræos fulcrum vocalis est.

ز a.

و ia. Sonus hujus litteræ est singularis.

Componuntur autem iastat consonarum, inter quas infra
 recensentur.

Ggg

Con-

ACTA ERUDITORUM

Consonantes sunt simplices & compositz, five vocibus suis animatz.

Litterz simplices:

᳚	ga, in principio,	᳛	na.	᳜	na.
᳛	ga, in fine.	᳜	da.	᳝	ra.
᳞	ka.	᳞	ta.	᳞	la.
᳟	na, nafale.	᳟	na.	᳟	fcha.
᳠	fa.	᳠	wa.	᳠	fra.
᳡	tza.	᳡	pa.	᳡	cha.
᳢	fa.	᳢	ba.		

Duplices, ex superioribus ortz.

᳣	fcha.	} utraque fit ex ᳛	᳣	bra.
᳤	da.		᳤	pra.
᳥	tscha.		᳥	mra.
᳦	ta.		᳦	fchra.
᳧	nra.		᳧	fra.

Compositz five animatz suis vocalibus.

᳨ ^{i.}	ᳩ ^{o.}	ᳪ ^{i.}	ᳫ ^{o.}
ᳩ ^{o.}	ᳬ ^{u.}	ᳬ ^{u.}	᳭ ^{u.}

ii
ie.
io.
iu.
gi.
ge.
go.
gu.
ki.
ke.
ko.
ku.
ni.
ne.
no.

nu.
fi.
fo.
fo.
fu.
tzi.
tze.
tzo.
tzu.
di.
de.
do.
du.
ti.
te.

Ggg 2

to.
tu.
ni.
ne.
no.
nu.
bi.
be.
bo.
bu.
pi.
pe.
po.
pu.
mi.

me.
mo.
mu.
ri.
re.
ro.
ru.
li.
le.
lo.
lu.
fchi.
fche.
fcho.
fchu.
fri.

fri	fchi.	aru.	pre.
fre.	fche.	bri	pro.
fro.	fcho.	bre.	pru.
friu.	fchu.	bro.	fchri.
chi.	nri.	bru.	fchre.
che.	nre.	pri.	fchro.
cho.	nro.		fchru.
chu.			

A COLLECTION OF ALL THE
Ecclesiastical Laws &c.

i. e.

COLLECTIO OMNIUM LEGUM, CANO-
num, Responsorum, aliorumque monumentorum Ecclesi-
asticorum ad regimen, disciplinam & religionem Eccle-
siae Anglicanae spectantium, a prima ejus fundatione, us-
que ad tempora Reformationis, partim Latina, partim
Saxonica lingua editorum, nunc vero primum Anglice
versorum, cum notis sensum eorum explanantibus,
& glossis Lyndwodi & Athlonii praecipuis, opera

70-

MENSIS SEPTEMBRIS A. MDCCXXII. 421
JOHANNIS JOHNSON, M. A. Vicarii Cran-
brocensis, in diœcesi Cantuariensi.

Partes II.

Londini, sumtu Rob. Kraplocki & Sam. Ballardii, 1720, 8.

Alphab. 3.

Continentur ista collectione omnes canones & constitutio-
nes Ecclesiæ Anglicanæ, non quidem diœcesanæ, sed sal-
tern nationales, & in synodis provincialibus, Cantuariensibus,
aut Eboracensibus, ab initio seculi VII usque ad Regis Henrici
VIII tempora promulgatæ. Has antehac lingua partim Latina,
medii ævi barbariem redolente, & multis hodie Latine doctis
vix intelligibili, partim Anglo-Saxonica, nunc obsoleta, qua
primum scriptæ sunt, Spelmannus, Lyndwodus, Athlonius,
& alii, in lucem ediderant: sed Johnsonius noster in unum vo-
lumen congestas Anglice vertit, nonnulla ex codicibus MSS.
supplevit, menda, veteris potissimum linguæ Saxonice ignora-
tione a prioribus editoribus admissa, ope ductuque Hicckesii
& Somneri, quos magnos linguæ Saxonice magistros vocat,
emendavit, & loca obscuriora notis subjunctis explanavit, con-
tra ea leges quasdam suppositas, aut huc non spectantes, una cum
plerisque Lyndwodi & Athlonii glossis, molem libri sine ma-
gna lectoris utilitate aucturæ, omisit. Ceterum omnia ordine
Chronologico digessit, ejusdemque interdum rationem reddi-
dit in præfationibus historicis, quas singularum fere synodo-
rum canonibus præmisit.

Pars I incipit ab A. C. DCI, ad quem referuntur *Responsa*
Gregorii M. P. R. ad quæstiones ab Augustino, primo Archiepi-
sco Cantuariensi, qui vulgo Anglorum Apostolus dicitur, *pro-*
positas, & in anno MLXV definit.

Pars II complectitur canones Ecclesiæ Anglicanæ, a tem-
pore Wilhelmi Conquestoris, speciatim ab anno MLXX, usque
ad annum MDXIX conditos. Ceterum tametsi Autor potissi-
mum sciendi cupiditate, & antiquitates Ecclesiæ patris peni-
tius cognoscendi studio, ad laborem hunc suscipiendum se in-
ductum esse profiteretur; non unam tamen ex eo utilitatem ci-

Ggg 3

vibus

Præf. vibus suis promittit. Ac primo quidem, efficacissimum adversus Papatum antidotum se propinare, inquit, cum vel sola lectio Constitutionum Papalium, quales a Stephano Langtono, ejusque in Archiepiscopatu Cantuariensi successoribus, potissimum a tempore Henrici III, quo dominatus Pontificius ad summum fastigium pervenit, usque ad regnum Henrici VIII, pro norma religionis & regiminis Ecclesiastici præscriptæ fuerunt, summam Reformationis necessitatem ob oculos ponat. Primis CCL annis post adventum Augustini in Angliam, status religionis Christianæ ab eo introductæ adhuc tolerabilis erat, licet jam tum sacra peragerentur lingua Latina, populo Anglicano ignota ac peregrina. Adoratio Sanctorum & imaginum, Augustini ætate ipsi Romæ adhuc ignota, non ante medium seculum IX in Angliam irrepsit, nec nisi post tempora Wilhelmi Conquestoris conspicuus aliquis pro hac superstitione zelus in monumentis Ecclesiæ Anglicanæ se prodit. Errorém de transubstantiatione, licet in Gallia jam sec. IX a Paschasio Radberto assertum, Anglis necdum seculo XI probatum fuisse, vel ex Elfrici homiliis apparet, illum non minori pondere, quam homilix sub Rege Eduardo VI & Regina Elisabetha compilatæ, oppugnantibus. Dominatum Papalem ipse quidem Augustinus una cum religione Christiana in Angliam intulit, sed adhuc satis moderatum, si cum sequentis ætatis moribus compareretur. Jam sub finem seculi VIII Archiepiscopi Anglicani Romam proficisci cœperunt, ut consecrationem & pallium ex manu Papæ acciperent, & in ejus verba jurarent, inter quos Elfinus A. 960 electus, Alpes transiturus, frigore periit. Postea ipsimet Reges, nominatim Ina, Offa, Ethelwolfus, Alfredus, Cnutius, illorum exemplum secuti sunt, & præcipuam nescio cujus pietatis laudem in eo quæsierunt, quod peregrinationibus Romanis opes regni profunderent, & ad obsequium non minus auctoritati suæ quam reipublicæ Anglicanæ exitiosum se obstringerent. Omnium tamen Regum Saxoniorum & Danicorum imprudentiam superarunt Normannici, sive, qui post Wilhelimum Conquestorem rerum apud Anglos potiti sunt, dum e.g. Stephanus & Henricus II Pontifici juris Canonici executionem in Anglia per-

permiserunt: idem Henricus II, post eadem Thomæ Becketi, Archiepiscopi Cantuariensis, pœnitentiæ a legatis Romanis impositæ se submisit, & Johanes denique ipsam coronam regiam in manus legati Papalis tradidit, beneficio Pontificis Romani recipiendam. Ita hic supremam rerum temporalium æque ac spiritualium potestatem in Angliâ nactus, sub Henrico III & successoribus ejus, per clientes suos, cultum sanctorum, speciatim beatæ Mariæ virginis, dogma de transubstantiatione, & huic superstructam hostiæ adorationem, & quicquid reliquum erat superstitionis Romanæ, non tantum in insulam illam invenit, sed etiam legibus publicis sancivit. Eo nimirum spectant constitutiones, quas diximus, Stephani Langtoni, & earum similes, quarum nonnullæ verbotenus ex decretis Concilii Lateranensis A. 1215 habiti descriptæ sunt. Hæc testimonia Pontificiis tanto minus suspecta esse possunt, quod ab autoribus sedi Romanæ plane obnoxii, & summis potentæ ejus fautoribus, profecta sunt.

Altera hujus collectionis utilitas in eo ponitur, quod legum p. 28.
 quarundam veterum, hodiæque validarum, origo & autoritas inde perspiciatur. Nam etsi Henricus VIII jugum papale excussit, & novam plane regiminis Ecclesiastici formam induxit, tamen singulari quodam decreto cavit, ut canones, constitutiones, & decreta synodorum provincialium, eminentiæ regis & legibus regni Anglicani non adversa, veterem autoritatem suam retinerent. Et has ipsas constitutiones Ecclesiasticas adhuc validas Lyndwoodus cum glossis suis seorsim edidit. Neque vero illarum autoritatem ex sola regis Henrici VIII confirmatione, ut nonnulli opinantur, sed etiam ex jurisdictione Ecclesiastica pendere contendit, quæ ipsi Ecclesiæ, tanquam societati religiosæ a Christo institutæ, inhæreat, & a nullo unquam Rege Anglorum Christiano Episcopis denegata sit, nec quicquam regis autoritati detraxerit, antequam Papa supremam illam in temporalibus ac spiritualibus potestatem sibi arrogaret. 31.

Denique hanc etiam utilitatem ex lectione veterum harum constitutionum Ecclesiasticarum pollicetur, ut, quæ in iis vere antiqua, & institutis primitivæ Ecclesiæ conformia occurrunt, 42.

reti-

retinere ac instaurare studeamus. Hinc arrepta occasione Johansonius opinionem suam, in libro *Unbloodi sacrifice &c.* propositam, de restituenda oblatione Eucharistica, quam Augustinus una cum religione Christiana in Angliam introduxit, contra autorem libri, *No sufficient Reason &c.* prolixè vindicat, licet sacrificium Missaticum, quale seculo XIII introductum est, pro maxima abominatione papali agnoscat.

ORIGINES ECCLESIASTICÆ: OR THE ANTIQUITIES OF THE CHRISTIAN CHURCH,

i. e.

ANTIQUITATES ECCLESIAE CHRISTIANAE. Volumen VII, quo agitur de unitate & disciplina antiquae Ecclesiae. Autore JOSEPHO BINGHAM, Rectore Headborna-Worthensii.

Londini, apud R. Knaplock, 1729, 8.

Alph. I pl. 13.

Volumine sexto, five Lib. XIV & XV harum Antiquitatum Cl. Autor de Missa Catechumenorum atque Fidelium, sive de ritibus antiquae Ecclesiae, in cultu Dei publico solemnibus, speciatim disseruerat. (Vid. Act. Erud. Supplem. T. VI Sect. 9.) Jam telam inchoatam strenue pertexens, septimo hoc volumine, five Lib. XVI, disciplinam veteris Ecclesiae perlustrare aggreditur. Cum autem praecipuus ejus scopus fuerit, ut unitas Ecclesiae in rebus omnibus necessariis servaretur, & pura illa atque a corruptione libera maneret, Noster Cap. I de unione & communionem, inter Christianos olim observata, quaedam praemittit. Et hic quidem docet, unitatem fidei & obedientiae erga praecipua Christi, & sine qua stare haec non potuerit, charitatem pro fundamento fuisse habitam, quo omnis Christianorum unitas niteretur. Alia quidem ad tuendam illam & ornandam pertinuisse, sed non ita fuisse necessaria, ut is qui in certis casibus ab illis discesserit, injurius propterea in unitatem Ecclesiae visus sit. Eoque veteres retulisse unum baptismum, ordi-

ordinarie a ministro rite vocato & ordinato administrandum, unitatem cultus, publice in Ecclesia instituendi, unitatem, qua Presbyteri & Laici uni Episcopo adherere, & obedientiam omnibus publicis Ecclesie ordinibus in rebus indifferentibus præstare, & omnes sese disciplinæ Ecclesie submittere debuerint. Sicuti vero eo ipso ostendit, qua ratione in singulis Ecclesiis unitas fuerit servata, ita jam porro monstrat, quod diversæ Ecclesie communionem inter semet invicem fide, mutuo auxilio in defensione communis fidei, promptitudine cultum divinum, & omnia sacra officia, prout occasio postulaverit, una eademque ratione instituendi consensu mutuo, ratos habendi omnes illos disciplinæ actus, qui legitime in quacunque Ecclesia fuerint exerciti, observatione rituum, quos vel Apostoli tradiderint, vel decreta Conciliorum generalium commendaverint atque statuerint, denique observatione decretorum conciliorum nationalium, ex quo Romanum imperium in varia regna divisum fuerit, sint tuiti. Inde vero concludit, quod ad uniendoas omnes Catholicæ Ecclesie partes neque caput ejus visibile necessarium, neque opus fuerit habitum, ut universa Ecclesia in omnibus ritibus & ceremoniis convenerit. Denique monstrat etiam, quod in nonnullis casibus, cum boni Catholici ob mera verba, & quod alter alterum non intellexerit, inter se divisi fuerint, viri prudentes & moderati operam dederint, ut dissidia illorum, sine severa utriusque partis condemnatione, componerent; quodque illi non statim hæreticis adscripti sint, qui sententiam, erroneam licet atque perversam, ex ignorantia & infirmitate defenderint; quamvis illi soli in perfecta Ecclesie unitate stare crediti sint, qui in omnibus cum illa conspiraverint. Cap. II de disciplina Ecclesie variisque ejus generibus, & methodis, in administratione ejus observatis, disserens, notat, disciplinam illam nunquam baptismum alicujus irritum reddidisse, ita, ut iterandus postea fuerit, si ille, quem Ecclesia communionem sua excluderet, in gratiam cum illa redierit; sed tantum homines beneficiis & privilegiis baptismi privasse. Nec illam, cum potestas ejus pro mere spiritali sit habita, ulterius fuisse extensam; quamvis in nonnullis casibus brachium seculare in auxilium fuerit

p. 23 sqq.
32 sqq.

42 sqq.

45 sqq.
48 sqq.

54 sqq.
56 sqq.

58 sqq.

61 sqq.

64 sqq.
69 sqq.

71 sqq.

73 sqq.

78.

79.
80 sqq.

- P. 87. rit imploratur. Hoc tamen non ita imploratum esse, ut pro-
 88. pter merum errorem aliqui pœna capitali afficerentur. Esse
 quidem leges in Codice Theodosiano, quibus hæretici capitali
 supplicio puniri jubeantur, sed de illis posse statui, quod ob-
 particularia quædam crimina, quorum e. c. Manichæi & Cir-
 cumcelliones rei fuerint, lata sint. Et ratio leges illas contra
 hæreticos observatas esse; siquidem ante Priscillianum vix exem-
 plum occurrat, quod hæreticus tantum propter opinionem
 mortem passus sit. Et Sozomenum fateri, quod lex Theodosii
 magis propter terrorem quam ut exequeretur eam, lata sit. Chry-
 89 sqq. sostomum quoque & Augustinum supplicia hæreticorum im-
 probare. Neque etiam disciplinam Ecclesiæ homines naturalibus
 67 sqq. vel civilibus ipsorum juribus, multo minus magistratum
 potestate sua, & fidelitate ipsi debita spoliasse. Potius illam in
 eo constitisse, ut (1) aliquis semel vel bis fuerit admonitus.
 101 sqq. (2) si obstinatus manserit, minori excommunicatione eucharis-
 104 sqq. tia & precibus fidelium exclusus: (3) majori excommunicatio-
 107. ne ab omni Ecclesiæ communione avulsus, & excommunicatio-
 108 sqq. illa omnibus aliis Ecclesiis significata, ibique etiam excommu-
 115 sqq. nicatus pro tali habitus, imo & in civili ille commercio & exte-
 rna conversatione evitatus, eidemque post mortem sepultura
 120 sqq. Christiana minime concessa sit. Et hæc quidem ideo facta esse,
 ut peccatores confunderentur, eorumque exemplum aliis terro-
 rem injiceret, quo minus in criminum illorum societatem veni-
 124. rent. Ab excommunicatis vero Ecclesiam ita abhoruisse, ut nul-
 la ab illis dona vel oblationes acceperit, & speciatim de hæreticis
 125 sqq. excommunicatis præceperit, ne fideles matrimonium cum illis
 inirent, nec eulogias ab illis acciperent, nec libros eorumdem
 legerent, imo & hosce comburi mandaverit. Hac occasio-
 ne etiam doctissimus Binghamus disquirat, quid sit juxta veteres
 127 sqq. *tradere Satana* 1 Cor. V, 5, 1 Tim. I, 20, & Hammondii, Grotii
 atque Lightfooti de eo sententiam plerosque Patrum jam fovisse,
 ostendit. Disquirat præterea, quid veteres intellexerint per
 135 sqq. *Anathema Maranatha*, & num Ecclesia aliquando ejusmodi
 forma excommunicationis usa, & excommunicatio pronuncia-
 138 sqq. ta sit cum execratione, vel ita ut temporali exitio peccatores
 devoti.

devoti sint. Cap. III de personis, quæ disciplinæ Ecclesiasticæ obnoxias sese reddiderint, agens, & crimina, ob quæ expertæ illam sint, generatim recensens, animadvertit, illas sine ullo discrimine fuisse, omnes, qui post baptismum in graviora peccata inciderint, poenamque nec a divitibus potuisse redimi, nec martyrum deprecationibus mitigari. Imo & magistratus & Principes illa liberos minime fuisse. Nonnunquam tamen, cum probabile fuerit, quod excommunicatio major ob futura magis quam profutura sit Ecclesiæ, illam, sive Principes sive plebem spectemus, minus fuisse exercitam. Tyrannicam vero consuetudinem, qua Pontifices Romani recentioris ætatis totas Ecclesias & nationes ob delicta unius usum omnium sacramentorum interdicens soliti sint (cujus originem quoque Noster explorat) veteribus neutiquam fuisse probatam. Illamque, qui olim excommunicaverit innocentem, pro tali fuisse habitum, qui semet ipsum condemnaverit. Neque fuisse aliquem excommunicatum, antequam fuerit auditus, & de crimine vel propria confessione, vel credibili testimoniorum, omni exceptione majorum, evidentiæ, vel ipso facto convictus. Illos, qui ætate fuerint minores, excommunicatione fuisse exemptos. Nonnullos post mortem excommunicatos esse, si post illam errores vel crimina illorum innotuerint, ita quidem, ut christiana sepultura illis denegata, nulla pro illis oblatio recepta, & nomina illorum e diptychis erasa sint. Ob minora delicta, quibus omnes quotidie obnoxii fiat, a gravioribus, qualis sunt idololatria, blasphemia, homicidium, adulterium &c. distincta, ob causas item mere temporales, ut postea apud Pontificios, olim neminem Ecclesia fuisse exclusum. Neque Episcopolicuisse aliquem ob privatas injurias sibi illatas, vel ob peccata, quæ aliquis animo suo præsumserit, non autem commiserit, excommunicare. Cap. IV speciatim de peccatis, quæ majora dicta sunt, deque præcipuo illorum, idololatria, variis ejus speciebus, gradibus & poenis, dispiciens, errore quorundam, qui Augustini tempore majora delicta non ultra idololatriam, adulterium & homicidium extenderunt, notato, observat juxta legem civilem delicta majora latius patuisse, & juxta legem ecclesiasticam nullum Decalogi præceptum

P. 146.

147 sqq.

153 sqq.

169 sqq.

182 sqq.

186 sqq.

188 sqq.

195 sqq.

197 sqq.

200 sqq.

218 sqq.

220 sqq.

223.

224.

225.

fuisse, contra quod illa non potuerint committi. Et illa qui-
 dem, quæ juxta primum & secundum præceptum (loquitur
 p. 226 sqq. juxta divisionem Decalogi, quam Reformati profitentur) com-
 missa sint, generalibus nominibus apostasiæ & impietatis com-
 prehensa, eorumque reos fuisse sacrificatos, thurificatos, libel-
 233 sqq. laticos, eosque qui se infanos simulaverint tempore persecutio-
 236. nis, ut sacrificia evitarent, tum flamines, munerarios & coro-
 237 sqq. natos, Christianos, qui in civitate dumviratum in se suscepe-
 240 sqq. rint, scenicos, histriones, gladiatores, spectatores theatrorum,
 243 sqq. idolorum artifices, opifices, qui templa vel aras Deorum genti-
 247 sqq. lium extruxerint vel exornaverint, illosque qui thura & victimas
 248. pro idolis vendiderint, & de sacrificiis idolorum comederint. Hic
 251 sqq. etiam disquirat, an Christiano licuerit vel sacrificiis idolorum sal-
 tem spectandi gratia interesse, vel in templo idolorum proprios
 254 sqq. cibos comedere, vel in festis gentilium convivia instituire. Porro
 263 sqq. commemorat, dictis peccatoribus accensitos fuisse illos, qui vel
 ipsi angelos, sanctos, martyres, imagines colerint, vel quo-
 rum favore & dissimulatione idola ab aliis fuerint culta. Huc
 269 sqq. quoque Cap. V pertinuisse narrat divinationem, magiam & in-
 303 sqq. cantationem, & Cap. VI apostasiam ad Judæos & paganos, hæ-
 323 sqq. resin, schisma, sacrilegium & simoniam, ibique præcipue dili-
 genter inquirat, quomodo hæretici olim disciplina Ecclesiæ fue-
 366 sqq. rint coerciti. Cap. VII de delictis gravioribus contra tertium
 præceptum, blasphemia, juramenti profanis, perjurio & vio-
 370 sqq. latione votorum agit, ibique præsertim multis declarat, quid
 veteres per blasphemiam in Spiritum S. intellexerint, & quo
 408 sqq. sensu illam irremissibilem crediderint. Sic etiam Cap. VIII- XIV
 delicta graviora contra reliqua Decalogi præcepta, ex mente ve-
 terum, repræsentat, & quales poenæ illis constitutz sint, exponit.
 Ceterum sub finem Indicis Capitum, huic libro adjecti, Cl. Au-
 tor se sperare nunciat, fore, ut duobus adhuc Voluminibus, &
 quidem sub finem A. 1721, Origines suas Ecclesiasticas penitus
 absolvat; simul promittens, se Indice generali in universum
 opus colophonem illi esse impositurum. Et fortasse spes ipsius
 jam impleta est. Certe Volumen VIII, quo disciplinam veteris
 Ecclesiæ pertractare pergit, jam A. 1720 prodiit, illudque
 proxime recensebimus.

MENSIS SEPTEMBRIS A. MDCCXXII. 429
 LIBELLUS SINGULARIS DE EMPTIO-
 ne uxorum, dote & Morgengaba, ex Jure Germanico,
 Autore NIC. HIERON. GUNDLINGIO JCro,
 Sereniff. ac Potentiff. Boruff. Regi a Confiliis intimis
 & Ecclesiasticis, Jurium Professore
 Ordinario.

Halæ Magdeb. typis Christ. Henckelii, Acad. Typ. 1722, 4.

Plag. 19.

Quanto dignius consulitur patriæ, si nostro discimus inge-
 nio, nostris moribus vivere, neque ad aliorum imperium
 & nutum flectere iter, aut in commenta peregrina servum pec-
 cus agitare; tanto majori eruditorum conspiratione Excell. Au-
 torem admiramur, qui e longis nos ambagibus in patriam revo-
 care, & aliena studia nostris legibus evellere, tum aliis argumen-
 tis, tum præfenti commentatione operam dedit. Jam quidem ad
 nuptias conversus, varias desponsatorum pactiones, quibus de
 futuræ vitæ commercio invicem consilia ineunt, paulo curatius
 inquirat, quia in tam fervidis illorum studiis, qui ad hanc ma-
 trimonii deliberationem provolvuntur, sæpius alia atque alia
 consultari, & ita in diversa negotia prorui senserat, ut nisi re-
 ctius de singulis possit nobis constare, rem omnem aliquando
 misturi atque perverfuri videamur. Universum opus in quatu-
 or capita distinguit. In priori de emptis olim conjugibus e varia-
 rum gentium antiquitate disquisitum est; a quibus moribus ne p. 3 sqq.
 sanctissimæ quidem gentis Hebrææ leges temperarunt, cum &
 servum Abrahamus ablegasse non sine donorum aliqua portione
 ad Rebeccam perhibeatur, & Sichemitz, quidquid poterat exco-
 gitari præmiorum & mercedis pro Dina, Jacobo voluerint patri
 & fratribus pacisci. Inde Syris desponsari *machar*, id est, ven-
 dere dicitur. Inde prociis *Edæ*, quæ pro conjugè certatim spo-
 ponderant, apud Homerum exprobrantur, & majorum suorum
 mores non sine risu Aristoteles detestatus est, qui uxorum digni-
 tatem ad nummos tam fœde exegerant, ut hoc nomine & a So-
 lone Attici, & Lacedæmonii a Lycurgo coercendi fuissent. Hæc

7. 8.
 11.

H h h 3

quæc.

munera modo statuta legibus merces & emptiones, modo liberalitatis argumentum & benevolentia ac donum mariti dicuntur, quia & donationes & emptiones eodem per aes & libram ritu celebrantur; unde utriusque actionis nomen promiscuo contrahentium usu distractum est. Idem ad Romanos moris pervenit, ad quos a Græcis & barbaris multa ex asyli sui indistincta farragine propagabantur. Hoc uno saltem ab aliis gentibus diverso, quod perverso naturæ & decoris ordine apud ipsos redimere maritos uxores Romanæ, at barbari viri uxores ipsi quaerere didicerunt. Inde illa per coemptionem conjugia, inde tres numeri, quos pro viro comparando, quos Laribus, quos in compito vicinali, cum materfamilias fieret, non sine solennitate nova nupta exsolvebat. Assyrii, Armenii subhastare virgines, & qui eodem propemodum cum Teutonibus partu a gente Phrygia profecti sunt, Thraces, inde Dani, Getæ & quod idem est, Gothi, Pomponio Mela & Saxone Grammatico testibus, venditare filias didicerunt. Inde Visi-Gothæ, Ostro-Gothæ feminae, ejusdem cum Getis originis gentes, a maritis equum, frumeam, scutum, nutum societatis, fidei, & periculorum tesseram accepere. Inde ex lege Salica carius emuntur viduæ, quia detestabantur secundas nuptias nostri majores; inde Kepus, Keubus, & aliarum gentium solennitates, prout cuique visum erat, promanarunt. Eodem animo trecentos solidos Lex Saxonum c. 38 satis enorme pretium exegit, non quia ipsi opibus præ reliquis Germanis excelleret, sed quia forma & habitu femellæ Saxonæ hoc nomine carius redimendæ eminebant. Eadem Longobardorum Methæ ab Hebræo Mathan, iidem Burgundionum mores observantur. Idem in Bojis deprehendit, qui raptæ & viatæ virginis parentibus multam furoris 40 solidos numerandam raptori & stupratori indixere, quia forte eandem mercedem ex filiarum legitimis nuptiis a conjugæ emptionis titulo potuerant parentes expectare. Ut alia taceamus, quæ de Minqueliorum moribus ex Chardini itinere Persico observat. Capite II sponsalities hæc donationes, sive emptionum pretia, cum dotibus & dotalitiis comparat; illud quod parenti emptionis nomine datum, donaria parentibus filiarum solitum, aliqui dotem legitimam

nam dixere; cui deinde aliam conventionalem mariti addere solebant, unde post mortem viri uxoribus prospici, atque quas vivi circumduxerant, eadem e sua possint dignitate adornari. Utrumque præcipue apud Hebræos itidem observat, quorum uxoribus, quia ex parentum hereditate expectabant nihil, & fictos emptionis nomine solutos, illos vero, ut dignius post mortem ipsis consulatur, nuptialibus donis adaugeri; & insuper alia atque alia liberalitate e sua voluntate solitos non sine instrumentorum solennibus accumulari. Græcos tamen ignorasse conventionalem dotem, & præter emptionis pretium ideo addidisse nihil testatur, quia viduam post mariti fata ducere proximus sanguine cognatus viri, aut si recusaret, dotem largissime curare tenebatur, unde de amplioribus ipsi subsidiis prospicere rerum necessitas nulla imperabat. Cui tamen rationi posses etiam forte Hebræos objectare, qui & ipsi ducere cognatorum uxores lege divina jubebantur Deut. XIV, 5 sqq. neque tamen ideo dotis conventionalis beneficio suas uxores excluderunt. Eiusdem apud Germanos negotii vestigia e Marculphi formulis, Bojorum decretis, Longobardorum consuetudinibus, & præcipue Lege Alemannica 55 aliisque antiquissimis argumentis verbosa derivatione evincit. Negat tamen illa recte cum nostro Germanorum dotalitio confundi, quod & e mariti dote & femineæ dotis restitutione constat. Cujus omnes causas & origines longissima seris deducit & conficit. Nunquam uxorem sine quibusdam donis accessisse ad maritum, & tantæ turpitudinis fuisse, egentem ex sua familia advolare ad thorum viri, ut e lumbes illas quamvis legitimis pactas nuptiis cum marito, tamen concubinas Caroli M. tempore dixerint. Inde Germanorum Faderphium, quod pecus seu hereditatem ipsis paternam notabat. Quæ cum necessario afferenda essent ad maritum, sololis quibusdam Romanor. dotem hæc a feminis ad mariti familiam allata munera redolere visa sunt; longo tamen hæc a Rom. intervallo distincta; quia exiguis hæc munusculis in amoris argumentum afferebatur, cum Romanorum uxores largæ & affluentes copia rerum ad maritos adductæ fuerint, ut matrimonii onera & ipsæ ex parte quadam sustentarent. Post cum Galli opulentiam &

opum

opum famem vicinitatis contagione propagarent ad Germanos, & illorum conjuges paullo liberius instructas venisse ad geniales Deos, tanto majori in pretio futuras, quanto ad viros copiosiores accederent. Jam antiquis moribus constitutum, ut mariti etiam in posterum prospicerent conjugi, & de uberiori dote meditentur. Hinc ut ne vinceretur maritus liberalitate sexus sequioris, parem summam præter restitutionem munerum muliebrium, & ipsos maritos addidisse, quæ tum donationem feminae pensaret, tum dotem mariti, & providentissimam ipsius curam posset representare. Inde contigit, ut duplicatae sortis usurae, quia utraque summa computanda erat, interdum & quadruplicatae dotalitio contineantur. Quam liberalitatem mariti cum uxoris exæquatam cernerent muneribus, accidit ut illam petiisse à Romanis majores nostros comminiscerentur, & donationem propter nuptias, quia doti respondebat, peregrino & coacto nomine appellarent. Illud dotalitium Germanorum modo cum pleno dominio relictum uxoribus, quo titulo & Kunegunda Papebergam a marito Henrico II acceperat, modo quoad viverent viduae & a secundis nuptiis abstinere, modo aliis atque aliis legibus ad uxorum possessionem transmissum. De quibus omnibus cum necessario prospici post conjugum fata uxorum calamitati atque penuriae ipsæ rerum rationes imperarent, & tamen uti ingeniosum est contra pietatem & decus humanum ingenium, hæc modo maritorum tenacitate & remulgentia negligi, modo prodigalitate virorum & foemellarum blanditiis in detrimentum sobolis & nominis paterni auferere cernerent in immensum, jam definita certis legum limitibus atque contra hominum ita vanitatem circumscripta sunt, ut inde nova dotandi uxorem necessitas, portio statutaria nasceretur. Denique Cap. III de Morgengaba inscribit: monet, omnes fere gentes conjuges sibi arrhis quibusdam pactas, post ubi has adquisiverint, de futuræ vitæ earundem necessitatibus sollicitas, mox tandem cum in domum deducerent, novis muneribus liberales fuisse, ut illud commercii genus, quod amoris & affectibus mutuis destinatum erat, non sine amoris & tenerrimi studii argumentis consummarent. In illis posterioribus studiosius paullo

paullo Excell. Autor occupatur. Idem humanitatis apud Hebræos observat, qui post septimam diem nuptiarum armillis ornare novam conjugem, & hac quasi pompa exsequias ire virginitatis, decori solebant. Idem Excell. Autor de Græcorum *ἡμέρῃ ἀνακαλυπτικῶν*, qua retegere primum in viri & populi conspectu vultum, & hoc nomine donari a marito & cognatis conjux solebat, de eorundem *ἐπαυλοῖς, θεωρήτοῖς, διαπαρθενοῖς* p. 64 aliisque virginitatis amissæ solatiis refert, quæ in tantum sæpius e mariti affectu excredebant, ut vel hoc nomine Siciliam Proserpinæ universam obvenisse interpretentur. Et parum abest, quin eodem quoque, quod prima pro nocte datum apud Scipionem Gentilem legitur, cum Repotiis Romanorum referat, qui secundo nuptiarum die tum variis muneribus mactare conjugem, tum præcipue nummos ad ejus imaginem expressos, cum clavibus & potestatis uxoris symbolis tradere solebant. Eadem denique Germanis Morganaticum munus, Morgengaba, Morgengeve, Morgengift, Morgengedinck, Morgencap, vario Alemannorum ore, prout cuique in buccam venerat, promiscue appellata. Apud Germanos non ad sustentationem conjugis, & futuri temporis providentiam circumspiciuntur curata; sed secundo nuptiarum die post thori genialis consensionem, ut novæ societatis vinculum nova indulgentia obligarent, mariti liberalitate oblata fuisse. Unde a dotalitio & propter nuptias donatione longa intercapedine videtur distincta. Inter quæ quatuor potissimum interesse credit, quod Morgengaba sine heredum consensu, sola mariti liberalitate destinari, dotalitium non nisi suffragante universa posterorum plebe relinqui; illa vere in perpetuum in conjugis bona transire, hæc post mortem a mariti heredibus ad prius patrimonium revocari; Morgengaba, si de illa non satis constaret, juramento uxoris, quamvis non delato, definiri, dotalitium certis rerum argumentis evinci; tandem hoc demum post mortem mariti ad uxorem pertinere, illa, quamvis antea pactis nuptialibus sponderi, deberi tamen & præstari nuptiarum secundo die solita fuerat, qui vel eodem hodie animo *der andere Hochzeit-Tag, guter Mutz, Glückwünschungs-Tag* appellatur. Eadem denique apud Bava-

ros seu Bojos, Longobardos, tandem etiam Saxones longa majorum solennitate propagata observat, quamvis hiedem Hohenstaufforum temporibus in illos mores abiisse visi fuerint. De quorum, *gezeantes* Zimmer, Feld, gängig Vieh, Bauern Kor, & aliis, quæ hoc nomine curari jubentur, longa oratione disputat & ex antiquissimis monumentis evincit. Ut reliqua taceamus, quæ de oscleo sive osculo Germanorum, Gallorum, Romanorumque cum Morgengaba sæpe conjuncto erudite & copiose disquiruntur. Tandem capite quarto conclusionibus pragmaticis omnem Morgengabæ causam locupletissime exornat, & primo omnium negat, rem feudalem cum qualitate feudali Morgengabæ titulo ad uxorem transferri. Quod ne consentiente quidem domino fieri per rerum rationes posse arbitratur. Qui si vel velit feudum manere quod antea fuerat, atque adeo directum ad se pertinere dominium jubeat, nunquam ita efficiet, ut feudum illud Morgengabæ titulo ad uxorem possit pervenire, in qua fœminæ dominium plenum debebatur. Aut si ille patitur, rem feudalem sine omni jurium atque dominiorum conditione ad ipsam propagari, certe ne sic quidem rem feudalem Morgengabæ titulo exhibebit, quæ cum jam nullis sit præstationum onerumque limitibus circumscripta, non feudalis sed alodialis transit ad uxorem. Neque ob stare putat illi causæ, quod dotalitium tamen in feudo constituatur, quippe quod neque perpetuum est, neque tam detrahit feudorum conditioni, quam illud potius sortis universæ accessione auget atque confirmat. Porro ne Geradæ quidem nomine ad cognatæ hereditatem pertinere Morgengabam, quæ singulari jure uxori debeatur. Inde neque oppignorari, nedum in alios transferri Morgengabam a marito posse. Et concubinæ recte solvi, at ne legitimæ uxori quidem prius quam genialem thorum conscenderit; apud nos vero infirmatione judiciali non confirmandam esse, si vel supra D solidos pretio & dignitate evehatur, quia lege dudum præ reliquis donationibus sancta est. Item tacitæ hypothecæ jure uxori obligatam esse Morgengabam credit, quamvis hæc expressa ipsi lege non data sit, quia tacita hypotheca etiam usu & moribus poterat indulgeri. Ut alia innumera taceamus, quibus
illam

MENSIS SEPTEMBRIS A. MDCCXXII. 435

illam diatriben opulentissime locupletatam animadvertimus. Cujus apud nos tanto admiratio major esse debet, quanto hujus generis ex ejus sponione plura expectamus.

Allerhand nügliche Versuche etc.
hoc est,

VARIA EXPERIMENTA, QUIBUS AD
Naturæ ac Artis cognitionem accuratam via sternitur,
Autore CHRISTIANO WOLFIO, P. R. B. Con-
siliario aulico, Math. & Nat. P. P. O. Societ. Reg.
Brit. & Bor. Sodali.

Tomus II.

Halz Magdeburgicæ, sumtibus Rengerianis, 1722. 3.
Alph. I plag. 14 Tabb. æn. 14.

QUa in Experimentorum Tomo primo usum esse Autorem diximus Mense Januario p. 31 & 32 methodo, eadem quoque utitur in secundo, quem mox tertius sub prelo sudans excepturus. Argumenta, de quibus tractat, sequentia sunt. Cap. I de lapsu gravium exponit, quæ Galileus reperit & experimentis corroboravit, mox uberius confirmata a Ricciolo, Roberto Hookio & Cl. Francisco Millieto Dechales: unde apparet, machinam, quam huic instituto idoneam ex Gravesandii elementis Physicæ in Actis 1720 Tab. 3 Fig. 8 repræsentavimus, defamtam esse ex Roberti Hookii posthumis, etsi inventoris nomen dissimularit Gravesandius. Ubi de resistentia aeris agit, quam gravia in descensu experiuntur, experimenta quoque commemorat, quæ eum in finem in Anglia cepit Hauksbejus, iteravit Desagulierius. Describit deinde apparatus, quo utitur ad ostendendum æqualitatem nummi aurei & plumæ in vacuo descensum, & quomodo idem experimentum coram Rege & Serenissima Walkie Principe, mox etiam coram Regia Societate in majoribus altitudinibus non sine successu instituit laudatus modo Desagulierius. Tandem in rationem æqualis gravium in medio non resistente descensus inquirat, & descensus velocitatem de-

terminat. Cap. 2. de *virunculis vitreis cavis* experimenta affert, & ad rationes revocat, quæ compressione vesicæ, qua vitri orificium obducitur, ad descensum in aqua coguntur. Cap. 3. de *barometro* evincit, *Ortonem de Guericke*, celebrem antliæ pneumaticæ inventorem, tubum *Torriceilianum* ad observationes meteorologicas primum transtulisse. Multa deinde in medium affert, quæ diversam barometrorum structuram eorundemque usum concernunt, barometra inprimis commendans, ubi pars superior, in qua variatio contingit, ad inferiorem inclinatur sub angulo obtuso, recto tamen haud multo majore. Ne vasculi angustia variationis quantitati obsit, sufficere demonstrat, ut diameter ejus sit septupla diametri luminis in tubo. Rationem reddit, cur barometro ad trutinam appenso Mercurius una cum tubo in eandem gravitet, scilicet ab aeris tubo immittentis incumbentia pendet, quod Mercurio per errorem tribuitur. Circa usum barometri monet, venti indicium sumi debere, non, quod vulgo fit, ex descensus quantitate, sed ex subito descensu. Evidentiissime demonstrat, vaporum in aere descensum tempestate pluvia pondus aeris adeo parum minuire, ut fere pro nullo haberi possit decrementum. Ostendit præterea, aerem fieri leviozem, antequam vapores in nubes coeant, vel nubes in guttas resolvantur: immo monstrat, ex mutationibus multo majoribus, quam ex vaporum motu vel quiete in barometrum redundare valent, nullam in nubibus ac vaporibus sequi mutationem. Alias igitur reddit rationes, cur tempestate pluvia aer levior, serena gravior evadat. Ostendit præterea cum a priori tum a posteriori, non semper ascendere Mercurium sereno cælo, & singularia de connexionione variationum Mercurii in barometro cum tempestate annotat. Cap. 4. de *manometro* refert, primum manometrum invenisse *Ortonem de Guericke*, sed incertum, cum pro barometro perperam haberet. Varia monet de manometrorum structura & usu, quem hæcenus neglectum ad observationes meteorologicas commendat, ac propterea novum manometri genus excogitavit, quod facile parari potest. Constat ex tubo vitreo capaciiori & angustiori. Capaciioris altitudo 6 digitorum, diameter luminis nonnisi dimidii. Angustioris lon-

longitudo $2\frac{1}{2}$ pedum, diameter luminis $\frac{1}{2}$ unius digiti. Tubus angustus incurvatur ita, ut parti uni ad angulos rectos infistat capacios, pars vero altera sit priori parallela, nisi quod orificium sursum flectatur. Ostendit vero, quomodo gutta Mercurii ea cautione immitti possit, ne unquam in capaciorem ascendat, nec per osculum apertum tubi gracilioris foras ejiciatur. Cap. 4 de *thermometris* non solum ea tradit, quæ ad diverforum generum structuram faciunt, verum etiam observationes singulares recenset atque ad rationes revocat, v. gr. cur Sole oriente sæpius liquor descendat, cur non fideliter indicent frigoris gradus, cur in thermometris Florentinis vulgari modo constructis nulla concordia. Visus quoque sibi est detexisse causam concordie in thermometris *Fabrenbeittianis*, quæ in Actis A. 1714 p. 380 & sqq. descripsimus, & Noster in hunc usque diem concordiam tueri observat. Didicit scilicet, colorem cœruleum, quo tingitur spiritus vini in barometris concordantibus, provenire, si flores Veneris in eo resoluti beneficio spiritus salis Ammoniaci præcipitentur, Sal vero Ammoniacum cum imminuat vim expansivam spiritus vini aut, si mavis, dilatabilitatem, velociori addendum esse spiritum salis Ammoniaci, donec cum tardiori in concordiam redeat. Unde non miratur, a *Fabrenbeittio* nunc thermometra confici Florentina, sed exiguæ longitudinis, quæ cum Mercurialibus in concordiam reducuntur. Thermometrum Mercuriale, quod tanquam novum inventum in Actis A. 1719 p. 128 proposuit *Balthasar*, dudum apud Autores passim descriptum fuisse monet. Docet etiam, quomodo in manometris effectus caloris ab effectu gravitatis discerni queat. C. 6 de *ventis, vaporibus & pluvia* experimentis illustrat theoriam ventorum, in elementis Aerometrie A. 1709 ab ipso publicatam, cujus mentionem fecimus in Actis A. 1709 p. 30. Ostendit, quomodo ex barometro addisci possit, utrum venti causa sit in nostra regione, an in exteris. Explicat aliquos ventorum artificialium excitandorum modos, & regulas tradit ad ventos naturales observandum necessarios. De vaporibus per experimenta docet, quod aere specificè leviori factis coeant in nebulas, in graviore vero nebulæ dissolvantur, quod vapores sint vesiculæ

aquez aere intus rarefacto expanſæ; quanta fit evaporatio per diem & quomodo se habeat tempeſtate frigida. Poſtquam modum obſervandi quantitatem aquez pluviæ explanavit, plurimorum annorum obſervationes, in Anglia a *Townlejo*, in Gallia a *Philippo de la Hire*, in Germania ab *Algewero* factas, in compendio exhibet, ac nonnulla inde deducit, docens ſimul, quomodo ex aquez pluviæ quantitate pondus nubium determinari poſſit: quod ſane ingens admodum prodit, cum nubes imminens arez quadratz per 40 pedes ſecundum longitudinem ac latitudinem extenſæ prodeat 26112 librarum, tempeſtate valde pluvia.

Cap. 7 de humiditate aeris ac variis *hygrometrorum* generibus diſſerit, eorumque fundamenta experimentis firmat. Cap. 8 de calore & frigore docet, ſide thermometri vacuo iucluſi, materiam caloris eſſe ab aere diverſam & peculiare quoddam fluidum aere ſubtilius. Deſcribit ſingularem apparatus ad experimenta circa calorem in vacuo inſtituenda. Oſtendit non modo fluida, verum etiam ſolida vi caloris rareſcieri, & quantum circa calorem ac frigus ſenſuum iudicio tribui debeat, diſquirat. Obſervat non omnes materias eidem calori expoſitas æque caleſcieri & unamquamque materiam determinatum admittere caloris gradum, ultra quem caleſcieri nequeat. Sub examen revocat, quomodo materiaz frigida & invicem pernixa aut ſibi mutuo aſſictæ vel colliſæ inter ſe calorem gignant, & in ſpecie in cauſam caloris aqua calci aſſuſa ſulcitati inquirat. Corpus frigeſcieri probat, ſi calore privetur, ac multa eaque ſingularia de congelatione cum artificiali, tum naturali in medium aſſert. Cap. 9 de igne primum ad rationes phyſicas revocat phænomenon ſingulare ignis ex clibano prorumpentis admirandis circumſtantiis nobilitatum, quod refertur a Medicis Uratiſlavienſibus in Collectionibus Phyſico-Medicis A. 1718 Menſ. Mart. p. 819 & ſqq. oſtendit deinde ignem abſque aere nec conſervari, neque etiam excitari poſſe. Addit, quomodo ad diſtantiã plurium pedum vi carbonum candentium materiaz inflammabiles accendi & ex commixtione ac aſſictu corporum actu frigidorum flamma excitari queat, quænam ſit ratio effectuum ſpeculorum & vitrorum cauſicorum, halituum item tum admota flamma, tum ſponte

sponte accensorum, ubi quoque phosphori historia & phaenomena recensentur. Cap. 10 de *luminis & coloribus* magnam experimentorum farraginem exhibet: ubi inter alia describitur instrumentum *anacasticum* ab *Hauksbejo* Anglo inventum, notatis dimensionibus, quas suo tribui fecit, & *Newtoni* quoque inventa in hoc argumenti genere illustrantur. Passim vero, sicut in ceteris capitibus, conclusiones singulares elicit. Ita e. gr. docet, quomodo effici possit, ut aer in oculos incurrat, quantum efficacia luminis lunaris cedat efficaciz solaris, quomodo quantitatem luminis metiri liceat: ubi laudat *Cl. Thimmigii* dissertationem de propagatione luminis in systemate planetario, qui lumen planetarum dimetiri docuit.

JOHANNIS PHILIPPI BREYNI, M. D.
*Acad. Imperialis Nat. Curios. & Reg. Societ. Anglicanae
 Sodalis, Epistola ad D. JO. ANDERSON, Synd.
 primar. Hamb. de Melonibus Petrefactis Montis
 Carmel vulgo creditis.*

Lipsiz, literis Immanuelis Titii, 1722, 4 maj.
 Plag. 6 Tab. zn. 1.

Monti Carmel, inter alios in sacro codice claros non ultimo, in tribu Asser sito, monachi, qui Discalceati Montis Carmel salutantur, nomen & originem debent, traduntque temere, Eliam, quem Patronum ordinis sui colunt, prima ejus fundamenta jecisse. In hoc monte locus est, Campus Melonum vocatus a melonibus petrefactis, copiose ibidem olii, nunc rarissime repesiundis, quos miraculo Elize melonem rogantis ab horulano, qui non melones, sed lapides esse, quos habebat, Propheta frivole responderat, in genuinos lapides mutatos tradunt, Quorum cum tot itinerariz relationes adeo speciosam, omnes autem lithologi, museorumque scriptores, nullam faciunt mentionem, ex binis speciminibus & aliquot figuris ab illustri Johanne Anderson, Reip. Hamburg. Syndico Primario, ad quem hanc Epistolam dedit, communicatis sequentem eorum descriptionem suppeditat *Clariss. Breynius*. Sunt nimirum, inquit, lapides conglobati, nunc sphaeroides, nunc forme sphaerice, variaz

variaz magnitudinis, ab ovi gallinacei ad mediocris melonis imo majoris, ut ex partibus, quas depictas mihi transmisisti, concludi potest, ascendunt dimensionem, immersi saxo arenario satis duro, dilute cinerei coloris, a quo liberati superficie gaudent æquali, nonnihil scabra, coloris grysei, sæpius ferruginei dilutionis. Diffracti in meditallio cavitatem sœvent irregularem plerumque, nunc majorem, nunc minorem, lapidis magnitudini ut plurimum proportionatam, minutis crystallinis concretionibus, diaphanis & splendentibus, cuspidibus sæpius hexagonalis, versus globi centrum directis, tandemque vestitam, sive ut me melius explicem: ipsa lapidis substantia, quæ marmorea est, pollituram admittens, flavescens coloris instar marmoris sere Florentini, dimidium pollicem, subinde integrum, pro magnitudine speciminis crassa, quamvis etiam in eodem specimine non ubique æqualis, cujus margo circumcirca ad dimidii straminis crassitiem, dilutiore colore se a reliqua substantia distinguit, & quasi corticem mentitur, in interna cavitate circumcirca in crystallos efflorescit. Qua data descriptione corpora hæc fossilia non esse melones vel citrullos petrefactos, partim ex diligenti illorum cum his collatione, siquidem lapides hi semper æquali gaudent superficie, nunquam sulcata, nec unquam petioli vel levissimum monstrant vestigium, nec in cavitate divisiones ordinatas, multo minus femina continent, partim ex petrefactorum natura demonstrat, utpote in quorum classem nunquam veniunt corpora nimis succulenta & putredini summo opere obnoxia, qualia sunt citrulli. Habet potius Autor Clariss. corpora hæc pro meris lapidibus naturaliter concretis, & quidem ex eorum genere, qui certa quadam figura præditi sunt, speciatim vero pro matricibus marmoreis globosis crystallorum seu crystallinis concretionibus gravidis, quales etiam subinde in aliis regionibus reperiuntur. Fabulæ vero supra memoratæ ansam procul dubio superstitionem & miracula pro lubitu fingendi pruriginem, quibus imperito vulgo facile imponere, suamque hinc implere crumenam egregie norunt monachi, dedisse autumat: id quod etiam de ciceribus, viperis, glossopetris & oculis serpentum Melitensibus petrefactis ac numismalibus lapidibus

Trans-

Transylvaniæ judicandum esse existimat. Conspiciuntur hic infimul duæ Epistolæ ad Clariss. Breynium exaratae, in quarum priori Georgius Remus Med. Doct. de Aquis Martialibus Olonticibus agit, hancque potionem mineralem in vehiculo aquæ, cursu exercitatae, adeoque salubris, ad libram unam, tantillum spiritus acidi, sulphuris parum, ferri grana duo vel tria & salis vitriolici martialis duplicati grana quatuor vel quinque continere demonstrat, quibusque in affectibus egregiam præstiterit operam, monet. Posteriores vero Nathanael Sendelius, Med. D. & Reipublicæ Elbingensis Physicus ordinarius, prodromi loco Electrologiæ suæ propediem edendæ esse voluit, in qua succinum Indicum refinam potius quam verum succinum esse factis experimentis judicat, cui tamen magna gummatum portio sit adjecta.

RECUEIL DES OBSERVATIONS, QUI ONT
été faites sur la maladie de Marseille.

id est,

COLLECTIO OBSERVATIONUM IN LUE
Massiliensi factarum & in ordinem redactarum a
BOECLERO, Professore Medicinæ
Argentoratensi.

Argentorati, apud Joh. Reinoldum Dulstuckerum, 1721, 8.

Plag. 8.

COLlegit quidem superiori anno Clariss. Kanold Epistolæ quasdam de peste Massiliensi scriptas, quas in Actis Mensis Septembris pag. 402 commendavimus; sequuntur tamen nunc aliæ a Clariss. Bœclero collectæ, quas Domini *Deidier & Pons*, Medici Montepessulani, *Mangue*, Medicus Regius & Inspector Generalis Nosocomiorum in Alfatia, *Martin*, Medicus Temonensis, *Montresse*, Medicus Valentienensis, & *Fabre*, Medicus Martignensis, ad se invicem dederunt. Id vero agunt Medici hi omnes atque singuli, ut pestem Massiliensem a seminio pestiferali cum mercibus invecito ortum suum non duxisse probent. Nullum enim contagium admittentes luem illam ratio-

Kkk

ne

ne symptomatum essentialium & distinctivorum per eruptionem criticam bubonum, parotidum, carbuncolorum, pustularum, & exanthematum definiunt, magnamque eam inter & Variolas ac Morbillos intercedere convenientiam asserunt, quatenus morbus lethalis fuit, quoties febris superveniens tumorum eruptionem in habitu impediabat, & ad viscera dirigebat, salutaris vero, quando hi post febrem in cute apparebant. Nec uno semper eodemque modo incessisse hanc febrem observarunt; siquidem in temperamenti sanguineis & biliosis ardentis, in pituitosis putridæ ordinariæ, in melancholicis malignæ purpureæ characterem susebat. Causam ejus proximam & immediatam in stasim sanguinis nimis crassi circa unum alterumque locum factam rejiciunt, nec contagio opus esse putant, ad pestem contrahendam, annonæ caritatem, alimentorum inopiam, victum pravum, timorem, somniamque confusionem, quæ omnia tum Masilis concurrerant, sufficientia fuisse rati, quæ sanguinem ad spissitudinem, & stagnationes disponere, ac annotata symptomata producere potuerint. Ut rationes horum Medicorum nunc non allegemus, quibus theoriam pestis vel a vermibus, vel a solo terrore aut imaginatione arcessendam refutant, circa curam omnem operam navandam esse movent, ut æque ac in variolis eruptiones criticæ ad habitum promoveantur. Eam tamen inter Variolas & Morbillos ac inter Pestem agnoscunt differentiam, quod in illis externorum remediorum fere nullus fit usus, cum in hac attrahentibus & scarificationibus opus fuerit. Venesectionem rarissime admiserunt, nisi quando ægri febre ardente cum delirio nephritico prehendebantur; nec emetica, nisi in principio mali & sub partium stupore adhibebant; laxativis quoties opus fuit, feliciter successum ex decocto tamarindorum, manna & cassia solutiva quam ex infuso sennæ observarunt; sudores movebant tantum lenes cum decocto ligni ebeni, cum fortiores haud bene tulerint ægroti. De cætero adhuc commemorandum venit, supra laudatum Fabre secuisse cadaver femine octo menses gravidæ, eadem lue defunctæ, cujus fœtus mortuus, totusque lividus, omentum gangrenosum, intestina nigra & laxa, foetidum odorem spirantia, ventriculus

viri-

viridescenti quasi materia obductus & sex vermibus in glomerem convolutis refertus fuit deprehensus.

*ACTA MEDICORUM BEROLINENSIIUM,
in Incrementum Artis & Scientiarum digesta &
collecta in Volumen IX & X.*

Berolini, apud Godofredum Gedickium, 1721 & 1722, 8.

Plag. 10 & figur. Tab. 2n. 2.

IN Voluminis IX Sect. I Historia morborum Berolinensium anni 1720 recensetur, & annotatur: post solstitium hybernum non admodum grassatos fuisse morbos, febres malignas rarius, catarrhales vero & rheumaticos affectus frequentius evenisse, sparsim comparuisse variolas, sed benignas, interque has spurias, icteros & pathemata hæmorrhagica; approximantè magis Æquinoctio verno rheumaticos & catarrhales affectus cum tempestatu statu symbolizantes stationes suas servasse; & simul febrium scenam fuisse apertam; post Solstitium æstivum febres denuo anomalas atypicas surrexisse, magis tamen continuas quam intermittentes, vagis interim caloris & frigoris vicissitudinibus per singulos dies cum multis angoribus ægros exercentes, quæ nisi tempestive sudoribus solvebantur, ad chronicum valde habitum inclinabant, lethaliter vero facile terminabantur; Æquinoctium hybernum febres magis tertianas continuas apportasse, variis symptomatibus pro subjectorum dispositione stipatas, ut & quartanas intermittentes, quarum recentes curationi congruæ, chronicæ vero admodum rebelles fuere, frequenterque recidivantes; cum Solstitio hyberno repentinas mortes, apoplexias, febres catarrhales varii moris, tusses, anginas, lippitudines & rheumatismos fuisse annotatos. In qua morborum Historia simul mentio fit convulsionis ex delirio periodico per remedium ex hyperico curatæ, & peripneumoniarum, quibus septimo, quo morbi solutio per sudores, qui non desuerant, expectari solet, diarrhœa, quæ in acutis pectoralibus funesta alias esse solet, salutaris supervenit. In sectione II quædam super indicem Mortuorum Berolinensium Anni 1720 Reflexiones

Kkk 2

Me-

Medico-Practica adduntur. Ex quo enim ultima vice pestis Berolini grassata fuit, singulæ parochiæ suos notare mortuos, quo morbo extincti sint, significare, indicemque eorum illis exhibere, qui rem publicam gerunt, tenentur; quem morem dudum Londini receptum fuisse constat. Laudant hoc institutum Collectores horum Actorum, utpote quod non solum ad tempestivam morborum regnantium, inprimis contagiosorum & malignorum, perceptionem, sed & ad exquisitiorem inquisitionem & ex aeris, aquæ, locorumque statu pendentium indaginem ducat; imo Medicis, qui penitius in rerum causas & nexum introspicere avert, non parum lucis sceneretur tragicus tot variantium morborum exitus. Dolent tamen, ejusmodi indices justam non obtinere ἀργισθειαν, siquidem ex ipsis defunctorum ædibus mortis ratio ad ædituum deferatur, & qui defuerunt, ipsi sæpe nesciant, quale nomen morbo sit tribuendum, nec, qui relata consignant, noscant, quid falsi subsit. Observant interim, plures semper mortuos esse circa cardinalia anni tempora; & mirantur, cur arthritide vaga & podagra novendecim homines obierint, id quod contra illud pugnat dicitur: podagricos fieri annosos; putantque, culpam tribuendam esse vulgari methodo medendi, qua ad venesectionem in ipsis paroxysmis partim ex incitiae, partim ex præjudicio ruitur, quibus dein, si dolorum exacerbatio presso pede sequatur, indispensabilis anodynorum jungitur usus; cum tamen hic curandi processus e diametro contrarietur morbi genio, omnemque debitum materiam excernendæ progressum sufflaminet, hancque potius intra viscera incarceret, præsertim cum motus, necessaria secretionis instrumenta, simul præpostere consopiantur. In III sectiones corporum describuntur atrophia, hæctica, lethargo, gelu, calculo mortuorum, & simul de membranis in osseam substantiam mutatis differitur, virque senex commemoratur, cujus sinistrum pectoris latus tredecim gaudebat costis. In IV Casus quidam Medico-Legales infanticidium concernentes communicantur, ex quibus natantes in aqua pulmones infallibile signum, factum in partu vixisse, existere evincitur. In V Historia recensetur Chirurgi, 38 annorum, qui post varios febrium tam continu-

tinuarum quam intermittentium insultus insignem viscerum labem sibi contraxerat, ut pro phthifico habitus tandem in ascitidem inciderit; unde paracenthesin admittit, & quia aquæ iterum collectæ fuerant, post 14 dies reiteravit: sub quibus operationibus omnes aquæ simul ac semel fuerunt evacuatae, & ne totus partium læderetur, abdomen ejus linteis quadruplicatis, spiritu vini madidis, fovebatur, ac fasciis constringebatur. Quanquam autem abdominis tumor intra paucos dies fuerit auctus, post mixturæ cathartico-diuretici tamen usum magna aquarum vis per secessum fuit evacuata, ita ut æger hic etiamnum orthostadius vivat. In VI monstrum acephalum & hermaphroditicum describitur & delineatur. In VII Excrecentiæ verrucoso-cristosa copiosa in intestinis crassis dysenteriam passi commemorantur & depinguntur. In VIII Duplica ad Responsonem Sectioni XI & ultimæ Bibliothecæ Novissimæ Hallensium insertam de morbo Lichtscheidiano legitur. In X circa observationes Chirurgico-Practicas D. Georgii Clacii, A. 1718 Hannoveræ editas, monetur, esse has ipsas Collegium Chirurgico-casuale a Clarissimo Stahlio olim habitum, sed mancum mutilumque.

Voluminis X pleræque Sectiones hydropem variasque ejus species concernunt; siquidem in I de hydrope pectoris ejusque frequenti causa, polypis cordis, agitur, & quod serum intra cavitatem thoracis extravasatum penetret per parenchyma pulmonum propter attractionem cordis, evincitur. In II orthopnoea ex hydrope pectoris, ut judicatur, inducta describitur, ubi simul monetur, post usum arnicæ veræ in hoc aliisque casibus ad congruatum sanguinem resolvendum exhibitum, ubi repagula motus humorum progressivi amoveri nequeunt, insectum fuisse sputum cruentum, per solutionem lapidum canerorum mox iterum sistendum. In III cautela practice nonnullæ circa hydropem pectoris adduntur, ubi paracenthesis tempestive instituta, purgantia, resolventia, & apertiva, quibus radix ostrutii & arnica vera annumeratur, item specifica ex squilla, vel mixtura ex oxymelite squillitico, manna & oleo amygdalarum dulcium commendantur, diuretica vero potentiora, diaphoretica & pectoralia damnantur. In IV de efficaci succi iridis no-

Aratis usi in hydropse, annexis Medicorum responsis, differitur, ac de causa contrariarum tam Medicorum quam Facultatum Medicarum sententiarum iudicium fertur. In V sectio Anatomica hydropse pericardii cum venæ pulmonalis ruptura defuncti describitur; qua occasione iterum iterumque arnicæ veræ usus ad stases internas sanguinis resolvendas, hæmorrhagias uterinas, mensium obstructionem post febres suppressas, anchylosin genuum ex mensium ataxia contractam, infarctus lienis, oppressiones præcordiales ex vaginæ uterinæ prolapsu, imo prolapsum ipsum, inveteratas motuum humorum translatoriorum consuetudines & partium atonias laudatur, & in quo illa ab arnica spuria differat, inculcatur. In VI Epistola communicatur a D. Cornelio Bontekoe ad Conerdingium data, in qua non utilem tantum, sed & omni metu ac periculo exemptum censet potum Theæ, in iis, qui eo utuntur indies satis copiose. In VII denique femoris luxatio extrorsum ac sursum facta sine colli fractura, & feliciter reposita describitur, ac perrara vocatur, non solum, quia vulgo ejusmodi luxatio rarissime succedere perhibetur, sed etiam quia talis pro colli fractura potius venditatur. Absoluta sic Decade prima Actorum horum, Indicem ejusdem subnectere visum fuit Medicis Berolinensibus Clarissimis, quibus ut ad continuandam hanc operam laudatissimam vitam sanitatemque concedere velit Deus, omnes scientiarum incrementum optantes nobiscum precantur.

EXERCITATIONUM SUBSECIVARUM *Francofurtsensium Tomus III Sectio II.*

Francofurti ad Viadrum, ap. Joh. Godofr. Conradi, 1722, 8.
Plag. 15.

Exercitatio prima continet anacephalozosin de utilitate inscriptionum legibus Digestorum præmissarum. Laudat Reinholdus Jctos Gallos, Eguinarium Baronem, Franciscum Duarennum, Ludovicum Russardum, Jacobum Cujacium, Franciscum Hotomannum, Petrum Fabrum, Petrum Pitheum, Jacobum Labittum, Joannem Menerium, qui, præeunte Antonio Augusto
Rino

Rino, illas mirifice commendarunt ad assequendam genuinam
 cujusque legis sensum. Nec minus encomiis ornat *Joannem*
Gaddaem, Jctum Marpurgensem, *Georgium Bayerum* & *Chri-*
stianum Godofredum Hoffmannum, qui cum Gallis sentiunt.
 Atro autem carbone notat *Reinardum Bachovium* & *Joannem*
Kleinschmidium, quorum ille jejunam & inanem conjecturam
 vocat, quæ ab inscriptione legum sumitur, hic vero contendit,
 legum interpretationem, conciliationem, restrictionem ex ea-
 rum inscriptionibus & locis, unde desumptæ sunt, fieri non pos-
 se. *Exercitatio secunda* historica est de urbe *Lebus*, cujus aliquo-
 ties mentionem injicit *Ditmarus* Episcopus Merseburgensis, in
 Chronico, quod inter scriptores rerum Brunsvicensium a *Leib-*
nitio editos Tom. I p. 327 comparet. *Ditmarus*, hujus ex-
 ercitationis Autor, *Læbaviam* esse conjectat, hexapoleos vetustis-
 simam, cum in eam quadret descriptio *Ditmari* Episcopi. Non
 tamen ita certus est de conjectura sua, ut eam pro veritate aliis ob-
 trudere velit. *Exerc. 3* de edicto *Publiano* agit *Reinboldus*. Duo
 ejus membra distinguit, quæ sigillatim explicat. *Exercit. 4* no-
 vum instrumentum uterinum ejusdemque in procidentia uteri
 vera applicationem describit *Gallickius*. Ejus structuram jam
 ante hos octo annos in appendice ad historiam anatomix recen-
 tioris observatione 9 & 10 adumbravit sub *pestuli uterini* nomi-
 ne: nunc vero descriptionem plenioram exhibet, & de ejus usu,
 commodis & prærogativis differit. Præmissa igitur in zollos in-
 vectiva, qui instrumentum forsitan inter dudum cognita retule-
 rint, & nonnullis de substantia, situ & connexione uteri cum aliis
 partibus prælibatis, postquam de procidentia uteri vera multis
 argumentis disputavit, & multa de remediis adversus eam protu-
 lit, suum tandem instrumentum his verbis describit. „Pestulus
 „iste figuræ propemodum coniformis, basin habens amplio-
 „rem, in conum truncatum sensim desinentem atque ex meris circu-
 „lis ferreis mediocriter crassis singulari artificio in talem for-
 „mam coaptatis, ut digitis paulo fortius compressus in se quidem
 „prompte contrahatur; sed pressione remittente in pristinam
 „suam figuram mox resiliat & extendatur. Filum ferreum, ex
 „quo machinula paratur, interiorius oportet esse obductum fascio-
 „la

„la linea angustiore, exterius vero corio molliore, ne uterum
 „rigiditate sua premet eidemque molestiam creet. Utrinque ex
 „basi latiore propendere debent ligamenta, ut iisdem, necessi-
 „tate sic exigente, instrumentum apprehendi utroque extrahi
 „queat.„ Provocat ad figuras æri incisas, quales tamen in libro
 nullibi comparent. Idem *Galickius* singularia commemorat in
 anatome cadaveris virilis reperta. Pedes tumore œdematoso, quo
 per annum integrum laboraverant, adhuc occupabantur. Penis
 erat triplo crassior quam in statu rigiditatis veneret, circa præ-
 putium, frænulum, glandem & maximam scroti partem sphacelo
 correptus. Hepar induratum & molis extraordinariæ in
 parte convexa croceum, in concava gryseum referebat colorem.
 Cystis fellea amplior & capacior bile quasi picea repleta. Ven-
 triculus cum annexo intestino duodeno, jejuno & ileo flaccidus,
 nisi quod duodenum sphacelo corruptum & copiosa bile perfu-
 sum. Glandula mesenterii centralis hinc inde indurata, renes
 præter modum flaccidi, vesica urinaria dura ac rigida, in plicas
 veluti contorta. Lobus sinister pulmonis pleuræ firmiter adhe-
 rebat, & pars ejus cum portione diaphragmatis sphacelata. In
 utraque pectoris cavitate magna copia seri extravasati contine-
 batur, quæ duas minimum mensuras adimpleret. Redarguit
 per sectionem hancce illos, qui ægrum calculo laborare asserue-
 rant ob dysuriam cum stranguria, quacum vivus conflictaverat.
Exercitatio quinta inscribitur de variis circumstantiis gustus re-
 rum divinarum & spiritualium, ubi revelationem & experientiam
 piorum in subsidium vocat Autor. Concedit enim huic
 sensum nonnisi regenitis, cum eum ex reunionem hominis
 cum Deo & nova vita actuali ex eo progerminare contendat.
 Intelligit autem per hunc gustum perceptionem divinam & spi-
 ritualibus ac divinis rebus proportionatam, quæ ex spiritualibus
 rebus ad pios & regenitos ordinario & constanter redundat, &
 cujus interventu fit, ut spiritualia & divina externis & mundanis
 longe antehabeant pii. In additamento, quod sequitur post Ex-
 ercit, *De gustus spiritualis circumstantiis*, excutienda suscipit
 ejus Autor geometra Clarissimus Hermannus ea, quæ *Nic. Bernoulli*
 J. U. Lic. in Exercitatione Geometrica de Trajectoriis
 (cujus

(cujus primam sectionem Mens. Majo Act. 1720, & reliquas duas in Sect. VII & VIII Tomi VII Supplementorum publicavimus) adversus solutiones suas Problematis Trajectoriarum monuit. In §. III Canonem in Actis exhibitum in alium universalissimum mutat, quem his verbis profert: *Permutatis elementis coordinatarum in aequatione differentiali curvae secunda alterutro tamen cum signo variato, eliminatur ex aequatione post hanc permutationem orta redundans aliqua indeterminata, quod tergemino modo fieri potest. 1) Sufficiendo valore moduli ex orta aequatione in aequatione curvae secunda finitis terminis expressa, vel si hoc non succedit, 2) per introductionem novae indeterminatae loco alterutrius coordinatarum secunda, & sic ubi hoc artificium locum non inveniat, 3) per suffectionem valoris elementi abscissa petiti ex aequatione qua per transmutationem illam elementorum coordinatarum secunda resultat, in aequatione qua provenit ex differentiatione aequationis curvae secunda considerando tam coordinatas ejus x & y , quam modulum variables. Hoc modo semper pervenietur ad aequationem duas tantum indeterminatas involventem pro trajectoria quaesita. Hanc regulam deinceps in §. IV exemplo curvarum functionaliter similitum per brevi calculo illustrat, aequationemque inde derivatam ad curvas exponentialiter & lateraliter similes facile applicat. Modum deinde novum §. VI tradit differentiandi aequationes curvarum transcendentium, ponendo etiam parametrum, quae alias constans est, variabilem, quod differentiandi genus dicitur esse de Curva in aliam curvam ejusdem generis a priori elementariter distantem; posteaquam hunc differentiandi modum ad problema Trajectoriarum in genere accommodavit, ejus usum porro ostendit in exemplo curvarum secundarum, quae hac communi aequatione $dx = dy: r(AR-1)$ exprimuntur, in qua A datur per parametrum seu modulum variabilem a & constantes, r vero per y & constantes, constructionem enim Trajectoriae earum docet pendere ab aequatione $\int r dy r A: r(AR-1) =$ plano constanti C . Haec omnia concernunt Trajectorias, quae curvas positione datas ad angulos rectos secant. Progreditur*

ab hinc ad Trajectorias quasamque obliquangulas & prohibeo æquationes generales elicit non modo pro curvis secundis, quarum ordinatæ inter se parallelæ sunt, sed pro istis quoque, quarum applicatæ in polum aliquem convergunt. Reliqua Additamenti fere omnia infumantur responsionibus ad Bernoullii objectiones Autori adversus solutiones suas problematis trajectoriarum, quæ antea in Actis pulicarat, motis, nisi quod §. 22 ostendat, quod æquatio illa, quam Bernoullius §. 51 Sect. III Extræ geom. proferat pro trajectoria curvarum secundarum $dx = b^m dy$; $T(a^m - y^m)$ quasi ea esset, quam H , ut inveniretur, operæ pretium, si non forte inventu impossibilem judicaret, toto celo differat ab ea quam postularit; atque ad calcem solutionem affert recentissimi Problematis Bernoulliani de inveniendis curvis, quæ se ipsas circa duos axes parallelos inverse descriptas & secundum axem motas in dato angulo recto vel obliquo secessit. Equatio ejus generalis hæc est $dx = P^m dy$; Q^m , in qua $P = a - z^2$, $Q = a + z^2$, & $y = bz^2 + cz^4 + ez^6 + fz^8 + \&c.$ existentibus a, b, c, e, f &c. quantitibus constantibus, & g, h, i, k , &c. numeris quibuscunque imparibus, exponens vero m numerum quemcunque denotat: ponit autem Autor coordinatas comprehendere angulum æqualem illi in quo Curvæ se invicem secare debent. Ex hac sua solutione deinceps tum *Cycloidem* tum *Log-mas* deducit inter curvas transcendentes, ac denique æquationem curvæ cujusdam Algebraicæ. Ultimo tandem loco proficitur, se methodum habere generalem construendi quamcunque quantitatem differentialem per rectificationem alicujus curvæ algebraicæ idque infinitis diversis modis. *Exercitat.* ultima ejusdem Autor *Ditbmarus* de Pseudo-Marchione Brandenburgensi, *Waldemars* agit. Nimirum *Waldemars* ultimo stirpis Alcanicæ Marchione Brandenburgensi in apparatu belli contra Daniæ Regem *Beerwalda* in nova Marchia A. 1319 d. 7 Sept. defuncto & in monasterio *Chorinensi* sepulto, *Lud. Bavarus* Imperator Marchiam Brandenburgensem, utpote feudum imperio apertum filio suo natu maximo contulit, non sine Principum, præsertim vicinorum, invidia: qua in rem suam usus

A. 1347, quo parens Imperator obiit, homo quidam *Waldemari* personam mentitus spargebat, *Waldemarum* non obiisse, sed ejus loco alium fuisse sepultum, se vero pœnitentiæ matrimonii cum conjugè sanguine nimis sibi propinqua ductum clam in terras peregrinas abiisse, atque nunc reversum fuisse, ut ditiones suas ab injusto possessore legitimis heredibus vindicaret, ostendo annulo *Waldemari* signatorio, aliisque indicis usus, quibus tum *Ottoni*, Archiepiscopo Magdeburgensi, tum Duci Saxonie ac Principibus Anhaltinis & Megalopolitanis, tum ipsi *Carolo IV* Imperatori persuasit, se esse verum *Waldemarum*, adeo ut quoque Imperator eundem de Marchia Brandenburgensi investiverit. Noster itaque disquirat, utrum hic verus fuerit *Waldemar*, nec ne, & discussis rationibus tandem pronunciat, *Waldemarum* istum fuisse impostorem, quod 1 extet diploma *Ludovici* Imperatoris, quo filium suum de Marchia Brandenburgensi, utpote feudo imperio per mortem *Waldemari* aperto, investiverit, cui quidem argumento nulla concludendi vis inest; 2 quod scriptores fide digni, *Albertus Argentinensis*, Autor chronici aulæ regie apud *Freberum*, *Crantzius*, & Autor Chronici Episcopatus Verdensis Tomo II Script. rerum Brunsvic. testentur, *Waldemarum* A. 1319 obiisse; 3 quod *Agnes* vidua *Waldemari* paucis post mariti obitum hebdomatibus civibus Ratenaviensibus privilegia confirmaverit; 4 quod eodem A. 1319 Principes vicini Marchiam Brandenburgensem vario juris prætextu invaserint, partesque ejus in suam quisque redegerint potestatem: quæ sane omnia etiam locum habent, etsi *Waldemari* mors nonnisi conficta fuerit. Addit Noster 5, hominem istum, qui *Waldemari* personam sumsit, pro impostore habuisse veteres pariter ac recentiores fide dignos autores, quorum testimonium in dubium non vocamus, etsi rationibus a Nostro adductis idem non satis exidenter probetur. Et sane fortiores quoque sunt rationes, quas ex scriptoribus veteribus adducit, dum ad contrarias respondet, quibus utuntur affirmativæ patroni, veluti cum ostendit, quas singulares cum Imperator, tum Principes habuerint rationes, cur imposturam sua auctoritate foverint.

LITTERÆ B. TAYLOR AD J. B. M. DATÆ
Londni die 6 Julii A. M DCC XXII.

CUM in Actis Eruditorum Lipsiæ a Te editis compareant scripta Dn. J. Bernoulli, atque ejus nomine aliorum, famam meam multa cum libertate tractantia, de quibus jure merito conqneri possem; haud Tibi iniquum videri debet, Vir Clariss. quod unius accusationis inter multas refutationem iisdem Actis a Te inferi rogo. Cætera quidem contemno: hoc solum me interesse credo, ut publice respondeam conatibus, quibus orbi literato suadere cupiunt, me inventionem centri oscillationis, libro meo de Methodo Incrementorum insertam, ex Bernoulliana derivasse. Hoc sæpius inculcant; sed suffecerit verba Dn. N. Bernoulli citasse, quæ extant Act. Lips. Mens. Jun. 1720 p. 281: Sunt inter sagaciores Mathematicos qui suspicantur, „testibus literis quibusdam privatis, Taylorianam hanc investigationem mutato vestitu ex Bernoulliana fuisse enatam.„ Huic accusationi paucissimis respondetur; nam extat eadem investigatio nostra in Transactionibus Philosophicis pro A. 1713, quæ jam Mense Majo A. 1714 publici juris erant; Bernoullii vero investigatio jam primum prodit in Actis Lipsiensibus pro Mense Junio insequenti. Testes alios citare supersedeo, cum refutatione plenaria contentus accusationem atrocem retorquere sim minime sollicitus.

D. JOACHIMI LANGII S. THEOL. IN
*Reg. Frider. Prof. Ord. Acad. h. t. Prorektoris, Historia
Ecclesiastica a mundo condito usque ad seculum a Christo
nato præsens, seu decimum octavum deducta & neces-
sariis Imperiorum ac rei litterariæ Synchro-
nismis instructa.*

Halæ Magdeb. impensis Orphanotrophei, 1722, 8.
Alphab. 3.

NON deterruit Summe Reverendum Autorem magnæ com-
pendiorum historicorum copia a novi concinnandi confi-
lio,

lio, cum in singulis, quibus suum statuit pretium, non pauca desideraverit, quæ digna quodam supplemento visa sunt. V. T. Historiam brevius contractam majorique jam olim volumine, cujus A. 1718 Mense Febr. meminimus, deductam, septem exhibet periodis. In N. T. Historia eam iniiit seriem, ut in singulis seculis, quorum cuique 5 capita destinavit, primo scriptores ecclesiasticos, & factam per eos ecclesiæ propagationem tradat; postea statum ecclesiæ externum in regimine, conciliis, disciplina & ritibus positum exponat: tum ad malorum, quibus presensa semper fuit ecclesia, & internorum, hæresium nempe hæresiopeiasque, & externorum, divexationum scil. considerationem descendat: tandem *Imperii Romani*, præcipue sedis ecclesiæ, *rerum Judæicarum*, quibus suam Christiana originem debet, *reliquæ literariæ*, a Christianis maxime excultæ, triplicem Synchroonismum, singulari emolumento evolvat. In singulis capitibus iusta partitionis ratio habetur, & quælibet fere materia in potiores partes distincta, incisorum vel numerorum adminiculo sine sceleto tabellarum oculis exponitur. Chronologiam non posthabuit S. Reverendus Autor, ordine tamen chronologico deserto singulas materias ita persequitur. ut ab ea, quam sub initium capitis tractandam suscepit, non progreditur ad aliam, nisi ista absoluta; hoc ipso uti memoriæ ita iudicio, nec non occupati lectoris temporis consulturus. Non ingratum ergo lectori futurum esse arbitramur, si speciminis loco hinc inde paucula delibemus. In Secul. I c. 3 membr. 1 suus inquirat in constitutionem Canonis Biblici, ibique fundamentum ejus posito in *Θεοπνευσία* per *Θαυμασιότητα* Apostolorum confirmata, exponit, qua ratione particularis primum canonis receptio universalis facta fuerit, cui ordo collectorum librorum tribuendus sit, quam mutationem ordo epistolarum progressu temporis subierit, quibus autographa satis subtracta sint, quamque sapienter istorum jectura superstitioni & idololatriæ biblicæ obviam iverit divina providentiæ, qualis fuerit prima librorum consignatio sine distinctionibus in capita, cui hodierna distinctio in capita debeatur, x. τ. A. Sec. I c. 4 membr. 1 in asserendo regimine ecclesiæ Christocratico & redundante inde ad singula ecclesiæ membra æqualitate, explodendaque antistitum

Romanorum *ὑπεροχῆ* ficto Petri primatu male stabilita totus occupatur S. Rever. Autor, simulque Cl. Hartmannum Prof. Regiomontanum notat, qui Apostolis jus majestatis regie sensu civili consideratæ tribuit, & hoc ipsum ab Apostolis ad Episcopos & seculo quarto ad Principes hujus seculi Christianos transisse asserit. Evincit potius Cl. Autor, Societatem Christianam in primo seculo erga civilem ita se habuisse, ut ejus regimini in rebus conscientie non adversis se subjiceret vitæque externæ *ἐπιταξία* se eidem probaret; ita tamen ut sua gauderet *ἀντρονομία*, sine ullo magistratus politici subsidio. Sec. II c. 3 vitia & defectus hæresiologia veterum sistuntur, & accurate hæretico ab empacta religionis distincto ostenditur, in eo plurimorum hæresiologorum latuisse *πρωτον ψευδος*, quod justa hæreseos definitione posthabita, unilueriat omnia, multa que posteris obiecta caligine, pravis sæpe studiis agitati hæreticorum numerum sine necessitate auxerint. Inprimis quoque notatur singularis in praxi circa hæreticos nævus, quo leges civiles, potestæque iisdem oppositæ atque inflictæ magis exacerbandis animis quam reducendis ad meliorem frugem inservierunt. Tandem laudatur in antiquis ecclesiæ doctoribus purioris doctrinæ studium, commendaturque ejus adversus hæreses tuendæ methodus, qua sine humanæ auctoritatis præsidio sola Scriptura sacra usi sunt. Sec. IV cap. 2 m. 1 sqq. docete excutuntur momenta conversionis Constantini M. meritaque ejusdem in ecclesiam, pax eidem in univèrsam data, instauratio ædium sacrarum, immunitates clericis concessæ, studium in tollendis Episcoporum diffidiis, divini cultus libertas omnibus & quoque paganis non vi sed veritatis agnitione ad rectam religionem adducendis indulta, Sacrorum exercitium in ipsa aula, exemplum præeunte Constantino, institutum &c. Neque nævi istorum Constantini meritorum reticentur, e. g. propagatio Christianismi externi & hypocritici apud multos, magnificentia in structuris ædium sacrarum adhibita, superstitione in usu signi crucis militari, nimia Episcoporum in sacris potestas, abusus lenitatis in Episcopis ad fastum & luxuriam conversis conspicuus, &c. Sec. IV cap. 4 m. 1 destinatum est hæresibus Arianz & Photinanz, quarum

non

non solum occasio & capita præcipua motusque, sed conatus quoque Constantini iisdem oppositi, remedia in Synodis quaesita, earumque, quæ semper fecunda fuit, progenies sistuntur. In primis Sec. XVI c. 4 membr. 2. Neophotinianismi seu Socinianæ hæreseos historia & fata fufius repræsentantur, principium ejusdem, corrupta ratio in rebus divinis magisterium affectans, subsidium inventum in equuleo hermeneutico, cui Scripturæ loca imposita in alienum sensum detorquebantur, indoles, merum naturalismum Christianismi tectorio incrustatum spirans, curate indagantur. Sec. V cap. 3 artic. 2 Pelagiana hæresis excutitur, cujus fundamentum perhibetur status corruptæ ac dominantis naturæ, scientiæ subsidio ac virtutum exercitio plane superficiali majus, inanis philanthiæ stimulis indulgens & extra omnem puritatis spiritualis divinæque gratiæ sensum & experientiam positum. Præterea incredibilem esse hujus hæreseos propagationem ipsius depravatæ naturæ ductu per singula secula decurrentem, præcipue quidem in Papatu, sed extra illum etiam in Socinianismo & omni pseudo-theologia digne conqueritur Cl. Autor. Hæc satis ad gustum. Ceterum promissit Summæ Reverendus Autor majus quoddam Historiæ Ecclesiasticæ systema, cujus hic velut prægustum dedit eruditis.

VITÆ THEOLOGORUM ALTORPHINORUM, a condita Academia omnium, una cum Scriptorum recensu descriptæ a GUSTAVO GEORGIO ZELTNER, D. P. P.

Et Pastore.

Norimbergæ & Altorphi, apud hæredes J. D. Taubert, 1722, 4 Alph. 3 cum icon. ære expressis 32.

Vetus illud monitum, de mortuis non nisi bene, etiam recomprobare studuit omni eruditionis genere Celeberrimus Autor, dum in vitis Theologorum Altorphinorum enarrandis, sanæ doctrinæ autorum confutans, qui a Formula Concordiæ abhorruerunt, mediam ipsorum, quam intra dictam Formulam & Calvinismum secuti sunt, sententiam in tabula Præfationi inserta,

serta & a Fabricio sen. olim concinnata, perspicue tradere allaboravit. Id quod se fecisse testatur, non ut novas excitaret lites, vel ut ea, quæ continentur, approbaret omnia, sed ut historici partibus satisfaceret. Sed quo iudicio tamen ubique conspicuum Auctoris pro media sententia favorem dignaturi sint lectores, qui accuratori sciendi perveſtigatione controversias Theologicas earumque momenta comprehendere student & quo res abeat, cognoscunt: utrum etiam approbaturi, si p. 90 controversia de communicatione idiomatum ad *λογισμολογίας* revocatur, suffragantibus Viris Cl. Pfaffio & Fabricio, alii viderint. Nos omnem quidem *ἐπινοίαν* de hoc opere deprecantes,

- p. I. Theologos ab Autore descriptos brevissime recensebimus. Initium facit a M. Joh. Picardo, qui A. 1540 Pabebergæ natus, studiis Vitebergæ absolutis ad scholasticos labores hinc inde evocatus est. Diaconatu etiam Norimbergæ quo brevius eo fidelius administrato, primus primi Professoris Theologi munere Altorphi donatus est. Faventior Philippo, sed a studio, sectæ alienus perhibetur. Ritum sacræ initiationis, quæam ordinationem vocant, antea intermissum, primus accepit, non multo post anno æt. 44 mortuus. Hujus Collega alterque Theol. Prof. cooptatus fuit M. Georgius Siegel, Norimbergensis. Litteris Jenæ excultis, cum Ministri munia in patria suscepisset, in suspicionem Calvinismi incidit, quæ confessionibus, quæ sæpius poscendæ erant, exhibitis, diluit. Obiit annos 46 natus 1598. Sequitur vita D. Edonis Hilderici de Varel, nobili prosapia Jeveræ orti. Hic audito per sexennium Melanchthone, acceptisque Magisterii honoribus, Vitebergæ privatus legit, Jenamque Professor Mathematicum Publ. vocatus, elapso vix triennio eodem rediit; deinde Rectoratu Gymnasii Martisburgensis oblato, beneque per biennium administrato, in locum Tremellii, ob contrarias Lutheranis hypotheses dimissi, Heidelbergæ Theologiæ & Hebrææ L. P. P. designatus est. Successu vero temporis, suffragio Formulæ Concordiæ etiam denegato, remotus Altorphum secessit, libris Ecclesiæ Norimbergensis Normalibus ex animo addictus. Obiit 1599 æt. 66. Defuncto Picardo successit in Professione Theologica M. Georgius Volcartus, Norimber-

burgensis, qui in Crypto-Calvinismum demersus velut mus in pice per omnem vitam hæsit. Discessit tandem non invitis Academicæ nutritoribus Ambergam Pastor ibi constitutus; sed invalescentibus Papistis exul factus, tandem in patria septuagesannus est denatus A. 1628. D. Jac. Schopperus, Biberaci 1545 natus, octies ex officio ecclesiæ alio in aliud jactatus, tandem Altorfii exoptatum peregrinationis suæ portum exitumque consequutus est. Erat vir purioris doctrinæ tenacissimus, & relinquebat XII liberos, quorum plerique honestas officiorum sacrorum functiones adepti sunt, placide obdormiens Altorfii 1616 æt. 71. M. Jacobus Jordanus, Norimbergensis, fuit e numero eorum, qui primi Altorfii literis incubuerunt; ubi etiam, visis aliis Academicis, Diaconus est designatus; quo munere XXX annis ita pertractus, ut tandem Professoris sparta ipsi adjungeretur, quam deinde, mediæ addictus sententiæ, cum Pommelsbrunnensi Parochia commutavit. Obiit 1632 anno ætatis 78. M. Johannes Chilianus Sprembergerus, Ratisbonæ 1613 natus, studiis Vitebergæ obsecutus, ecclesiæ præfectus est in pago Vorra, ex quo Altorfium promotus, Pastor & Theol. Professor est factus. Et quamvis initio suspicionem Calvinismi amoliretur, postea tamen adoratione humanæ Christi naturæ publice contra Schopperum oppugnata, imo adulterio etiam pollutus, removebatur. M. Joh. Denbelsius, Colmbacensis, munere Diaconi per decennium & Professoris simul per quinquennium Altorfii administrato alio vocatus disparuit. D. Georgius Kœnigius, Ambergensis, ob eruditionem morumque suavitatem anno æt. XXIV vix completo Pastoris Primarii & Professoris honores adeptus, vixit tristissimis belli tricennalis temporibus, omnibusque probatus, præviis singularibus mortis ominibus, LXIV annorum obiit 1654. M. Georgius Ritter, in agro Norico natus, ob singularem eruditionem amplioribus indies functionibus adhibebatur, usque dum evehctus ad Professionem Theologicam Altorfii, inde Norimbergam Diaconus ad D. Laurentii vocabatur, Pastor simul ad D. Claræ constitutus, obiit anno æt. 47. p. C. N. 1632. D. Christianus Matthæ, crebris mutationibus notus, natus est Mældorpii in Didmaria 1584. Leuco-

p. 58.

87.

95.

108.

113.

146.

M m m ræam

- raxam & Giessenſem Academiam coluit, inde Rector Gym-
 naſii Durlacenſis vocatus, nec multo poſt Schoppero Altor-
 ſii ſucceſſit, a qua ſparta ad aliam in patria progreſſus at-
 que inde in Academiam Soranam translatus eſt. Aſt Dania et-
 iam deſerta in Belgium conceſſit, triennioque Lugduni exacto,
 Hagæ Comitum Antiſtes Lutheranorum eſt factus. Quo mu-
 nere abdicato pariter, Trajecti ad Rhenum deſcennium ſcri-
 ptis elaborandis, ut Therato Hiſtorico, aliisque conſumſit,
 mortuus tandem anno æt. 71 p. C.N. 1655. M. Joh. Saubertus,
 p. 165. ſenior, patre lue peſtifera Altorſii extincto, matreque ſum-
 ma paupertate afflicta, egregiis ſtudiis imbutus anno æt. 16 in
 molendinum mittebatur, desperatis ad continuan-
 da ſtudia ſubſi-
 diis. Quibus duris laboribus cum per ſemestre operam dediſſet,
 divino ductu abſtractus ad Academica ſtudia rediit, eaque multo-
 rum benevolentia ſuſtentatus eo perfecit, ut Jenæ Græce diſputa-
 ret, tandemque Prof. Clauſicus in Patria conſtitueretur, ex qua
 Norimbergam translatus, Antiſtes ad D. Mariæ magno cum fru-
 ctu verbum Dei docuit. Votum ejus juvenile fuit, ut Deus ſibi in
 hoc mundo infernum, in altero vero cœlum daret. Cujus voti et-
 iam damnatus, inſignem patientiam ſuam ſatis probavit, quippe
 in eo exquisitiſſimis calculi doloribus ſemper cruciatio tandemque
 mortuo & poſtea reſecto calculus XX unciarum pondus æquans
 inventus eſt, qui adhuc in Bibliotheca Norimbergeniſi aſſer-
 vatur. Obiit A. 1646 æt. 54. M. Cornelius Marck, Norimber-
 genſis, erroribus Crypto-Sopinianismi initio ſeductus, iis po-
 ſtea in æternum adeo valedixit, ut in rei memoriam inſignium
 loco ſit uſus imagine uxoris Lothi reſpicientis, appoſito Chriſti
 monito, nunquam ſibi ad priſtinos lapſus redeundum eſſe indi-
 caturus. Quare primo in Acad. Altorf. Alumnaſtorum Inſpector,
 poſtea Prof. Publ. S. S. Th. & Diac. & inde Norimbergæ Paſtor
 ad D. Mariæ, tandemque Antiſtes Laurentianus eſt factus, ubi
 Glorioſ. Suecor. Regi Guſtavo Adolpho Norimbergæ commo-
 nato a ſacris fuit. Obiit A. 1646 æt. 52. M. Joh. Ungerus alias
 220. Ungerecht, Schmalcaldus, Altorſii vix per ſemestrem Profeſſor
 Catecheſeos Diaconusque fuit, ubi Norimbergam vocato ſucceſ-
 ſit M. Chriſtophorus Orineſius, Schilacowaldo Bohæmus, qui
 227. inualeſcentibus Papiſtis ex Austria ſuperiori pulſus, antea concio-
 nator

fiator aulicus Baronis a Losenstein in arce Gshwend, tum Pastor Grubensis in Austria Superiori vocatus, postea exul in Acad. Altorfii S. Theol. Prof. Publ. & Eccles. ibidem Diaconus est receptus, cum jam Wittebergæ olim Adjunctus se insignem philologum & in Syriacis præcipue versatum probasset. Defunctus anno æt. 45 p. C. N. 1629. D. Joh. Weinmannus, Suevofurten- p. 246.
sis, occasione discipuli fidei suæ commissi Altorfium concedens, ibi Insp. Alumn. postea Diaconus & Prof. Theol. Publ. tandemque Pastor Primarius est factus. Muniis omnibus eximia diligentia, quamvis esset unoculus, ex assè satisfecit. Obiit anno 73 natus 1599. D. Christophorus Althoferus, Hersbrucceus, 268.
tanti fiebat a Theologorum Giessensium ordine quinquennis discipulus, ut ipsi sparta refutandi libellum Becmanni, contra Schröderi Sceptrum Regale conscriptum, demandaretur. Post mortem Patris domum reversus Crinesio successit. A confessionibus vero cum esse nollet, solius Professionis obeundæ causa, ministerio ecclesiæ sese abdicabat. Titulo Doctoris Jenæ accepto, in patriam reversurus, in manus latronum hinc inde vagantium incidit, & vix per profundissimas nives seminudus Coburgum fuga pervenit. Invitatus tandem ad recipiendum Antistitis Ecclesiarum Baruthensium & sigillatim Culmbacensis Dioceseos manus, illud per sedecim annos bene administravit. Obiit anno æt. 54 p. C. N. 1660. M. Johannes Fabricius, 285.
senior, Norimbergensis, tabellam in præfatione hujus operis propositam concinnavit, & ob mediam, quam incessit, viam summis hic evehitur laudibus. Fuit primo Diaconus Altorf. successitque deinde Althoffero, sed dissentiens a Weinmanno, placita Helmsladensium improbante, evocatus est Norimbergam, obiitque 1676 æt. 58. Theodorus Hackspan, Vinariensis, 304.
insignis fuit Philologus & propter linguarum, quas Oriens coluit, notitiam earum. Professor Publ. Altorfii est constitutus, de cujus solertis præter litterarum monumenta restantur etiam celeberrimi discipuli Joh. Frischmauth & J. C. Wagenfeilius aliique. Is primus etiam publici juris fecit Lipmanni Nizzachon, fraude quadam Judæo extortum. Kœnigio tandem, affinitate conjuncto, in sparta Theologica successit, mortuusque 1649.

- p. 327. M. Lucas Fridericus Rheinbart, Norimbergenfis, fuffecit Altorfii Fabricio in munere ecclefiaftico & Academico, obiitque
344. A. æt. LXV p. C. N. 1688. M. Joh. Conr. Durrius fufcepto primum Infpectoris Almann. munere poftea Ethices & Poefeos, quo ftudiorum genere excellebat, tandemque Theologia Prof. Publ. eft factus. Denatus 1677 æt. 52. M. Joh. Conrad Hedenus, Sondershufa. Thuringus, fingularem rerum linguarum, que notitiam itineribus confequitur, poftea muneribus publicis adhibitus, præmature obiit A. æt. 45. M. Joh. Leonhard Schwagerus, Hersbruceufis Noticus, cujus optima ftudia in trifti tandem delirium defierunt, accepto, fi conjecturæ locus eft, olim philtro, fuit quidem primo Oratoriz & Poefeos, tum Theol. Prof. & Diaconus Altorfinus, fed anno 1686 rude demum dematus obiit A. 1708 æt. 80. D. Johannes Saubertus, Junior, eadem, que pater, eruditionis gloria floruit & primum in Academia Julia inclarefcere cœpit, ex qua in Academiam Altorfinam S. Theol. Prof. & Ecclefiz Antiftes vocatus, ubi vero non tam ætate quam morore debonestatis filia confectus, obiit annorum
410. L. p. C. N. 1688. D. Johannes Fabricius, Altorfii, patre ejufdem nominis ibidemque P. P. Ecclefizque Antiftes, 1644 natus, finito ftudiorum Academicorum curfa peregrinationes fufcepit, donec Venetiis avocatus Durrio 1678 fuccederet. Anno vero 1697 in Acad. Julia S. Theol. P. P. Ordin. Duci Brunfvic. & Luneburg, a confiliis Confift. Abbasque Regiz Lateræ conflitutus eft. Scripta, quibus momenta diffidorum inter nos & Pontificios non minus quam Reformatos emollire quodammodo & ad tolerantiam viam sternere allaboravit, varios excitarunt motus. Jam emeritus a publicis laboribus Academia vacare juffus, Scholarum in Ducatu Brunfvicenfis Infpector Generalis eft conflitutus.
435. D. Chriftophorus Wegleiterus, Norimbergenfis, Vir ingenio omnique eruditionis genere inftitutus, S. Theol. P. P. & verbi Dei minifter Altorfii conflitutus, fed corpore fuccalento tandem ita prægravatus, ut poft torporem inolitum Apoplexis correptus, fato præmature obiret anno æt. 47. D. Chriftophorus Sonntag, Weida. Varifcus, in Schola Portenfis literis impatus, iis in Alma Salana ita incubuit, ut Græcam linguam æque

æque ac vernaculam callsret. Pastor primus Oppurgensis, tum Schlenkingensis in Hennebergicis Superintendens, ac denique anno 1690 S. Theol. Prof. Prim. Græcæ Linguae Ord. & Ecclesiæ Altorfensis Antistes est factus. Den. 1717 æt. 63. D. Joh. P. 468.
 Michael Lange, Ezelwangensis, Medicinæ studia cum sacris commutavit, & dein ex Pastore Vohenstrusiano Theol. P. P. & Diaconus Altorfinus est factus, Ortis vero Rosenbachii motibus, qui a B. Sonntagio tanquam homo suspectus publice ex suggestu accusabatur, a Langio contra defendebatur, favente etiam variis dissensionibus, quarum potior erat de indignis S. Coena, honorifice Langius dimittebatur, postea statim Inspector & Pastor Prim. Primislaviensis constitutus. Natus est 1664. Ordine sic ex-
 poscente sua quoque fata percenset Celeb. Autor, D. Gustavus Georg Zeltner. Natus Hilpoldsteinæ Norimbergensium 1672, ubi ejus parens Pastoris officio functus est, studuit Jenæ, ita tamen ut de se ipso testetur: se meliora rerum sacrarum præcepta domesticis meditationibus absque partium studio expendisse, & singulari fato in Helmstadensium Theologorum scripta forte sibi oblata incidisse, eaque cum scholasticam stribiginem non æque olere deprehendisset, ac alia, sed antiquitatis elegantissimum studium præ se ferre, nocturna diurnaque manu versare cœpisse, & ex eo tempore in veritatem cœlestem sine auctoritatis humanæ vinculis liberius inquisivisse. Nec ipsum unquam hujus methodi pœnituisse, quippe ex qua tantum inter aliâ commodum retulisset, ut nisi gravioris sit momenti error, in cæteris dissentientes æquo animo ferre queat, a Syncretismo tamen toto pectore abhorreat. Primum Inspector Alumnorum Altorfii, postea Norimbergæ Diaconus & Prof. Mataphys. constitutus, inde tamen in Acad. Altorfii revocatus S. Theol. & Ling. Orient. P. P. Ord. Ecclesiæque Diaconus tandemque Pastor est factus. Ceterum quo majorem ab eruditis gratiam suis scriptis Cl. Autor iniisse censendus est, eo perenniorem, ad cætera, quorum spem sedit, divulganda, valetudinem & prosperitatem ex animo ipsi, uti & sequentibus Collegis, aprecamur. Horum alter, D. Joh. Guil. Baier, natus est Jenæ 1675 patre D. Joh. Guil. Bayero, tam scriptis que clariss. Theologo. Inclaruit Jenæ do-
 489.
 500.

cens magna auditorum frequentia Mathesin & Physicen, quo facto post obitum b. Sturmii ejus vices ipsi inopinato demandatz, cui postea etiam, discedente Cl. Langio, locus ejus in facultate **p. 508.** Theologica & Ministerio ecclesie collatus est. D. Joh. Jacobus Pfizer, Norimbergæ 1684 natus, primo Alumnorum & œconomiz Inspector Altorfii, deinde Norimbergam Diaconus, inde rursus Altorfium S. Theol. P.P. & V. D. M. anno 1717 est vocatus. Hucusque vitæ Theologorum Altorfinorum, quibus consimilem reliquarum hujus Universitatis facultatum descriptionem ab Autore promissam, sed ab aliis concinnandam, quocitius eo libentius eruditi sunt accepturi

HUETIANA, OU PENSEES DIVERSES DE
M. Huet Evesque d'Avranches.

i. e.

HUETIANA, SEU COGITATIONES VA-
rie PETRI DANIELIS HUETII,

Episcopi Abrincensis.

Parisiis, apud Jac. Estienne, 1722, 12.

Plag. 20.

Optimo de literis meritis est, quisquis dispersas Celeb. Huetii, qui A. 1630 d. 8 Febr. Cadomi natus, Parisiis A. 1721 d. 26 Jan. decessit, schedas collegit, & Huetianorum titulo divulgavit. Ut enim omittamus vitam ejus, hic denuo expositam, dignus est libellus, cujus hic mentionem faciamus. Fuit vero tantus **p. 3.** in eo inde a cunis literarum amor, ut vix ablactatus, eos deperiret maxime, quos libris videbat inmersos; jamque anno ætatis **4.** vigesimo commercium instituerat cum viris summis, Sirmondo, Petavio, Puteano, Bocharto, Blondello, Labbeo, Bullialdo, Naudæo, Salmasio, Heinsio, Vossio, Seldeno, Cartesio, Gassendo, Menagio, quo postea multum aucto, mirum non est **22 præf.** epistolas ejus prope sexcentas inter ejus anecdotas asservari. Inter eruditos fama magis quam doctrina illustres Perronium Cardinalem, in Theologia scholastica probe versatum, in ceteris ho- **6.** **117 sq.** spitem, & Plessium Moræum, cujus de veritate religionis christi-
anæ

fiant librum infpidum ceaset, numerat, contra evaditionem
 Anglorum, Bernardi & Galei, hujusque imprimis modestiam p. 7. 8.
 miris modis extollit. De Scaligeris, patre & filio, quem utrum- 8-14.
 que non minus doctrinæ quam vanitatis prodigium vocat, accu-
 rate judicat. Franciscum Belcarium, Episc. Metensem, in Histo- 21.
 ria sua affectum erga Carolum Borbonium, cujus adeo & de-
 fectionem defendat, nimium prodere; sermone obscuro, diffu-
 so sed perplexo uti, vocem *Seigneurs* a latina *Signatores*, *Ecuyer*
 ab *Equarius*, quod ab *equo* facit, & alia ab aliis absurde derivare
 censet. Perralti, eruditos modernos veteribus anteferentis, sen- 26 sq.
 tentiam solide refutat, cui, cum ipse profunde eruditus, non esset,
 id constitutum fuisse putat, ut genuinam doctrinam deridendam
 propinaret, & ipso poematis sui titulo *le Siecle de Louis le Grand*,
 de quo Menagius exclamabat: *o Seclum infpidum & inficetum!*
 Regem cum universa aula in partes suas vocaret; & inter alia
 Plinium L. VIIc. 16 secutus, qui *cuncto putat mortalium generi* 32.
minorem indies fieri mensuram, rarasque patribus proceriores,
consumente ubertatem seminum exustione, in cujus vices nunc
vergat ævum, observat, altitudinem pedis humani vix septimam 33.
 hodie partem constituere pedis qualis fuerit tempore Vitruvii; 42.
 demumque concludit, contemptum antiquitatis sæculi depravati
 signum esse certissimum, quod patuisse jam olim Hadriani ævo
 ostendit. Dum de concilianda inter diversas sectas unione agit, 46 sq.
 observat, quanta acerbitate (*duret & presumptuoso & pedantes quo*)
 Rivetus in Grotium pacis studiosum invecus sit, qui, quamvis illi,
 quem Catulli verbis designavit: *adversus quemdam, opaca quem*
facit bonum barba, qua is nimirum magnam sibi apud suos auto-
 ritate conciliaverat, modeste & solide responderet, effecit ta-
 men Rivetus, ut post Grotium pauci de pace laborarent. Simul
 refert, se olim a Samuele Pufendorfio per epistolam inonitum, ut
 simili quodammodo ratione, qua in Démonstratione sua Ev-
 angelica usus fuerat, unionem Protestantium cum Catholicis
 tentaret, verum expertum fuisse Ministros Huguenotes, quibus
 consilia de edicto Nannetenfi revocando jam innotuerant, admo-
 dum huic rei adversos. In Varillasio notat quidem, quod suspi- 49.
 ciones pro veritatibus venditaverit, quod tamen vitium publice
 nota

- notatus in scriptis posterioribus correxerit, simul vero miratur ejus in consulendis aliorum scriptis five editis five ineditis solertiam, tum quod Academiæ seu scholæ pulveribus obrutus tantum prudentiæ aulicæ & militaris, stylumque rebus adeo accommodatum ad historias suas scribendas attulerit. Pari modo Capellani Puellam Aurelianensem contra tot censuras tuetur, cui nihil obfuisse putat quam genium seculi Gallicani, brevissima quæque poemata extollentis, operosa vero & longa detestantis, doletque primam tantum ejus partem prodiisse, alteram ab heredibus adhuc immerito premi. Præterea, cum unus a Colberto arbiter dictus esset, qui Regi commendaret viros eruditos regia liberalitate dignos, ceteros in se provocasse, ut & huic poemati dicam scriberent, & vitam ejus moresque fugillarent. Petavium, & causa odii in Scaligerum interrogatum, testatur respondisse: *se merito succensere homini, qui a sacris Pontificiis secesserit*, nimirum quod non ignoraret, Patres quoque ipsos in Apostatas, ut Gregorium Nazianzenum & Cyrillum in Julianum, bilem omnem evomuisse; addit tamen, aliam forte odii causam accessisse, quod Scaliger Serrarium, Clavium, Delrionem aliosque Jesuitas acrius proscidisset. Vocem *explicit* in fine MSS. pro *explicitus*, scilicet liber, positam putat, idque imprimis ex Epigr. Martialis II, 108: *Explicitum nobis usque ad sua cornua librum*, & Apophor. lib. I: *Verfibus explicitum est omne duobus opus*, illustrat. Quæ deinde de nominum priorum formatione Latina erudite & prolixè disputat, non sine voluptate apud ipsam Autorem leguntur, nec minus lecta digna sunt, quæ de Tacito, Petronio, Platone accurate edisserit. Xenophontis *Cyropædiæ* titulum præpositum, putat, qui ad primum tantum caput spectat, quod idem & de libro, qui *de Imitatione Christi* inscribitur, observat. Quo latius gentes dommentur, eo locupletiores earum linguas reddi, exemplis Græcorum, Romanorum & Saracenorum seu Arabum docet. Scaligerum refutat, qui *præclarum ingenium non potest esse magnus Mathem.* edixerat. De origine & progressu Chymicæ erudite agit. Denique quid inter Astronomiam veterem & novam interfit, luculenter ostendit. Prætermittimus, quæ de variolis veteribus cognitis p. 132, de origine rhythmici in carmine p. 184 - 195, de rebus aliis, Theologicis, interpretationem Scripturæ imprimis concernentibus, Philologicis, Criticis, Physicis etiam & Mathematicis, passim commentatus est. Unum monemus, accessisse sub finem poemata quædam Huetii Latina, quæ inde ab A. 1709, quæ postrema eorum editio vulgata, in lucem prodierunt.

* *

ACTA ERUDITORUM,

publicata Lipsia

Calendis Octobris Anno MDCCXXII.

SANCTI PATRIS NOSTRI BASILII, Opera omnia, quæ exstant, vel quæ ejus nomine circumferuntur &c. Græce & Latine; Opera & studio Domini JULIANI GARNIER, Presbyteri & Monachi Benedictini e Congregatione S. Mauri.

Tomus I.

Parisii, typis & sumptibus Jo. Baptistæ Coignard, 1721, fol. m.
Alph. 9 pl. 8.

CUm multi Doctorum in edendis & ab interitu vindicandis Seculorum priorum Patribus operam suam atque laborem collocasse dicendi sunt: tum imprimis laudem hanc propriam quasi sibi fecerunt atque peculiarem Reverendi Patres Ordinis S. Benedicti e Congregatione S. Mauri, quod in emendandis, illustrandis suoque nitore restituendis sanctorum Patrum Operibus quam diligentissime & versati hæcenus fuerint, & etiamnum versentur, hoc quidem nomine bene de Patribus, quos ediderunt, bene de universo litteratorum orbe, cui tam politas dederunt illorum editiones, meriti. Ac proinde eruditus eorum nomina commendare, tamque egregia eorum in universas Ecclesiæ antiquitates merita multis prædicare, illius est, qui otio se abundare, existimat. S. Augustini, Irenæi, Bernhaldi, Damasceni, Cyrilli Hierosolymitani aliorumque bene multorum vastissima Volumina, quæ illorum imprimis labore edita & exulta Lutetiis ad nos transvecta fuerunt, sunt ipsis monumenta omni ære magis perennia. Sistuntur jam tibi, quorum Tomus I nuper in manus nostras pervenit, S. Basi-

Naa

lii

lli, Cezarex Cappadociæ, dum vivebat, Episcopi, quotquot sub ejus nomine circumferuntur, Opera furtus edita & ad Codices MSS. recognita atque castigata a Juliano Garnierio, doctissimo ejusdem Societatis Presbytero. Et vel sola quidem auctoritas summaque existimatio, quam in orbe Christiano impetraverat Basilius, causa fuit cogitanti de opere eligendo edendoque Autori Cl. ut impetu quodam magis, quam delectu, ut ait, impelleretur ad edenda rursus illius Opera, quæ gravissimi Ecclesie Patres, ipsa Concilia Oecumenica, Scriptores & Græci & Latini quasi certatim maximis laudibus extulerunt, quorum notiora sunt testimonia, quam ut in medium ea proferre necessesse sit. Sic autem distributa fuit novissima hæc Operum Basiliæ editio: complectitur noster Tomus I Homilias in Hexaemeron & in Psalmos, Libros in Eunomium, & in Esaiam Commentarium. Secundum & tertium, quibus totum Opus absolvetur, adhuc expectamus, quorum quidem ille Homilias de diversis, Ascetica, librum de Virginitate, libros de Baptismo; hic vero de Spiritu S. librum, Epistolas, Liturgiam, viginti quatuor Sermones Symeonis Magistri & Logothetæ, vitamque Basiliæ exhibebit, quod in Præfatione nos docet Autor Cl. Ad optimos quosque Codices MSS., qui in celeberrimis Europæ Bibliothecis, Lutetiæ Parisiorum, Romæ, Florentiæ, Oxoniæ & alibi asservantur, recognitum Opus est & emendatum, Viris quoque illustrissimis & doctissimis quorum nomina in Præfatione laudantur, operam suam ad novam hanc Basiliæ editionem conferentibus. Diligenter autem præ reliquis legit, quorum ipsi copiam humanissime fecerant Bibliothecarum Præfecti, Codices Parisios, Regios nempe, Colbertinos, Coislilianos aliosque, ad quos imprimis exacta sunt Basiliæ Opera, quæ in hoc primo Volumine continentur, quorumque elenchum post præfationem sistit nobis Vir doctus. Maximus est illorum numerus, cumque tot evolvendis Libris impari se fore brevi animadverteret, ex eadem societate unum tanti quidem laboris confortem sibi adjunxit atque socium, D. Franciscum Faverosium, qui ad ipsius operam suam simul afferret. Uterque igitur veteres illas membranas cum libris impressis, quam licuit, accuratissime

me

me conferre cœpit, sic tamen, ut major illarum pars relicta fuerit modo laudato Faverollo, cujus rei ipse testis est Garnierius. Præterea quoque Codices, qui ab hominibus doctrina præstantissimis Duczo & Combesfio, lecti olim fuerant, iterum legendos judicarunt, neque sine insigni laborum suorum fructu. Dicit enim non potest, quot ex istis codicibus Parisinis variantes lectiones descripserint, quibus simul accesserunt non paucæ ex Anglia & Italia. Sed parum adhuc erat tot varias collegisse MSS. Codicum lectiones, in id maxime incubuit Noster, ut Basilii, qui in Græcis mirifice deformatus erat, illarum ope pristinae suæ integritati restitueretur, atque nunc prodiret nitidus satis fatisque purgatus. Antiquas præterea Operum Basilii interpretationes Latinas fere omnes quam plurimis mendis vitiosæque, quæ aut ex ignorantia aut ex incuria Interpretum profectas fuerant, scaterere, e singulis fere illarum paginis lectoribus constabit. Hinc cum Græca Basilii emendasset variarum lectionum subsidio atque copia, de nova simul interpretatione cogitavit Vir doctus, quam & statim suscepit semelque susceptam tanto prosequutus est studio, ut nec labor nec rei difficultas unquam a cœpto eum deterruerit. Neque in hoc omnis versatur labor, quem Basilio suo impendit Cl. Garnierius. Sunt plurima Basilii scripta, quæ aut *noctis* suspicione laborant, aut nomen illius plane mentiuntur. Hæc itaque ab iis quæ genuina sunt propriaque sancti illius Episcopi manu conscripta, prudenter secernere, labor erat maximus, imprimis cum non de paucis, sed fere de omnibus orta fuisset inter eruditos disceptatio. Et vero dissident inter sese de Homiliarum in Hexaemeron & in Psalmos numero. Orationes, quas habemus, non omnes uni eidemque Scriptori tribuuntur. Duo de Baptismo libri in dubium vocantur a nonnullis. In controverso est de vera Virginitate liber. Non caret omni suspicione amplissimus ille in priora XVI Esaiæ Capita Commentarius. De V in Eunomium Libris non una est eademque Eruditorum sententia. Sunt qui ultima XV de Spiritu S. libri Capita eaque præcipua spuria esse credunt atque supposititia. De Asceticis antiquorum & recentiorum opiniones inter se non conveniunt. Vix certi quidquam definiri potest

de Liturgia, quæ sub Basilij nomine extat. Imprimis vero de Epistolis, quo anno, quo mense, a quo, ad quem, qua de re illæ conscriptæ sint, quotidie vehementer acriterque disputatur. Prudenti consilio hæc omnia secernere, quantus sit labor, quilibet per se conjectura facile assequitur. Tantum vero abest, ut veri inveniendi propterea spem abjecerit, ut potius, quo major labor, eo majori studio rem omnem investigandam sibi susceperit diligentissimus Autor: quod si forte non ex omnium opinione omnia recte ipsi cesserint, hac tamen laude non defraudandus erit quod multum attulerit lucis rebus per se obscurissimis. Sed & præterea cum sic comparatum sit hominum genus, ut novam aliquam editionem Anecdotorum copia plurimum commendari existimet, neque hoc quidem a novissima hac Basilii operum editione ornamentum abesse videbis. Nova accesserunt veteribus, fragmenta quædam, orationes aliquot, nonnullæ Epistolæ. Quæ hic & illic sparsa inveniuntur Basilii Opusculæ, suo quæque ordine & loco addita fuisse, deprehendes. Quæ scripta in Latinum converterant Rufinus & Eustathius, eorum interpretationes ad exaratos manu libros recognitas ad calcem Operis rejiciendas duxit Cl. Autor, cui adjuncta simul fuit inedita Rufini quarundam Orationum interpretatio. Tandem cum utile omnino sit & gratum posteritati, maximeque rem literariam illustret, vitam habere scriptoris, qui tam egregia Ecclesiæ suæque doctrinæ monumenta nobis reliquit, utique dolendum est, Basilii, viri, dum viveret, omnibus modis clari, vitæ sanctitate, morum integritate, prudentia, eruditione, facundia, animi magnitudine, laborum pro Ecclesia susceptorum tolerantia, vitam rerumque ab eo gestarum nunquam appartuisse peculiarem historiam. Quæ celeberrimum Amphilochoii nomen refert, Basilii vita, a Combesio edita, spurcia est & subditiua. Aliam nominat Jo. Damascenus, quæ ejus successori tribuitur, Helladio, sed præterquam quod dubitari merito potest, an unquam extiterit, ipsa non amplius in literarum monumentis, quæ nobis supersunt, invenitur. Quare ut hoc clamnum compenset Cl. Garnierius, novam Basilii vitam, ex ejus imprimis Scriptis collectam, scribendi laborem in sese suscepit, adi-

adjiciendam Tomo III, finemque imposituram Basilii M. Operibus. Hæc dicenda fuerunt de universo labore, quem Basilio suo impendit Garnierius. At vero primum illius Tomum cum tantum ad manus habeamus, quid in eodem præstiterit Vir doctus, videamus jam paulo curatius. Nihil prius, nihilque antiquius fuit ipse, quam ut Græcum Basilii textum a mendis, quibus priores editiones Basileæ, Venetiis, Parisiis, excusæ sæpiusque recusæ, scatebant, purgaret; purgatumque Latine redderet. Hinc si qua fuit lectio corrupta, ad Codices MSS eam castigavit diligentissime; si qua fuit lectio temere ab aliis rejecta, eorundem Codicum, quorum maximus ipsi erat numerus, auctoritate adjunctus prudenter eam restituit, Codicibus, ex quibus sua acceperat, probe simul notatis. Præterea si qua fuit verborum Basilii Latina interpretatio, quam ad mentem ipsius vix accedere deprehendebat, castigavit eam reiq; rationem amplissimam reddidit in adjectis unicuique pagine doctissimis animadversionibus. Liceat nonnulla proferre ex eodem loco speciminis. Homilia prima in Hexæmeron ad illa Basilii: *Μουσις ἐνεῖνος ὁ μαρτυρηθεὶς ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ἐστὶ ὑπομάριον ὡν*, nonnulla notavit, quæ erroris arguunt interpretationem Combesisii, quem verborum illorum sensum non satis assequutum fuisse, constabit. Scilicet respicit hic Basilius ad v. 20 Actorum Cap. VII, *καὶ ἦν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, ἔκριντο ἑαυτοῖς ἑαυτοῖς*: Auctor vero Actorum respexerat ad versum 2 Cap. II Exodi, *ὁδόντες δὲ αὐτὸ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, ἔκριντο αὐτοῖς αὐτοῖς*, videntur autem eum elegantem occultaverunt eum. Combesisius verba Basilii sic interpretatur: *A Deo testimonium habens, quod elegans*. Hanc vero Combesisii interpretationem cuiquam probatum iri, vix sibi persuadere potest Cl. Auctor. Etenim ut locum haberet illius interpretatio, sic debuisset loqui Basilius: *ὁ μαρτυρηθεὶς ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ἐστὶ ὑπομάριον ὡν*, a Deo testimonium habens, quod &c. non autem scripsisset, *ὁ μαρτυρηθεὶς ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ἐστὶ ὑπομάριον ὡν*, adeo ut illud *μαρτυρηθεὶς ἀπὸ τοῦ Θεοῦ* clare & evidenter ad vocem *ἀπὸ τοῦ Θεοῦ* non ad vocem *μαρτυρηθεὶς* referri debeat. Hinc melius interpretaberis; *testimonium (a Scriptura) habens, quod gratus esset Deo, sive apud Deum*. Recta omnino & accurata verborum

p. 2.

p. 26.

Garnierii interpretatio. Homilia 3 restituit Vir doctus lectionem ex MSS Codicibus, quam temere rejectam mendosam esse credidit Ducus. At nimirum Basiliius, cum firmamentum ex communi acceptione ab aqua ortum traxisse videatur, putandum non esse, illud simile esse aut aquæ congelatæ, aut tali cuidam materiæ, ex humore percolato principium accipienti, qualia sit natura aut crystalli lapidis, quem ob præstantissimam aquæ congelationem transmutari dicunt, aut qualis sit, ut ait τῆ σπέκλις φύσις ἐν μετάλλοις συνηαμένη. Hanc τῆ σπέκλις lectionem utique vitiosam esse, existimavit Ducus. Inde factum est, ut in Editione Parisiensi legatur τῆ σπηλαρίας φύσις. Rejecta vero hac lectione retinendam esse duxit priorem, quam antiquissimi simul agnoscunt Codices, Regii nempe, Primus, Tertius, Quartus, Quintus & Sextus, itemque Codex Bodlejanus, cum utroque Coisliliano membranaceo, qui omnes hanc τῆ σπέκλις lectionem confirmant. Atque tot Codicum auctoritatem sequutus arbitratur vocem σπέκλις substantivum, esse, unde vox adjectiva derivetur σπηλαρίας. Et vero vox specularis, quæ respondet voci σπηλαρίας, adjectiva sumitur apud Plinium Libr. 3 cap. 31, ubi leguntur hæc: *Metallis . . . tota fertur Hispania scæter: Cisterior & specularibus lapidibus.* Et Lib. 21 cap. 14: *Multa alvearia speculari lapide fecerunt.* Ac proinde verba sic edidit, uti in Codicibus MSS, leguntur: ἢ ἢ τῆ σπέκλις φύσις, aut qualis est speculi natura, hoc est, specularis lapidis. Sic porro homilia in Psalm. 32 lectionem emendavit, quæ in editione Parisiensi & in multis MSS. corrupta legebatur. Ita nempe Basiliius: τὰ ἀσθενῆ τῆ κόσμου ἐξελέξατο ὁ θεός. ἵνα κατακλιθῆ τὰ ἰσχυρὰ, καὶ ἐκ σώματος νηπίων καὶ θηλαζόντων κατηγτίσαστο αἶνον, ἵνα καταλύσῃ &c. ubi antea in Editione Parisiensi κατηγτίσω πρὸ κατηγτίσαστο. Et hanc lectionem omnino præferendam esse illi, non sine causa arbitratur Vir doctus, innixus imprimis auctoritati Codicis cujusdam Regii & Colbertiani, qui hanc lectionem confirmant. Cum enim ante scriptum sit, τὰ ἀσθενῆ τῆ κόσμου ἐξελέξατο ὁ θεός, ἵνα κατακλιθῆ τὰ ἰσχυρὰ, infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia, verosimile fit, hic legi debere, κατηγτίσαστο, ἵνα καταλύσῃ.

140.

καλῶς, *perfecit, ut destruat.* Nam sic melius cohærebit Oratio. Quod si hæc ratio levior videbitur, illud gravius, quod Editio Basileensis & omnes MSS. Codices præferant *καταλίωσθαι destruat*, non autem *καταλύσθαι destruas*, uti perperam quidem legitur in Editione Parisiensi. Hinc si legeris *καταλύσθαι*, legas *κατητήσωτο*, plane necesse est. Non enim sic cohærebit oratio, *fridas, perfecisti ut destruat*, optime autem, si scribas, *perfecit ut destruat.* Libro 5 adversus Eunuomium castigavit lectionem, quæ in vulgatis editionibus omnino corrupta apparebat. Disputat hic libri hujus adversus Eunuomium V autor de Spiritu S. quod sit Creator, ubi inter alia in Vulgatis Editionibus: *ἀλλ' ἐπειδὴ ἐν τι τῶν κατὰ διαίρεσιν χαρισμάτων, σημείων καὶ ἰαμάτων τὸ ἐν τι καὶ τὰ τῶν ἰαμάτων. Τὸ ἐν τι καὶ ἔχει τὰ ἅλα χαρίσματα τῶ πνεύματι, δάκτυλον καλεῖ.* Quæ lectio? quis penetrabit in genuinum verborum illorum sensum? hinc ut intelligantur, opus omnino fuit emendatione. Illud igitur τὸ ἐν τι καὶ τὰ τῶν ἰαμάτων in nonnullis Codicibus Regiis desiderari animadvertit Cl. Autor, alias eum in Vulgatis eos consentire. Hinc ex aliis quatuor MSS. Codicibus, Regiis & Colbertinis, verba sic emendavit Noster: *ἀλλ' ἐπειδὴ ἐν τι τῶν κατὰ διαίρεσιν χαρισμάτων, αὐτῶ ἐστὶ τὸ χάρισμα τῶν σημείων καὶ ἰαμάτων, τὸ ἐν τι καὶ ἔχει τὰ ἅλα χαρίσματα τῶ πνεύματι, δάκτυλον καλεῖ.* Hæc Garnierius ex quatuor MSS. Regiis & Colbertinis, nisi quod voces τῶν σημείων in Regio primo non legantur. Quæ autem horum verborum sententia sit, docet Scriptor ipse, cum ait, omnia Spiritus dona simul sumpta pro corpore haberi: eadem vero dona singulatim sumpta loco digiti esse. Vult igitur Autor non omnia Spiritus dona *collective* sumpta digiti vocari, cum tunc corporis potius nomine venire debeant, sed eadem propriè digiti nominari tant, cum separatim considerantur. Atque sic emendavit hæc verba Noster, quorum in vulgatis editionibus nullus plane erat sensus. Hæc sunt, quæ obviam nobis venerunt, primum, quod habemus, Basilii volumina inspicientibus. Plura exempli loco addere opus non est. Si prudens es hujusque rei intelligens æstimator, quid de doctissimi Garnierii labore sperare possis, judicare,

p. 298.

ubi

tibi non difficile erit. Post emendata vero Basilii Græca eaque Latine reddita, nihil magis curæ fuit Nostro, quam ut genuina distingueret ab iis, quæ adulterina sunt & nomen Basilii nostri mentiuntur. Dictum fuit in antecedentibus in controversiam ab eruditis vocari illius Opera, neque de uno quidem inter eos convenire, aliis aliter, *περὶ νοθείας* aut *ὑποκρίσεως* & judicantibus. Rem tam obscuram illustrandam sibi sumsit in adjecta huic Volumini præfatione, qua de auctoritate illorum, quæ in hoc primo continentur, differit, simulque animadversionibus illustrat, si quid in quolibet Tractatu dignum observatu occurrit. Primus, qui sese offert tractatus est in sex dierum opus seu Hexæmeron. Homilias in illud scripsisse Basilium, in confesso est apud omnes, quot vero sint numero, id est de quo eruditi inter se dissentiant. Novem illius esse affirmat Garnierius, reliquas duas de structura hominis, una cum tertiâ, quæ est de Paradiso, eidem adscribi posse negat, & argumenta, quibus ad probandam illarum *ὑποκρίσεως* usus fuit Combessius, prolixè confutat præfationis §. I. §. autem II de loco Basilii differit, qui agit de rerum creatione, utrum nimirum res uno momento productæ fuerint, an sex dierum spatio? tandemque, quæ sit Basilii eade re sententia, exponit. §. III loquitur de dicto quodam Augustini. §. IV de aquis, quæ supra colos esse dicuntur. §. V de quibusdam Ambrosii locis. Sequuntur Homiliæ in Psalmos, cumque de iis quoque inter doctores orta fuisset contentio, eam componere aggressus fuit VI Præfationis §. & sequenti quidem §. VII pauca quædam produxit, quæ imprimis notari debent in Psalmis I, VII & XXVIII. §. VIII sententiam suam exponit de Theodori Heracleotæ commentario. §. IX de Paraphrasi Anonymi. Homilias in Psalmos quinque excipiunt adversus Eunomium libri, de quorum numero etiam agitata fuit jam dudum inter eruditos controversia. Etenim post antiquiores Scriptores, Bellarminus, Fronto Duceus, Franciscus Combessius, Tillemontius, Elias du Pinus aliique permulti Basilium quinque horum in Eunomium librorum autorem faciunt. At vero Noster, diligenter prius excussis eorum rationibus, tres quidem priores libros omnino, duos autem posteriores libros Basilii

filio tribui nullo modo posse, prolixè probavit §. XI. Accessit ad finem quinti ad dictum Eunomium libri quædam de Spiritu S. lucubratiuncula, quam non a Basilio, sed ab eodem autore, cui duos posteriores in Eunomium libros debemus, compositas fuisse, & docet, & probat §. XII. De amplissimo autem illo in priora XVI Esaiæ Capita Commentario hoc fere censuit, ab omnibus quidem pro genuino Basilio factu eum haberi, non omni tamen eundem vacare suspicione. Et Johannes quidem Damascenus, Symeon Logotheta, Antonius Melissa, Taratus, Patriarcha Constantinopolitanus, & Autor scholiorum Græcorum in Epistolas Apostolicas hunc in Esaiam Commentarium vix Basilio esse, contendunt, quorum sententiæ etiam accedunt ex recentioribus celebres, Tilmannus, Duceus, Combefisus, Natalis Alexander, du Pinus, Tillemontius, Lequienus & alii prope innumeri. At vero Noster tantum abest, ut imperfectum hoc Opus Basilio tribuat, ut tanto potius autore illud indignissimum esse, iudicet. Proinde accessit quoque Tomi I Appendici, qua continentur ea, quæ falso adscribuntur Basilio. Probat hanc suam opinionem, eamque satis prolixè confirmavit Præfationis §. X. Sistitur post Commentarium in Esaiam Eunomii liber Apologeticus, quem, cum ad illustrandos Basilio in Eunomium libros usui esse potest, rursus edendum curavit ex Bibliotheca Viri Cl. Joannis Alberti Fabricii. Accessit porro Eustathii in Hexæmeron antiquissima interpretatio, desumpta ex Latina Operum Basilio editione Antverpiensi. Sequuntur Notæ Frontonis Duzei, Burdegalensis, Societatis Jesu Theologi, & breviores Federici Moralli in Basilio Opera animadversiones, quas deinde excipiunt antiquarum editionum Præfationes præcipue, editionis nempe Parisiensis A. 1520, Haganoensis 1528, Basileensis 1532, Venetæ 1538, Basileensis, quæ Græce prodiit, 1551, Basileensis 1566, Parisiensis 1618. Adjecti fuerunt primo locorum Scripturæ S. deinde Rerum & Verborum, tum quæ ante Appendicem, tum quæ in Appendice inveniantur, Indices copiosissimi, qui tandem finem imponunt Operi. Commendatur lectoribus novissima hæc editio tum chartæ, tum literarum nitore & elegantia. Nullis enim, qui

377.

618.

631.

677.

727.

735.

imprimendam illam curavit, sumptibus pepercisse, dicendus est, quibus operi splendorem conciliatum iri, existimabat. Obstrictos autem sese censent Eruditi Cl. Garnierio, qui tam excellentiam Seculo nostro dedit Basilii Editionem. Dexteritatem, eruditionem summamque diligentiam tanta cum sui laude nobis probavit in hoc I Volumine, ut duos quoque posteriores, quos expectamus, Operum Tomos in lucem prodituros esse, eadem eruditione politos, cur dubitemus, causam habeamus plane nullam.

SCRIPTORES ORDINIS PRÆDICATORUM recensiti, notisque Historicis & Criticis illustrati &c. inchoavit R. P. F. JACOBUS QUETIF S. T. P. absolvit R. P. F. JACOBUS ECHARD, ambo conventus SS. Annunciationis Parisiensis ejusdem Ordinis sodales.

Tomus II.

Parisii, apud J. B. Christoph. Baillard & Nic. Simart, 1721, fol. Alph. II plag. 5.

DE Tomo I hujus Operis A. 1720 M. Aprili p. 153 seq. diximus, ac singularem de eo observationem Cl. Kappii Mensi Octob. ejusdem anni p. 44 I seqq. inseruimus. Nunc postremum hujus Bibliothecæ Dominicæ Tomum perlustrabimus. Auspicatur hic Tomus ab anno 1500 & Scriptores familiæ S. Dominici, qui ab hoc tempore usque ad annum hujus Seculi vigesimum floruerunt, inter quos etiam nonnulli adhuc in vivis sunt, complectitur. Longum foret vel sola nomina Dominicanorum, qui per hos ducentos & viginti annos scriptis inclaruerunt huc transferbere; quapropter nonnulla tantum, quæ in vitis celebriorum quorundam Dominicanorum observantur & disputantur, speciminis loco afferemus. Quis vero celebrior vel potius famosior *Joanne Anno* vel *Nannio* Viterbiensi, ad A. 1502 relato, qui sane inter doctos impostores vulgo vel primo loco nominatur? Hujus Magistri sacri palatii dum vitam &

& scripta retulerunt Nostri, varia quoque de hoc scriptore, ejusque septendecim antiquitatum voluminibus, variorum eruditorum judicia subjungunt, quorum alii, in quibus viri sane in re litteraria principes, pessime omnino habent Annium, ac tanquam falsarium antiquitatum architectum impostoremque impudentissimum exagitant, qui priscorum autorum nominibus abusus, conficta a se opera eis supposuerit, eaque insuper fabulosis commentariis illustrarit, quos inter hic adducuntur, Faber Stapulensis, Ludovicus Vives, Joannes Goropius Becanus, Calpar Barrerius, rectius Varrerius, Joannes Vergara, Gyraldus, Nandæus, Volateranus, Valesius, Gerh. Joh. Vossius, & Melchior Canus, ipse Dominicanus; nullique adductorum criterio inferior; alii vero nec minoris in re litteraria famæ scriptores Annium egregie (uti Autores nostri loquuntur) tueatur acriterque vindicant, e quorum numero præter Joh. Nauclerum, Jo. Driedonem, Valerium Anselmum Ryd, Sixtum Senensem, Joannem Lucidum, Michaellem Medicinam, Joannem Curionem, hic referuntur Leander Albertus synchronus & Symmaïsta quidem sed sincerus, Antonius Guevarra, qui Annium a Melch. Cani censura vindicat, Dion. Gothofredus, Guil. Postellus, Alphonfus Maldonatus, & denique Thomas Mazza, cujus Apologia pro Annio Veronæ 1679 in fol. Hetrusce prodiit, & a F. Joanne Baptista Ettoreo Latine conversa Ronchi in 4 excusa est. Autores nostri iudicium hic æquo lectori permittunt, id unum tamen exigunt, ut, si Annianos, Berosum, Manethonem & alios, ut spurios, rejicere placeat, ne propterea tamen Annium falsarium & suppositorem habeat, qui delusus ac falsus dicatur, cum monumenta ad se delata antiqua credit, ceterum nec rationem nec religionem permittere, ut ajunt Nostri, ut ceu fallax & veterator sine teste traducatur. Nam quæ ex ore Latini Latini Antonius Augustinus Antiq. Rom. & Hisp. dialogo X se audivisse refert, & ex eo Vossius repetit, de saxeis æneide ab Annio fictis cælatisque pro libitu monumentis terræque furtim conditis, indeque postea magna ostentatione erutis, prolatisque, ceu vetustissimis, ex autorum nostrorum iudicio est lepida fabella; id quod etiam variis rationibus comprobare annuntur, a nobis, ne nimis prolixi simus,

p. 6:

7:

- p. 14. huc non transcribendis. Ad A. 1508 *F. Thoma de Vio a patria Cajetani*, Cardinalis S. Sixti, vitam & scripta prolixè recensent
15. Nostri, & quod Lutherum honoribus promissis non allegerit, nec apprehenderit, & in vincula conjecerit, sollicitè amoliantur.
17. Nec minori studio Cajetanum ab hæretici nota, quam quidem non solum Ambrosius Catharinus, Dominicanus & ipse, sed etiam Alphonus a Castro, ord. Min. & Gabriel Prateolus, uterque de hæresibus agentes, ei inusserant, vindicant. Addunt & ex *Jo. Bapt. Flavii Aquilani* vita Cajetani, purpuratos patrem eum, ægrotante Clemente VII, ejus successorem designasse, ante Clementem tamen mortuam, quin tanti eum fecisse ipsum Clementem, ut dum Romam ferro & igne vastaret Cæsareus exercitus, de eo uno sollicitus quæriverit, an salvus esset, quod eo extincto ingens Ecclesia damnnum passura esset. De *F. Joanne Tetzelio*, famosissimo isto indulgentiarum nundiatore, commemoratur, eum Saxonem, Pirnae natum, ordinem vel in provincia Saxoniz, ut habet Fontana in Theatro p. 581, vel, ut idem habet, in Constitution. p. 330, in cœnobio Glogovicensi amplexum, & a Magistro ordinis Thoma Cajetano laurea magisterii ornatum fuisse. Ex Fontanæ quoque Actis Cajetani, dubitantes tamen parumper, referunt, Tetzeliuum ab eo Generalem in Polonia inquisitorem institutum fuisse. In vita *F. Lamberti Campestri* tradunt, eum eundem videri, quem Colloquia Erasmi correctæ & interpolata sub nomine ejusdem Erasmi, suam priorè editionem damnantis, typis tradidisse Lutetiz apud Petrum Gromors anno 1524 vel 1525, Erasmo levi seu potius falso rumore nunciatum est: nec tamen Lamberti editionem, diligentissimè licet quæsitam, invenisse se asseverant, unde verisimile putant,
55. hæc omnia falso rumore Erasimum didicisse, qui non raro passus sit sibi fabellis imponi. In articulo *F. Silvestri de Priorio* animadvertunt, *Olearium* in Bibliotheca præter alios hunc
57. Silvestrum cum Francisco Silvestro Ferrariensi confudisse, traduntque, iniquissimum libellum, qui prodit hoc titulo: *Modus solennis & authenticus ad inquirendam, & inventendam & convitandam Lutheranos valde necessarius ad salutem sanctæ sedis Apostolicæ & omnium ecclesiasticorum anno 1519 composuit, in Martini Lutheri perditionem & ejus signatum, per venerabilem*

lem magistrum Silvestrum Prioratam, ex sacrosancti veridici Prædicatorum, magistrum sacri palatii, & generalem Inquisitorem heretica pravitatis, anno 1553 revivus, & satis bene emendatus ab erroribus per reverendissimos Cardinales ad officium SS. Inquisitionis deputatus per S. D. N. papam Julium III. Roma per Jordanum typographum pontificium 1553, & deinde alteri, cui titulus: *Eusebius capiteus, seu Modus procedendi in curia Romana contra Lutheranos, per Hieronymum Merium* (vero nomine Massarium, professione Medicam, religione Lutheranum) Basilea 1553 in 8 adjunctus, novæ etiam *Ortuini Gratti* Fauleiculi rerum expetendarum & fugiendarum editioni ab *Eduardo Browne* procuratoris insertus est, in prima vero editione 1519 ita insignitus erat: *Tractatus quidam solemniss de arte* P. 76
 & modo inquirendi quoscunque hereticos, secundum consuetudinem Romana Curia, omnibus fidelibus, præsertim heretica pravitatis inquisitoribus, utilissimus, compositus a quodam legali Fratre ord. Prædic. ad R. P. F. Silvestrum Prioratam S. P. A. magistrum & inquisitorem in Italia generalem, & ad R. P. F. Jacobum Hochstraten inquisitorem in Germania generalem & c. cujus & alia editio, forte prior, hoc titulo adhuc simpliciore: *Tractatus de arte & modo inquirendi hereticos* habetur, hunc inquam libellum, totum scommatibus in Ecclesiam catholicam, summum Pontificem, Cardinales, tribunal inquisitionis, & ejusdem ministros redundantem, sycophantæ alicujus Lutherani scetum se prodere, eique haud absumilis, qui epistolas viro- rum obscurorum concinnavit. Prieriatem etiam primum Lutheri dogmata convulsisse, scriptisque cum illo conseruisse, cum Onuphrio Panvinio, Rovero Pontano, Jacobo Laingzo, Eysengrinio, asserunt, idque ipsam Lutheri operum gestorumque seriem confirmare, arbitrantur. Nostrum quidem Joannem Totneliam, ita pergit *Cl. Echarlus*, hanc sibi posse merito arrogare palmam haud diffiteor, sed cum folia tantum, ut ita dicam, volantis ediderit, quorum vix ullum superest exemplum, prærogativam hanc & primatum inter scriptores, qui Lutherum impugnaverunt, Prieriati nemo, ut puto, negaverit, nec verendum, ut id Lovanienses, aut quidam alii ita facile abuant. Ita

- p. 67. vita *F. Jacobi Hogoftrati* acerrimam ipsius cum Johanne Reuchli-
no de libris Judæorum comburendis agitatum controversiam re-
68. centent, ejusque acta se simpliciter relaturos, promittunt. Quod
dum facere aggressi sunt, licet omnibus ad hanc controversiam
necessariis monumentis non satis instructi, fabulam esse pro-
70. nunciant, quod ajunt nonnulli, Hogofstratum, visis epistolis ob-
fcurorum virorum, ita commotum fuisse, ut mærore conta-
bescens paulo post obierit, quod decem & amplius annos super-
71. vixerit. Postea de oratione *Hermanni Comitis Nueneris*, viri
elegantioribus litteris ornati, quam coram Carolo V habuisse
creditur, in Hogofstratum admodum injuriam, dubitant, ipsa-
ne pronunciata, an privatim scripta, cumque amicis solum com-
132. municata fuerit, qua de re satis prolixè disputant. In articulo
de *F. Thoma Badia Emilio*, Magistro sacri palatii, fatentur om-
nino, eum *Consilii delectorum Cardinalium & aliorum Pra-
latorum de emendanda ecclesia S. D. N. D. Paulo III ipso jubente
conscripti & exhibiti, Romæque 1538 in 4 excusi, & Colonia
Agripp. 1538 in 12 repetiti, partem magnam fuisse. Viso hoc
consilio, inquit, mirum quam lætati sint heterodoxi ac pane
133. triumphos egerint, sed frustra. Neque enim, ita pergunt, re-
formationem in pluribus necessariam esse, unquam negaverunt
orthodoxi, postulata est instanter & instantius in concilio Con-
stantiensi, instantissime in Basileensi, desiderabatur a Paulo III,
de cogendo Concilio Tridentino deliberante, sed salva fide ca-
tholica, salva Ecclesiæ unitate, salva Pontificis, cui omnes
obedire tenentur, autoritate: quæ tamen omnia convellebant
seculo XVI nati novatores, qui, accepto laudato Consilio, veluti
victores illud mox ediderunt Argent. 1538, addita scilicet a Stur-
mio ad Cardin. Contarenum epistola, insultationibus & sarcasms
plena. Eodem spiritu testantur, *Wilb. Crabaw*, Anglum,
veluti magnum quid adversus Pontificem prolaturum, eandem
opellam rursus prælo excudisse hoc titulo: *Consilium delectorum
&c. ante annos LXX in Concilio Tridentino primum editum, de-
inde Romani Antichristi tyrannico jussu injustè suppressum, nunc
autem ab interitu vindicatum & denuo recusum*, Londini
1609, 4; monent etiam, illud haberi in editione Conciliorum
Crabbeana Col. Agripp. 1551, ab aliis exulare, quia hujusmodi*

Con-

confilia nullam vim habent, neque actis conciliorum annumerari merentur. In vita *F. Melchioris Cani*, Theologi præstantissimi, mentionem faciunt illius æmulationis, quæ inter eum & Bartholomæum de Carranza, Pincia Theologiam docentes, seu potius inter eorum discipulos, qui se Carranzistas vel Canistas vocabant, nata & deinde in præceptores refusa est. Nec dissimulant, Canum in vexatione illa Carranzæ maxima partem non levem habuisse, qui etiam aliquando Admiranti Castellano dâxissetur, æque hæreticum esse Archiepiscopum Toletanum ac Lutherum; postea tamen Canus ab eo dicto se purgare conatus est, contestatus, ex ore suo nunquam prodiisse, seque ex animo Archiepiscopum revereri. Carranzæ Catechismus, ejus causa in carcerem detrusus vulgo creditur, Hispanico idiomate 1558 fol. Antverpiæ prodiit, eleganti caractere, hoc titulo: *Comentarios &c. sobre el Catechismo Christiano divididos en quatro partes, las quales concienon todo lo que professamos en el sancto baptismo, como se vera en la plana siguiente dirigidos al serenissimo Rey de Espanna*, quo tamen hæretici ad suas opiniones firmandas non usi fuisse leguntur. Alias ergo potius rationes ortæ in Carranzam tempestatis allegant Nostri, inter quas prima est, ne Toletanus præ ceteris gratia apud Philippum valeret, altera, quia primo & ditissimo Hispaniarum beneficio potius est, quod summum Inquisitorem ambivisse volunt, hinc æmulationis in Toletanum conceptæ finem nullum fuisse. Et ne quis miretur, talem virum, qualis Carranza, hæreseos insinulatum fuisse, annotandum esse ducant, eam ea ætate viros omni exceptione majorum, & pro fide catholica acrius pugnantium fuisse sortem, ut ceu suspecti in judicium traherentur, & violatæ religionis postularentur. Nimirum (his verbis Carranzæ vitam ob signant) cum sævis aliquando tempestatibus ex parte hæreticorum Petri navicula jactatur, sæpius evenit, ut homines quidam semidocti, zeloque, sed non secundum scientiam, ferventes, in ipsos Ecclesiæ strenuissimos defensores insurgant, eos cum fidei hostibus cæco & impotenti animo confundant, ad tribunalia innocentissimos ceu reos trahant, ac damnari, qua valent apud Principes gratis, totia viribus satagant, &c. In vita *F. Abrabamæ*

242.

241.

242.

243.

493.

mi *Bzovii* observatur, eum *Annalium Ecclesiasticorum* opere adversarios plures provocasse. Inter hos primus nominatur *Georgius Herwartus* in libro cui titulus: *Ludovicus IV imperator defensus, Bzovius injuriarum postulator*. Monachii 1618, 4. Causam vero, quare Herwartus adeo in *Bzovium* infurrexit, hanc fuisse voluit, quod *Annalium* tomum alterum, in quo de *Ludovico IV* *Navaro* Imperatore agitur, Herwarto non transmisisset emendandum. Testantur vero, *Bzovium* de *Ludovico IV* tractaturum, *Bojorum* saepe litteris interpellasse tabularia, rogasseque, si quae forent in illis ad gentis laudem, defensionem & jura, proferrent, humaniterque communicarent, sed pulsanti saepius & roganti prolatum nihil aut transmissum. Quam autem bonae fidei esset *Bzovius*, ipsum ostendisse, quod *Herwarti* conviciis nihilo commotior, ubi ejus librum legit, mox alteri T. XIV editioni instrumenta de electione *Ludovici IV*, ab *Herwarto* primum prolata, bona fide inseruit. Alii culpant *Bzovium*, quod in *Annalibus* suis nimius fuerit ordinis sui praeco & minutiarum sectator. At ut in his forsitan excesserit *Bzovius*, ita loquuntur, cordatioribus tamen venia haud indignus videbitur, si attendant, ea *Bzovium* *Ecclesiae* secula enarranda habuisse, quibus recens exorti fuerant *Prædicatorum* aliorumque *Mendicantium* ordines, qui cum ad quaeque *Ecclesiae* negotia a *Pontificibus* adhibiti fuissent, quin de illis saepius loqueretur, non solum non potuit effugere, sed & necesse habuit. Imo subjiciunt, *Odericum Raynaldum*, qui plurima ex *Bzovio* fere totidem verbis excipiat, non pauciora quam illum de *Dominicanorum* meritis, imo & plura quae illi exciderant, referre. In vita *F. Thomae Campanella*, singulari studio adornata, referunt, eum ob nonnulla, quae ei exciderant, circa *Hispanum* regimen, novarumque rerum in regno *Neapolitano* molitiones, apud *Hispanos* *Ministros* suspectum, *Neapolim* ceu *majestatis* reum tractum A. 1599 & in carcerem conjectum, durissimisque tormentis vexatum fuisse. *Imprimis* vero *Viri Celeb. Brn. Sal. Cypriani* vitam *Campanella* examinant, & sodalem suam a crimine *Atheismi* liberare student, inter alia observantes, quod *Gassendum* a scribenda *Epicuri Philosophiae* avocare conatus sit, veritus, ne illius dogmata pluri-

pluribus exitio essent, & pessumdarent religionem. Ceterum accessit sub finem operis sacrum Gynecæum Dominicanum, Sorores Ordinis Prædicatorum, quæ scriptis claruerunt ab A. 1220 ad 1720 complexum, quod excipiunt denique varii Indices in utrumque Tomum. p. 830. 850.

Atque ita recensione defuncti videbamus, nisi nos morarentur quædam in vita Cl. *Michaelis Lequien* obvia, quæ, cum Acta hæc nostræ eorumque fidem, quam suspectam reddere cupiunt boni viri, concernant, sicco pede præterire non possumus. Sed en ipsa Autorum verba, quæ p. 809 seqq. leguntur: „*Qui* „*Eruditorum Lipsiensium Actis in ordinem componendis invigilat, eaque in lucem edit, in hac nova S. Damasceni editione,* „*seu potius in Lequienii notis, sibi visus est erratum deprehendisse. Sic enim anno MDCCXIII habet: Hunc Johannem Ægeatem diversum puto a Johanne Rhetore, cujus historiam laudat Evagrius, licet cum eo eundem facit Vir Clariss. Michael Lequien ad Damasceni T. I p. 369, nec minus diversus est a Johanne Antiochæno Malala, cum quo confundit Combessius in Originibus Constantinopolitanis p. 59.* „*Hæc legens Lequienius, ad tantam clari Critici exerrationem obstupuit, sibi bene conscius, nusquam Ægeatem cum Johanne Rhetore eundem fecisse. Et quandoquidem Acta Lipsiensia ab omnibus leguntur, quosque eruditos Lequienius invitat ad locum ipsum a Critico laudatum attentis oculis examinandum, ubi videbunt, Iohannis Ægeatis, hominis Nestoriani, nullam fieri mentionem, sed Iohannis Hæsitantis seu Monophysitæ, qui Lequienio idem videtur fuisse cum Johanne Rhetore, sed plane diversus a Johanne Malala. Et ut plenius, quid de his hominibus sentiat, perspiciant, legant dissertationem tertiam huic Tomo primo præfixam pag. 51 & seqq. Hinc saltem eruditi cautiore fient, ne Actis illis Lipsiensibus subito fidem habeant, & ubi de scriptoribus præsertim Catholicis agitur, quod in his culpant illi censores, ad justum criterium revocent. His verbis perlectis recensione novæ editionis Damasceni a Cl. Lequienio procuratæ in Actis 1713 a pag. 1 ad 7 legimus integram atque relegimus, neque tamen ullum horum verborum vestigium reperimus, multumque mirati sumus, quid ergo tantopere obstupuerit Clar. Lequienius. Accidit*

810.

vero postea peropportune, ut in Cl. *Fabricii* Bibliothecæ Græcæ Libri V partem alteram, sive Vol. VI, A. 1714 editum, incidere-
mus, ubi p. 113 in notula textui subiecta hæc eadem habentur
verba: *Hanc Joannem diversum puto a Johanne Rbetore, cujus
Historiam laudat Evagrius, licet cum eo eundem facit V. C. Mich.
Lequien ad Damascenum T. I p. 369, nec minus diversus est baud
dubie a Joanne Antiocheno Malala, cum quo confundit Combe-
sius (Combesilius) in Origg. Cpolitans p. 59.* Credebamus et-
iam, in anno solum indicando falsos fuisse Autores, eoque Annum
1714 Actor. in quo p. 393 sqq. Fabricii Volumen illud recense-
tur, evolvimus, sed æ ulla quidem ibi de Joanne Ægiate men-
tio; quamvis, si vel integrum e Cl. Fabricio locum descrip-
semus, non tamen illius sententia nobis illico, qui historici tan-
tum partibus fungimur, tribuenda erat. Quodsi itaque non ma-
gis certiusque explorata reliqua habeant, quæ passim in Prote-
stantes jactant, parum abest, quin pium monitum de caute legen-
dis Actis nostris, in ipsos Rev. Autores retorqueamus. Sed ne
symmictis quidem suis parcunt, nunc regulares, inprimis Mi-
nores, acrius pungentes, nunc aliis Ordinibus Viros suos claros,
ut Augustinianis *Johannem de Palitz* seu *Palz*, (vid. T. II p. 35),
qui semet ipsum sacræ Theologiæ humilem Professore[m] ordi-
nis Fratrum Eremitarum S. Augustini vocare consuevit, confi-
denter satis eripientes. Sed de his forte alias.

**S. GAUDENTII, BRIXIÆ EPISCOPI, SER-
mones, qui extant. Accesserunt RAMPERTI & A-
DELMANNI Opuscula. Recensuit & notis illustravit
PAULUS GALEARDUS, Canonicus
Brixianus.**

Patavii, apud Iosephum Cominum, 1720, 4. maj.

Alph. 2 pl. 4.

REV. Autor jamdum doctrinæ suæ nobile documentum dedit
in additionibus ad Ughelli Italianam Sacram Tomo IV, om-
nemque hæctenus impendit operam, ut antiquitatem sacram,
tracto in gloriæ societatem fratre Julio, illustraret. Nunc vero
S. Gau-

S. Gaudentii, Brixienſis Epilcopi, Sermones in publicum profert, fatiſ equidem huc uſque notos, neque tamen apud omnes tam reverenter habitos, ut eximij aliquid in iisdem contineri putarent. Quod conſilium cum ſuaſu Reverendiſſimi Præſulis, Joannis Franciſci Barbadici, a Veronenſi ad Brixienſem Præſulatum translati, ſuſcepiffet, juſtum eſſe putavit, ut eidem illuſtre hoc monumentum inſcriberet, facta ſimul virtutum mentione, quas ille cum Gaudentio adeo communes habeat, ut invicem in comparationem fuerint adductæ. Quo veneratio- nis officio perſoluto, præfatur operi, vitamque S. Gaudentii or- ſus, eum ad finem Seculi IV refert, quo magni Viri, Hierony- mus, Ambroſius, Auguſtinus, florere. Anno igitur circiter 386 exeunte, quum expiraret Philaſtrius Brixienſis, & Gauden- tius in Oriente verſaretur, abſens quidem vacuæ ſedi deſtinatus eſt, civibus ſacramenti religione ſeſe obſtringentibus, non ali- um ſe Præſulem niſi hunc ſuſcepturos eſſe. Ac ille id ignorans, dum alias ingenii opes conquirat, Sanctorum reliquias una colle- git, acceptis Cæſareæ apud Cappadocas quibusdam XL Marty- rum liſanis, quæ redux in patriam ſecum detulit. Exſtat teſta- mentum horum ſanctiſſimorum pugilum in Bibliotheca Vin- dobonenſi, quod in Academia noſtra prelo deſtinatum, inſi- gnem his, qui de reliquiarum cultu contendunt, pacificationem afferet.

Annus τῆ ἐνθρονισμῆ certo deſignari nequit, vero tamen eſt ſimile anno Chriſti 387 eum contigiffiſſe; tanto autem certio- ra ſunt ſtudia ſanctique labores, quos magno conatu ad ampli- ficationem Eccleſiæ impendit, gratos quidem adeo & acceptos non plebi tantum ſed & eruditis, ut paſſim conſtitutis notario- rum globis dicta illius exciperentur. Id conſtat e tractatum in- ſcriptionibus, quæ notariorum exceptionem ſatis teſtantur. Ea- dem incertitudo patriam Gaudentii explorantes tenet, quæ non- dum detecta, niſi ex ingenti Brixienſium ſtudio, quo in ipſum arſere, colligere velis, virtutes Præſulis vel ab incunabulis ipſiſ cognitas fuiſſe. Ceterum Gaudentii fuere plures, a Noſtri ætate parum diſſiti, Ariminenſis Præſul, infelicis zeli homo, ideoque confoſſus: Gaudentius Tamagutenſis Præſul, cujus Epistolæ Auguſtinus refutavit; Gaudentius Novarienſis, omnes non tam

nobiles, ut Volaterranus eorum meminisse, Nostri autem hujus oblivisci debuerit; quod recte Galeardus monet, addens eos, qui civilem gessere togam, Gaudentium correctorem Venetiz & Istriæ, & alterum Nufiz maritum, qui apud Octavium Rubeum collectione Inscriptionum Brix. reperiuntur. Inter scripta Gaudentii palmam tenent Sermones Paschales, quos Labbeus citius, Clar. Autor serius scriptos putat, quique Benivolo, Magistro memoriz apud Valentinianum Augustum viro orthodoxis caro, Arrianis infenso, confessione splendenti & præmia proditiōnis aspernanti inscribuntur. Debebat Benivolus legem scribere, qua fides concilii Ariminensis confirmabatur: quod licet ille detrectaret, scripta tamen & Cod. Theodof. L. XVI Tit. de fide Catholica inserta, dura, hercle, & Catholicis summpere obfutura, nisi paulo post sublata erasque fuisset, quia in Cod. Justiniano non extat. Sermones Gaudentii pietatem & eruditio- nem spirant, utilesque videntur his, qui quosdam illius ætatis ritus defendere gestiunt, minus validi apud eos, qui talia inter superstitiones referunt, quales sunt Magdeburgenses, a quibus Gaudentium esse neglectum Wilhelmus Alanus queritur. Quam A. 404 Ecclesia Constantinopolitana ob sede pulsum Jo. Chrysofomum turbaretur, Gaudentius una cum aliis ad Arcadium Imperatorem componendarum litium gratia missus est, sed eventu inani, unde variis vexatus ludibriis domum rediit, laudatus tamen a Chrysofomo Ep. 184. Ut vero patria & annus susceptæ fedis latent, sic annus ipsi fatalis certo signari nequit, Labbeo ad A. 427 progrediente, Tillemontio intra A. 410 subsistente, quem falli non putamus, quia Rufinus interpretationem recogitationum Clementis a Salvia, incertæ multumque in- quisitæ dignitatis virgine, expetitam ipsi inscripsit. Quatuordecim annos in Episcopatu vixisse, ipse Gaudentius sermone de vita & obitu Philastrii fatetur, potuitque fortasse diutius pro- trahere vitam, quia juvenis admodum cathedræ adnotus fuit, qua de re Cl. Virum, Moshemium, Philastrii editionem profes- sum pro magna, qua pollet, facultate uberius acturum esse spe- ramus. De scriptis aut nulla aut parva controversia existit: de Paschalibus enim sermonibus ad Benivolum nemo dubitavit, re- liquos

liquos autem ipse Gaudentius pro suis agnoscit; quorum quorundam in Benivoli ædibus fuisse habitos Cl. Galeardus collegit, quos inter Sermo de Petro & Paulo primas tenet. Is editioni opusculorum Zenonis Venetz 1508 olim insertus, sed e Veronenfi A. 1586 sublatus fuerat editorum consilio, ideo quod in MSSis sancti Zenonis codicibus eum non invenissent. Hinc Galeardus eum ex Veneta editione, tum ex Cod. Urbinatenfi & Vaticano depromsit, suæque editioni inseruit. Quem excipit Sermo de vita B. Philastrii e Bibliotheca Brixienti de-promptus & a Lipomanno & Surio editus. Præter hos genuinos foetus Gaudentio supponitur Commentarius in Symbolum Athanasianum, ad stipulante Elia Capreolo² Hist. Brix. Lib. III & Ughello in Episc. Brix. quod tamen falsum esse, inde constat, quia hoc Symbolum finiente tandem Seculo V a Vigilio Tap-pensi conditum fuit. Ita etiam frustra Autor habetur rhythmii in S. Philastrium compositi, quemadmodum Rampertus Episcopus Brixienfis pridem ostendit. Falso pariter ad ipsum trans-ferretur Liber de singularitate Clericorum, quod Jo. Fellus in edi-tione Cypriani miserrime fluctuans opinatus est, cum tamen il-le liber altioris antiquitatis notas manifesto præ se ferat. Quan-do autem Casparus Barthius noster suas de Gaudentio, Victori-no, Eucherio, Maximo dubitationes prodidit, magnamque confusionem inter scripta cuique horum assignanda ortam sus-picatus est, id quidem pro inexpiabili errore haberi non debet. Etenim ea quæ de æqualitate styli, attulit, ferri quodammodo possunt, etsi minus certa sit illius dubitatio de Inscriptione Opp. Gaudentii falsa, quo capite a reliquis tantam sui fidem non fa-cientibus omnino Gaudentius debebat secerni. Ceterum severius paulo cum Summo Viro actum Nostro putamus, quando Cotte-lerii verba parum meditata tanta jucunditate repetuntur, quasi Barthius minorum gentium Criticus fuerit: innumera enim ejus in exercitio Critices *ἑυεργετήματα* extant, quibus tot exteri pro-funda nominis dissimulatione utuntur: quibus si auferenda es-sent, quæ vel ex Barthio, vel aliis transmontanis sumfere, ipsis quidem non modo inter minorum gentium Criticos, sed & in-ter Criticorum Pygmæos consistendum foret. Profecto in tanta

operis Barthiani vastitate benigne ferendum erat, si, quod de pluribus certo affirmaverat, de uno iis immixto paulo liberius vel obscurius asseruerit. Rectius autem Galeardus adversus Du Pinium calamum exseruit, suumque Gaudentium vindicavit, quando & meditationes & eloquentiam Præsulis nauci fecit, interque minorum gentium Patres retulit, siquidem omnino, modo quis eum attente legerit, insignem imeditandi profunditatem, magnam eloquendi felicitatem, typos evolvendi, allegoriis uttendi facultatem, verborum gravitatem & pondus, exquisitumque selectum habet, ut omnino falsum sit, quod de styli simplicitate & frigida & sterili dictione pronuntiavit: quod adeo certum est, ut præter ea, quæ Galeardus attulit, multo adhuc plura superesse asserti nostri documenta putemus. Propterea optimo consilio factum, quod post impressiones 1569 & 1575, sed salebrosas, seorsim Gaudentius orbi auctus & castigatus & illustratus datus fuerit, etenim spes inde nascitur, famam illius jam olim claram magis adhuc inde conspicuam fore. Usus autem est Cl. Editor in adornanda editione Codd. MStis duobus Vaticanis & uno Urbinatensi, excerptoribus variarum lectionum Francisco Blanchino, & Carolo Majello, quibus accessit Codex Flor. Bibliothecæ S. Marci, tum editiones Bibl. Patr. Par. 1589, Col. 1618, Lugd. 1677: adjecta sunt ad calcem Ramperti sermo de translatione B. Philastrii & Adelmanni Epistola de corpore & sanguine Christi, quam integram se adepturum frustra speraverat.

Hise præfatione delibatis, addimus nonnulla quæ in notis Cl. Viri observatione digna censuimus. Pag. 3, quando Gaudentius *Benivolo* sermones dedicavit, ex inscriptionibus Rubenianis exemplum profert, hoc nomen non nisi hac ratione pronunciatum esse. Ita Marco Aurel. Dubitato & Cajo Centullo Fortunato lapis erectus:

INDUSTRIO AC BENIVOLO.

Plurimis militiæ honoribus functo.

Pro suæ pietatis merito.

MARCO AURELIO DUBITATO.

V. J. Patri.

&

&

C. CENTULLO FORTUNATO.

Adulescenti Clarissimo.

Pag. 5 de Justina, Valentiniani Imperatoris Coniuge, Ariano-
rum faultrice, deque *Magistris Memoria*, pag. 7 de Notariis fa-
tis accurate differit, atque ibidem quendam Gregorii Nazianze-
ni locum, Pirckheineri interpretatione depravatam, rectius illu-
strat. Pag. 10 laudat Codicem MS. Evangeliorum *Monasterii*
S. Juliae civitatis Brixia, aureis & argenteis grandioribus literis
in membranis violaceis exaratum, qui tanquam pretiosum anti-
quitatis cinnehum apud easdem Moniales asservetur. P. 13 divi-
nat, Gaudentium, quæ de triplici correptionis genere dixerat, ex
Cassiano depromisse; quo loco recordari poterat, *Barthium*, an-
te hac fugillatum, forte non præter rem censuisse, Patres coz-
vos suis sese invicem fontibus irrigasse: cujus rei iterum memi-
nisse poterat pag. 15, quando Ambrosium & Gaudentium iis-
dem phrasibus esse usum agnoscit. P. 22 vulnus e textu aufert
& *gustus* loco, *astum* reponit; de quo ut gratulamur, ita dole-
mus, quod *Barthio* vulnus infixisset, quum tamen fateatur, Vi-
rum insignem lectionem suam congestis Veterum exemplis
probasse. Pag. 24 de Pervigilio Paschali ex Tertulliano, La-
ctantio, Hieronymo, Augustino, Adone Viennensi differit, hi-
cet de eadem materia Centumvires Scriptores alias jam ad fa-
stidium dixerint. Pag. 25 *Du Pinium* perstringit, cujus correptione
jam præfationem nobilitaverat. P. 37 Gaudentium nec satis
refellit, nec satis defendit, quando asseruit, festo Paschatos a-
gnum Paschalem per domos occisum, quod ex inspectione Jose-
phi de bello Lib. VI c. 9 fieri poterat. Pag. 44 quum vocabulum
BRODHIUM in Gaudentio reperisset, mira lætitia perfusus ait:
pergaudeo, Italice linguæ jam tum exordientis semina apud
Gaudentium nostrum reperiri. P. 64 in eodem Scriptore quas-
dam Chiliafmi nebulae deprehendit. P. 63 incarnationem Chri-
sti sub calceationis schemate a Veteribus adumbratam confir-
mat. P. 76 de *εὐγενοπλας*, sive *subcineritiis panibus*, eorum-
que usu, ex Fratris Julii testimonio differit, addens, sibi videri
panem specusiticum, a Plinio Lib. XVIII c. II citatum, ad subcineri-
tios

tios pertinere. Pag. 85 *Nicolaum Comnenum Pappadopoli*, tecto ejus nomine, sed opere citato, perstringit, quod ineptum judicium de *Cardinali Bona* tulerit. Pag. 107 de hydriis Canaiticis ex *Macrorum Lexico*, de *Metreta ex Polluce*, de *Architriclinio* p. 113 ex *Asben.co* diligenter disseruit. P. 141 ad verba *Gaudentii*: *Davidem fastigium dignitatis peculiari carmine celebrasse*, hæcque verba cecinisse: *Puffulus eram inter fratres meos*, observat, Jo. Gregorium in *Observat. S. Tom. IX Crit. Anglic.* putasse, hoc carmen non esse in recentioribus libris expectandum; ipse vero *Galeardus* ostendit, hunc *Davidis Psalmum* in nupera editione *Psalmorum eminentissimi Thomasi* p. 650 insertum, & in editione *LXX virali A. 1588* ultimo Tomo positum esse, cognitumque *Patribus* & ab *Athanasio* in *Synopsi* citatum, tum a *Cl. Fabricio Pseudepigraphis* insertum, e quo etiam sua hausit. P. 145, dum *Gaudentius Strategos* magistratus templi nominat, ita *Galeardus*: *Nihil profecto, quod sciam, strategi ad templum pertinebant, sed rem militarem curabant, ut ex T. Polluce Lib. I C. X satis liquet, & Plinio Lib. IV C. IX, ubi Thraciam in L. Strategias divisam dicit.* Sed benigne ferat *Vir Cl.* si dubitatio ipsi eximatur. Leguntur enim non obscura de *strategis templi* in *Actibus Apostolorum*, *Act. IV & V*, unde neque ex *Polluce*, neque ex *Plinii Thracia* illa *Strategia* accersenda erat. *Josephus* idoneus rerum patriarum testis, sæpissime de illa mentionem facit, eamque vel ordinariam fuisse refert, quæ plerumque Pontificum agnatis committebatur, vel extraordinariam tempore festivitatum, quæ a Romanis exercebatur, cessanteque festo cessabat. *Joseph. Archæol. L. XX c. IV, & Ed. ult. Anglie. p. 887, 1072, 1091.* Sed talia ab his non petenda sunt, qui minorum gentium Criticos persequuntur. P. 145 bene *myrum pro myrrhe* restituit: frequens enim jam tum erat *Scriptoribus* mos, & frequentior posteris, ut *Græcis* vocabulis tanquam *Latinitate* donatis uterentur, quod & apud *Rampertum* p. 271 videas, quando puerum *Colobum* dicit. P. 159 bene colligit, *Gaudentii* ætate multas adhuc fuisse *Paganismi* reliquias, quandoquidem postea *Gregorii M.* tempore profana religio in suburbicariis oppidis nondum plane radicata esset, inde *Galeardus* rideat *Brixianos* scri-

scriptores, qui Seculo II totam Brixiz urbem ad Christum conversam tradidere, qui honor rectius ad Philastrum transferri debeat. P. 161 Brixianarum sceminarum notabilem fuisse cultum refert, quippe qui cum ipsis etiam Reginis certaverit, atque eo usque fuerit productus, ut equis & mulis ex argento & auro ornamenta appenderent. P. 181 poterat Criticam adversus Baronium exserere, qui ex Tertulliano, solum Pontificem Romanum Episcopum Episcoporum dici debere, demonstrare volebat: sed maluit hac vice minorum Criticorum vexilla sequi, quam confiteri, Tertullianum per ludibrium modo ita de Pontifice Romano locutum. P. 184 pulchre ostendit, illius ætatis præsules in tuas sibi laudes cecinisse, quod *Gregorii Nazianzeni* exemplo erga *Basilium* confirmat: sed poterat alteram *Gregorii Naz.* orationem in *Maximum Cynicum* addere, qua tamen sibi metipse paulo post maximam calamitatem accessit, surgente in ipsum Maximo, & ad desertionem cathedræ quodammodo compellente. P. 186 monet, loca, ubi reliquæ martyrum depositæ, concilia Martyrum esse dicta, *Rubrumque* notat, quæ hoc commune Ecclesiarum nomen fuisse scripserat. P. 188. Hic vero tandem *Barthium* tanquam Summum Eruditumque Virum laudat, nec tamen sequitur, cum malit MSS. simplicitatem, quam emendationes retinere. P. 190 curiosa sunt, quæ de sanguine SS. Martyrum, *Gervasii & Protasii*, gypso collecto affert, quem morem utinam profundius descripsisset, ut certius sciremus, an per gypsum vasa figulina intelligerentur; laudat præterea *Aringhium* ea de re scribentem. Quæ dum excerpimus, allatus est ad nos *Jacobus Boldetus Romanus*, qui de cœmeteriis Martyrum nuper copiosius egit & observationes magno volumine Romæ editas Pontificique dedicatas A. 1720 publicavit, de quo proximo Mense agemus uberius. P. 191 lectionem antiquam *Agatini* ex MSS. Codicibus bene emendavit in *Ananiam*, quæ 27 stadiis Tridento distat. Ibidem adversus *Hornium*, peregrinationes sanctas a Seculo IV auferentem, ex *Origeno & Hieronymo*, ante *Constantini M.* tempora solennes fuisse, confirmat. P. 191 inserto e MSS. integro cominate ostendit, quantum erroris corruptæ editiones causare possint, decepto etiam *Tillemontio*, ut per-

perversam plane interpretationem Gaudentio daret. P. 237 ad verbum Gaudentii de Paulo: *Pretiosum fidei myrum portat*, in laudes Scipionis Maffei transgressus, ejusque dissertationem Italicam de Veronensium origine extollens, gratus agnoscit, sibi a Cl. Viro illam emendatam Lectionem suppeditatam esse, quum ipse antea *pretiosum fidei murum* legisset, exque eo ut bonarum artium columnam laudat: quam utinam Barthius gratiam reperisset, cui tantum non pilos, sed barbam evellere satagit. P. 241 de libello Philastrii monet, Illustrem *Fabricium* aliquid esse molitum, quæ nunc illius editio extat; addimus, Cl. *Mosheimium*, Kiloniensem, eruditum Tolandi confutatorem, pro ea, qua pollet, facultate, idem agere, ut Philastrium boni commentatoris indigum illustret. P. 242 inanem illorum opinionem statuit, qui arbitrati sunt, Augustinum Philastrii opera e Manichæorum castris ad orthodoxos revocatum. P. 246 monet ex Ramperto, Gaudentium hymni in Philastrium compositi auctorem non esse, quippe cujus nec salivam nec stygum habeat; est vero ille per Acrostichidem compositus, ita ut initiales versuum literæ hanc inscriptionem conficiant: *Philastrius Brixienfis Præsul*. Ad calcem hujus hymni aliquot disticha exhibentur, quæ quodammodo innuunt, *Perfectum* quendam hymni autorem extitisse, quod tamen parum certitudinis habet. P. 261 de more sanctos Viros sub altaribus condendi breviter sed solide differit. P. 269 ex Gothica voce *Asta*, præeunte Vossio, agnoscit, Seculo IX linguam Gothicam Italis aliqua ex parte vulgarem. P. 275, quid *Flamineæ* sint, ita explicat, ut credi queat, domus sacerdotales eo vocabulo designari, etsi forte parum erraturus sit, qui per *Flamineæ* Monialium claustra intelligere voluerit. P. 279 de Linearum narratione tractat, simul fatetur, exitialem fuisse fraudem, quæ inter se concertantium, quæ ut origines suarum Ecclesiarum antiquas facerent, ab aliis Ecclesiis Episcoporum nomina mutuari solebant, etsi nunquam apud sese confederunt. P. 287 Epistolam Adelmanni, Scholastici Brixienfis, ad Berengarium exhibet, de cuius ætate disquirat. *Octavus Rubens* Adelmannum Brixie in conflictu adversus Berengarianos obiisse voluit A. 1046, sed narratio probabilitate caret, quum eo

Tempore adhuc nec Scholasticus Leodienſis, nec hæreſis Berengariana orta eſſet. Quin immo A. 1061 vixiſſe dicitur, cui a Nicolao II Pontifice adverſus Concubenarios actio commiſſa, quod perperam intelligens *Flavius Blondus Foroliviienſis*, crimen in ipſum Adelmannum detorſit, indiligens ſcriptor, qui majorem curam habuit multa potius, quam vera, ſcribendi. Voluit Cl. Autor epistolam integram edere, omnemque operam impendit, & *Francſcum Blanckinum*, *Carolumque Majellum* Romæ, Florentiæ *Virginium Valseccham*, Pariſiis *Montſauconium*, Viennæ *Benedictum Gentilottum* adiit, qui tamen, quod non habebant, dare non poterant. Edita hæc epistola Lovanii A. 1551 & 1561 studio *Jo. Ulimmeri*. Editio poſtrema variantes lectiones habet curante *Joſepho Anſonio Saxio*; eadem a *Bulzo* Hiſtoriæ Academiæ Pariſienſis inſerta, unde Max. Rev. *U. G. Siberus*, tunc Presbyter Sneebergenſis, hodie Lipſienſis, Collega noſter honoratiſſimus, Lipſiæ A. 1710 commentario de illuſtribus Alemanniſ ideo inſeruit, ut adverſus *Edmundum Albertinum* abjecte de Adelmanno ſentientem ea uteretur. Monet *Galeardus*, Max. Rev. *Siberum* noſtrum qui Adelmannum Germanis ſeu Alemanniſ ex ſuffragio Sigeberti Gemblacenſis accenſuerat, id probare non poſſe, cum ipſe Scholasticus Brixienſis ſe non Alemanniſ ſed Adelmannum dixerit. Mox in notis ad Epistolam p. 302 contendit, non videri ſibi Adelmannum Leodiienſem fuiſſe, nec fortaliſ fuiſſe trans Alpinum ideo, quod ſe inter Teutonicas aures diu peregrinari fateatur. Verum id ipſum, quod ad auferendum Germanis Adelmannum Cl. Vir protulit, tanto fortius eundem Germanis vindicat. Hoc ipſum enim Adelmanni nomen plane Germanicum eſt, origineſque Brixienſis Præſulis ſatis demonſtrat: nec *peregrinatio* inter Teutonicas aures hanc aſſertionem deſtruit, quum peregrinandi vox meram vivendi ſignificationem apud Adelmannum habeat, quod ex ejuſdem Epistola conſtat; unde certum eſt, non alia ratione ſe peregrinantem dixiſſe, atque *David* ſe peregrinum cum Patribus dixerat, qui tamen conſtanter in Paſtina reſederant. Præterea, quum Berengarium Francum fuiſſe conſtet, cujus ſe Collectaneum Adelmanus vocat, cum quo aduleſcentulo ipſe maiuſculus in Academia Carnotenſi fuerit

educatus, ad quem, cum literas mittere vellet, hominem linguæ Francicæ non ignarum quærebat, certe non amplius dubitandum erit, Adelmannum Germanis, ad quos Franci pertinebant, accensendum esse. Ceterum eruditæ sunt notæ, quibus illam epistolam Galeardus illustrat, quando nempe adversus Autorem Syntagmatis de celebribus Scholis, de visione Fulberti, de Capellis, de Episcopatu Paulini Metensis, de merfione in Baptismo sec. IX, adversus *Josephum Vice-Comitem*, de voce credendi in transubstantiationis negotio disputavit. Tandem monet, insigni errore a postremis Anecdotorum Parisiensium editoribus rhythmos Adelmani Berengario adscriptos esse, quod summopere falsum esse, vel inde constat, quia Adelmanus in fine eos a se conscriptos esse, satis testatur.

VINDICIÆ ANTIQUÆ CHRISTIANORUM
discipline, adversus JO. TOLANDUM. Accedit
de vita, fatis & scriptis TOLANDI
Commentatio JO. LAURENTII
MOSHEIM.

Hamburgi, impensis Viduæ Schilleri & Kifneri, 1722, 8.

Alph. 1 pl. 8.

POST præfationem succinctam S. R. Buddei, quæ Atheismi calumnia a Scriptura S. depellitur, Autor maxime Reverendus, cujus, anno scilicet 1694 demum nati, eruditionem miratur subjecto Epigrammate Hæzus, ipse itidem nonnulla præfatur, qui Nazarenum Tolandi elapso anno peculiari dissertatione exhibitum, denuo, & multo quidem auctius emendatiusque prodire jubet, simul nuac quoque Amyntore Tolandi excusso, celeberrimique Mangeyæ ac aliorum Anti Tolandianis simul sedulo collatis. Placido ac tranquillo scribendi genere electo, id sibi datum putat Clar. Autor, ut Tolandi persequens vestigia, ad difficilia simul & selectiora sanctioris disciplinæ, ac Historiæ sacræ capita excurrat, adeoque de Nazareorum, Barnabæque Historia, Ebionis item defensione &c. prolixius quandoque, sed tamen erudite, tradat, eaque insuper, quæ absoluto jam tam opere.

re, ex Lequienii, Lenfantii, Beaufobrii, Heumanni, respectu Nazarzorum, observationibus obvenerunt, simul in præfationis sine attingat, ac, edito nunc Animadversionum Sacrarum & Historiarum libro primo, in publicando magno antiquitatum Italicarum Thesauro, qua de re nondum aliunde nobis innotuit, tempus otiumque consumat. Opus ipsum auspiciatus, fidem Tolandi statim occasione Reipublicæ Mosaicæ ejusque æternitatis accusat, utpote qui infamare potius, perinde uti in Adeisidz mone, quam laudare Mosen voluisset, tribusque postea sectionibus omnia comprehendit, quarum *prima* de Barnabæ Evangeliiis, Nazarzorum & Ebionitarum Historia, itemque, an Turcæ Christiani sint? *secunda* de antiqua Christi sectatorum disciplina, *tertia* denique de quæstionibus, occasione librorum N. T. motis, aliisque disquirat. Ac Barnabæ quidem illud Pseudo-Evangelium doctissimo inprimis Monetæ aliisque rerum existimatoribus ætatem minime fert, vixque trecentorum videtur esse annorum, Muhamedanum autorem, cum multa Servatoris optimi injuria, (qualis est, Judam, non Christum, actum esse in crucem,) abunde loquens, quod Noster capite integro scite solidissimeque docet, ac *verum* Evangelii, immo, quod Turcicum illud esse nequeat, a recentiori scilicet Apostata forte confectum, sibi que Tolandus hic vel obloquatur ipsi, idoneis rationibus commonstrat. Nazaræi ac Ebionæi, quos proximis, iisque veris Christianis venditaverat Tolandus, quosque unam fecisse Sectam, arbitratur, negato nunc, mutata sententia pristina, utroque, sistuntur postea, utpote qui doctrinis, quas Nazaræi fovissent meliores, librorumque, quibus usi sint, sacrorum discrimine inter se distinguantur. Patrum quoque parum honorifice meminisse Tolandum, notatur, tamen si Epiphanius vel ipsi Autori nostro frigidus in permultis & indoctus scriptor, immo homo levis, Hieronymi vero scriptiones infidum mare, cui si quis absque ratione & prudentia duce temere se committat, naufragii subeat periculum, (alibi nimium ejus in disputando fervorem, immo fraudes ipsas & mendacia accusat,) aliquando audiant. Nazarzorum post hæc legitur Historia, dum vel ipsi Christiani hoc nomine a Judæis per contemptum, a Tertullo

p. 9 sqq.

28.

30. 36 sqq.

40 sqq.

67 sqq.

79 sqq. 82.

50 sqq.

55 sqq.

53. 97.

86 sqq.

89.

93. 140.

94.

117 sqq.

169. 170.

- p. 129. inprimis, Act. XXIV, 5 (in alia licet circa hunc locum digredientibus Lensantio ac Beaufobrio) appellitati, sectaque Nazarenorum multo tardius, forte sub Constantino M. cum Judæis quibusdam, qui Christo simul & Mofi obedire voluissent, fuerit exorta; a Symmachianis tamen distinctam omnino mansisse progeniem illam, alibi, idque fufius, excutit, ac Hegesippum fuisse Nazarenum, minime omnium Tolando credit; neque minus
- 139 fqq. Ebio, qui exiftere utique potuerit, cum Ebionæis defenditur, 175. quandoquidem Hierofolymam non adoraverint, & Origenes 146. quoque erret, cum Judæos, ad Christum confugientes, Ebionæos 186 fqq. fuisse dictos memoret, horumque in cœtibus antiquis ne minima 180. quidem mentio injiciatur. Quam porro absurdum fit, Turcas, 203. quorfum & Popelli quondam inclinaverit rabies, agnofcere pro Christianis, iſq; templa apud nos offerre, applicatis, quæ fuerant in antecedentibus dicta, non minori eruditionis apparatu a Cl.
- 245 fqq. Autore exponitur, qui ſeſtione ſecunda totum Chriſtianiæ diſciplinæ Syſtema à Tolando confictum examinat ſtrictimque rejicit, cum dubium videri poſſit, num talia ſerio ab homine ſai compote proferri potuerint, utpote quæ, ſi durationem inprimis legis Ritualiſ ſpectes, Scripturæ diviniore, reſtrictæ æternitatis ſenſui, propriis Tolandi aſſertionibus, eventui &c. ſint contraria, nec per dicta, quæ urget, Matth. V, 17, Luc. XVI, 17, Marc. VII, 17 fqq. Act. XXI, 20 fqq. 1 Cor. VII, 17 fqq. Act. XXV, 19, 20 ſtabiliantur. Commoda denique ex nova hac opinione ſperata nulla eſſe oſteaditur, expoſitis inſuper locis Jac. 321. II, 14, Rom. III, 28, aſſertaque quam impetit Tolandus, librorum novi fœderis, utpote quam variæ lectiones dubiam minime faciunt, autoritate. Atque hæc tandem excipit erudita de vita, fatiſ & ſcriptiſ Tolandi commentatio. Hiberniam agnovit patriam, vicumque forte prope urbem Londondery, Redcaſtle, 9. natus A. 1671, patre non ſatis certo, ſed tamen ſacerdote, ortuque adeo, dum Pontificiſ ille fuit, juxta Huetium (aſſenſum cohibente tamen Cl. Autore) probroſo. Pontificia mature deſeruit 11. ſacra, novaturiens in religione varie, mendaciterque ſæpe ad 12. viros excellentes, quos ſibi *ſpawſus* jaſcitabat, provocans, quo 18. animo turbas ſe daturum, pro gloria habuit, ſucceſſu tamen ab 22. fqq. 26. initio

initio statim non admodum felici. Carmine maledico, quod p. 28.
Tribum Levi inscripsit, primo omnium invadere Ministros verbū 31.
 e re sua fore, statuit, simul in Systemata invehit, editaque Di- 33.
 sciplina Christiana, Mysteriis experte, ac simul eluso oraculo 34-46 48-
 1 Pet. I, 12, cladem sibi met ipsi inferens maximam, quandoqui- 51.
 dem impune se grassaturum confidebat, quum nullius, ut vocat,
 Sectæ sed folius Christi se discipulum profiteretur. Quare mi- 39.
 rari nefas, Antistites pro rostris etiam sacris contra eundem in-
 surrexisse, Dublini Hibernorum inprimis, ubi Procerem quen- 54.
 dam Regni memorant, templum adire ideo nolentem, quod ibi
 plura de Tolando (qui sua tamen vel in diversoribus deblaterabat) 61.
 quam de Christo verba fierent. Publicum tandem Hiberniæ
 Consilium A. 1697 in errores Tolandinos, hic ex parte recensi- 72.
 tos, inquirebat, libro, quem ultimo memoravimus loco, flam-
 mis, a carnifice suscitandis, ipso vero Tolando custodia publicæ, 76-
 legumque vindici destinato, quod ultimum tamen ne fieret, ar- 78.
 repta fuga cavebat. De adversariis, librique, quem dixi, confu- 79-83.
 tationibus, immo quam Monarchomachis tandem & Republi-
 canis dederit se socium, quid de sacrorum librorum senserit au- 99-100.
 thoritate, quam disciplinam militarem delineaverit novam, 104-105.
 quid ad errores sibi porro objectos responderit, quos amplius 114-115.
 ediderit libros, quid de ortu doctrinæ, qua animarum asseritur
 immortalitas, Palestinæ sterilitate &c. existimaverit, quos ad- 143-144.
 huc ediderit, promiseritve libros, plura si quis nosse discupiat, 152.
 ipsum, quem recensemus, librum adeat, largaque ibidem usum
 metat. Libri *ἑμὸν Βασιλεῦς* non Carolum I, sed Gaudenium, 101.
Historia & defensionis Canonis Nyssum, libri *Mercurio galanti* 102.
Devisum, de libertate cogitandi non Tolandum, sed Antoni- 151.
 um Collinium Autorem esse, simul hinc inde asserit Clar. Autor, 174-
 cui insuper Tolandus litterarum elegantiorum, quod Huetio 150-151.
 visum, non plane ignarus, ejusque opinio: qui Deum existere 152.
 negent, superstitionis esse meliores, talis esse videatur, quæ to-
 lerari possit.

M. TULLII CICERONIS LIBRI III DE OFFICIIS, cum Catone Majore, Lelio, Paradoxis, & somnia Scipionis. Notis illustravit, JASONIS DENORES
Institi-

Institutionem in Ciceronis philosophiam, SAM. RACHELII Comment. in officia, & ULR. OBRECHTI Schediasma in Somnium Scipionis, adiecit JOACHIMUS MEIER, J. U. D. & Prof. in Gymn. Gotingensi.

Tomi II.

Lipſiæ & Goſlariz, ſumptibus J. C. Kœnigii, 1721, 8.

Alph. 4 pl. 19.

Jamdudum in his Actis laudatum fuit Cl. Meieri nomen, idque ob antiquitatis peritiam haud vulgarem. Recenſuimus enim A. 1701 p. 446 ejus *Antiquitates Meierianas*, A. 1713 p. 297 *Commentationem de rariffimo quodam Imp. Poſtumi nummo*, & A. eodem p. 363 *Antiquitates Pleſſenſes*. Nunc recenſenda nobis offertur ejusdem nova *Officiorum Ciceronis* editio, cujus alter Tomus ſcholasticæ juventutis uſui deſtinatus eſt, alter eruditiffimorum quoque virorum gratiam inibit haud dubie. Scilicet prior Tomus præter præfationem luculentam, in qua de laudatoribus pariter & obrectatoribus librorum Ciceronis *de Officiis*, de commentatoribus in hocce libros, de editionibus eorum atque varias in linguas converſionibus diſſeritur, exhibet textum Ciceronis, inſtructum annotationibus ſermone vernaculo conſcriptis, & ea potiſſimum loca illuſtrantibus, quibus lux affundi poteſt ex hiſtoria veteri enim civili, tum philoſophica. Poſterior Tomus rariffimum illum Jaſonis Denores, Nobilis Cyprii, de philoſophia Ciceronis libellum primo loco exhibet: quem Cl. Editor repetita editione dignum duxit non ob raritatem ſolum, ſed etiam ob præſtantiam & internam bonitatem. Neque enim Illuſtri Gundlingio aſſentitur, qui valde contemnit libellum iſtum, ſed judicium ejus a præjudicio eclecticico proſectum eſſe exiſtimat. Forte autem accidit, ut Cl. David Richterus, *Gymnaſii Guſtroviensis Conrector*, eodem tempore in animum induceret, libellum hunc denuo edere. Qui cum Meieri conſilium cognoviſſet, fatius duxit, annotationes ſuas editioni Meierianæ adjungere. Exſtant igitur hic & Richteris Notæ in Denoreſii libellum, in quibus tamen nihil invenias, quo illuſtretur

esse subjectum propositionis, quæ quidem communis est opinio, sed prædicatum. *Epist. IV* mendæ plures tolluntur e primo Capite *Apologetici Tertulliani*, quibus nec novissima editio Cl. Havercampi caret. *Epist. V* sub examen revocatur Arnoldi narratio de contumelia Cracovitio olim illata, Theologo Pomerano, ejusque fabulæ origo repetitur ab Angio quodam Germanico. *Epist. VI* partim emendatur, partim illustratur Thomæ Kempensis libellus *de Imitatione Christi*. *Epist. VII* duo depravatissimi loci, unus *Quintiliani*, alter *Taciti*, præsertim restituuntur sanitati. *Epist. VIII* exhibetur specimen Etymologici Germanici, ac nomina dignitatum ad suos revocantur natales. *Epist. IX* fabularum in censum rejiciuntur, quæ Romana tradit historia de Æneæ adventu ad Didonem & in Italiam, de expositione Romuli & Remi, de Roma a Romulo condita, de raptu Sabinarum, de Scævola manum injiciente ardenti foco, de Accio Navio cotem novacula dissecante, de libris Sybillinis Tarquinio Regi venum expositis, de Horatio Coelitis solo sustinente hostium impetum, de Camillo Gallis aurum accipientibus superveniente, de Papiro matronas Romanas ludibrio exponente, de Lucretia ob violatam pudicitiam sibi manus inferente. *Epist. X* aliquot loca N. Testamenti e profanis illustrantur scriptoribus. *Epist. XI* exhibetur Epistola Melanchthonis adhuc inedita. *Epist. XII* integer libellus promittitur titulo *Utopia literata* inscribendus, ejusque primum Caput fislitur, quo somnium quorundam de condenda civitate Latina exploditur. Subjungitur Disputatio Juris naturalis *de origine dominii*, quæ nova quadam ratione exponitur. Ultimo loco tria Programmata exhibentur, quorum primo optima secta Philosophorum dicitur esse Aristotelico-Scholastica. Sed philosophorum nomine describuntur studiosi literarum in Gymnasiis versantes & Academiis. Secundo catalogus exhibetur eorum, qui, cum inde a nativitate vel a pueritia oculis essent orbi, tamen egregios in literarum studio fecerunt progressus: qua occasione Aloysii Groti, *Cæci Hadriensis* vulgo dicti, vita describitur, additis ejus scriptis. Tertio titulus *Patriæ Patriæ* ex antiquis monumentis illustratur, ac simul docetur, duplici eum sensu olim fuisse usurpatum.

ATH.

ATHENARUM LUBECENSIVM PARS IV,

*sive Historia Athenæi Lubecensis, Autore JOAN.**HENR. & SEELEN, Rect. Lubec.*

Lubecz, apud Pet. Bœckmannum, 1722, 8.

Alph. I pl. 18.

POSTquam in tertia hujus Operis Parte, quam superiore anno p. 513 laudavimus, Cl. Selenius recensionem doctorum Lycei Lubecensis alumnorum ad finem perduxerat, nunc singulari libro celebris istius Scholæ historiam exponit. Etti enim jam Cl. Ludovicus in *Historia sua Scholastica* Lubecensis Athenæi tractarat historiam, Noster tamen non contentus Ludoviciano illo breviario id scholæ, cui præest, dedit, ut, quantum fieri posset, uberrime ejus historiam persequeretur. Cæterum cum in particularibus hujusmodi historiis permulta soleant occurrere, quæ cognoscere eos tantum juvat, qui quodammodo pars sunt illius historiæ; nos hoc loco ea duntaxat inde decerpemus, quæ sine fastidio lecturos esse universos, non immerito speramus. Præteritis igitur Capitibus prioribus, quorum primum elogium scholæ Lubecensis continet, alterum initia ejus describit, e Rectoribus contemplabimur clariores. *Cap. III* differitur de vita & scriptis *Hermanni Bonni*, commemoratis etiam aliis scriptoribus, unde notitia ejus peti potest: quam quidem methodum Noster servavit circa singulos. Eodem Capite etiam de *Erasmo Sarcerio* exponitur, qui proximus a Rectore docuit in hac Schola, magnum postea nomen factus in Ecclesia. *Cap. IX* de Rectore *Hio-bo Magdeburgo* agitur; *Cap. XI* de *Pancratio Crugerio*, qui cum magnis ornatus a Chemnitio laudibus Lubecam demigrasset & ibi scholam regeret, in gravissimas cum sacerdotibus incidit concertationes, a quibus non solum publice pro concione sacra exagitatus, sed etiam sacræ Cœnæ usu interdictus est. Tantæ erant animis cœlestibus iræ. Videamus, quas causas huic zelo præbuerit Crugerius. Scilicet primo non satis sollicitam præstabat sacerdotibus reverentiam. Deinde novam sequebatur & ecclēsiacam docendi methodum, nec religioni sibi ducebat, in

ipſius Melanchthonis Dialectica notare nonnullis reprehendere. Tertium crimen ei a ſacerdotibus objiciebatur, quod eſſet novator grammaticus, & e. g. pro uſitato: *Hic Magiſter, bujus magiſtri*, &c. pueros ita juberet declinare Nomen: *Magiſter, magiſtri, magiſtro*, cætera. Quarto iidem interprete Pouchenio, Lubecenſis Eccleſiæ Superintendententium in jus vocabant ob novitatem Muſicam. Interrogat enim Crugerius vetus illud, *ut, re, mi, fa, ſol, la*, cuſque in locum caui iſſerant *a, b, c, d, e, f, g*. Eſt igitur Crugerio non deeſſent Patroni in Senatu, ſuccubuit tamen odio Theologorum, & A. 1588 manere ſuo abdicatus eſt. Ex eo tempore factus eſt Rector ſcholæ Goldbergenſis; hinc in Academia Francofurtana Profeſſor Græcæ linguæ, qua in ſtatione A. 1614 exſtinguitur eſt hic vic, quem Latinum pariter ac Græcum poetam fuiſſe perinſignem, non pauca, quæ ſuperſunt, loquuntur ingenii ejus monumenta. *Cap. XIII* de *Othone Gualperio* diſſeritur, qui cum eſſet in Academia Murgurgenſi Profeſſor Græcarum & Hebraicarum literarum, tituloque Doctoris Theologiæ effulgeret, non tamen dubitavit provinciam regendæ ſcholæ Lubecenſis ſuſcipere. *Caput XIV* deſtinatum eſt *Joanni Kirchmanno*, viro ob ſcripta ſua antiquitatem eruditiffime illuſtrantia longe clariffimo, cujus etiam epiſtolæ aliquot nondum ante editæ hic exhibentur. Præcipue lectu jucunda ſunt, quæ p. 292 ad 310 exſtant de controverſia quadam Logica inter Rhenium & Kirchmannum agitata de quaſtione, an hæc duæ propoſitiones ſint æquipollentes: *Omnēs homines, qui credunt, ſalvantur; Quidam homines ſalvantur*. Exhibet hic Cl. Selenius de caprina hac lana Reſponſa prudentium, eam ob rem & expetita & reddita: quorum quidem reſectio non mediocri voluptati erit ſæculi noſtri Democriti. *Capite XV* de *Sebaſtiano Meiero*, A. 1564 & Rectoratu & vita deſuncto; *XVI* de *Henr. Bangerto*, ob editionem *Helmoldi* percelebri; *XVII* de *Herm. Nottelmanno*, A. 1674 mortuo; *XVIII* de *Abrahamo Hinckelmanno*, qui poſtquam decem annis huic ſcholæ præſiſſet, Hamburgenſis Eccleſiæ doctor factus eſt, copioſe diſſeritur. Hic etiam p. 481 ſqq. de *Martino Lipenio*, Conrectore, ob editas quatuor Facultatum Bibliothecas ſi non nobiſſimo, ta-

men

MENSIS OCTOBRIS A. MDCCXXII. 307

men notissimum agit. *Capite XIX* exhibetur *Enochus Suante-*
nus, prius Poeseos in Academia Rostochiensis Professor, deinde
Lubecensis Athenæi Rector usque ad A. 1717, quo ad plures a-
bit. Hic etiam p. 526 sqq. & p. 583 sqq. recensentur *Georgii*
Henrici Gæzii, celeberrimi Lubecensium Superintendentis,
scripta Scholastica Lubecæ occasione solennitatum scholastica-
rum evulgata. *Cap. XX Cl.* Autor suam ipsius describit histori-
am, ac simul sua scripta recenset. Natus enim A. 1688 in Du-
catu Bremensi, tam feliciter sub disciplina Cl. Michaelis Richey,
Rectoris Stadenfis, profecit, ut multa jam scripta perdocte con-
fecta ediderit, quorum Catalogum hic exhibet p. 571 sqq. Sub
finem Operis p. 615 sqq. cum literatis communicatur notitia o-
perum Cl. *Jacobi a Melle*, historiæ Lubecensi illustrandæ destina-
torum, & adhuc in scriniis Rev. Autoris latentium. Primum,
titulo *Lubecæ religiose* inscriptum, historiæ religionis, tem-
plorum, cæterarumque sacrarum tum rerum, tum personarum,
continet. Alterum universam urbis patriæ historiæ comple-
ctitur. Tertium illustre Lubecenses familias pertractat. Quar-
tum exhibet Museum Mellianum sive Naturæ & Artis sacrari-
um. Quæ opera ut in lucem prodeant, serio optabit, quisquis
cognitam habet Mellianam & industriam & eruditionem tot jam
documentis testatam & publicis ornatam laudibus.

LA DOCTRINE DES PROTESTANS &c.

id est,

DOCTRINA PROTESTANTIUM DE SCRIP-
tura sacra ab omnibus legenda, cultu divino in lingua
vernacula instituendo, Sanctorum invocatione & sacra
Cæna, ex Missali Romano demonstrata &c. Autore
F. P. DE LA BARRE.

Genevæ, apud Fabri & Barrillot, 1720, 12.

Plag. 21.

EA est veritatis virtus, quæ etiam evidentissimum ejus dici
potest κερτήριον, ut non solum firmissimis confirmari pos-

Rrr 3

lit

fit rationibus, sed etiam ex ipsis adverfariorum officinis tela petat, eorumque gladios in ipsos stringat. Atque hanc veritatis virtutem Protestantium doctrinæ vindicare, & argumentis ex libro Romano-Catholicorum rituali defumptis plane & perspicue demonstrare voluit Autor hujus operis clarissimus, cujus jam alia exstant ingenii monumenta, a nobis alibi commemorata. In *Prefatione* primum de studio inquirendæ veritatis, & pace religionis religiose colenda, prolixè disputat, & cum Missa, quam vocant, in ecclesia Catholica omnium consensu potissimam cultus divini partem constituat, & in Missali Romano optime describatur, quod ex variis antiquis liturgiis a Zacharia Pontifice Romano, circa initium seculi octavi demortuo, compositum perhibetur; ad Missale illud attentius perlegendum sese commotum fuisse ait. Quod cum gravissimis nonnullis doctrinæ Protestantium capitibus probandis inserviat, in gratiam Romano-Catholicorum, veritatem & pacem amantium, se hoc opusculum conscripisse fatetur. Tum *veritatem* ait esse simplicem, claram, inventu facilem, & in omnibus, quas nobis detegit, rebus utilem, propter semet ipsam, & pro modulo cognitionis amari, adeo, ut, quo quis plus cognitionis habeat, eo magis veritatem diligat: *pacem vero religionis* esse tranquillitatem, qua omnes nos frui possemus, si nihil aliud in votis haberemus, quam placere domino, & inservire proximo, ea, qua veritas nos rerum nostrarum satagere jubet, ratione: oportere itaque veritatem & pacem sectantes veram ex Evangelio de rebus divinis haurire sententiam, opiniones, quibus a prima ætate imbuti fuerint, sine ullo scrupulo & præjudicio autoritatis, exuere & reformare, missisque hæretici, novatoris, & id genus aliis nominibus, magis se opponere iis, qui male vivant, quam quos male sentire opinemur. Cum vero Romano-Catholici maximo omnes illos, qui ipsorum placitis suffragari nolint, prosequantur odio, ex differentia cultus & sententiis contrariis prognato, & violentia merito detestanda; quatuor potiora momenta, ad quæ ea referri possunt omnia, quæ ad cultum publicum pertinent, rite expositurus, in hoc opere quam maxime probare annititur, nihil quicquam credere aut agere Protestantes, quod Ecclesia

Lati-

Latina vel Romana per mille annos non crediderit egeritque, & hodie adhuc crederet & ageret, si illi se conformaret, quod ab omnibus missalis celebrantibus dicitur agiturque. Evincere enim conatur, Missalis Romani, quod apud Catholicos maximè est post Scripturam sacram autoritatis, autores seu compilatores, & per consequens omnes illius Seculi Christianos statuisse, 1 cultum divinum in lingua vulgo cognita esse peragendum; 2 Scripturam sacram ab omnibus legendam; 3 preces Ecclesiæ ad mortuos, quantæcunque fuerint sanctitatis, non esse dirigendas; 4 Corpus & sanguinem Christi non esse realiter & substantialiter sub specie panis & vini. Ipsum vero opus in duas partes dispefcit, & in partis *primæ* capite *primo* cultum divinum lingua singulis vernacula instituendum esse, hoc potissimum argumento probat, quod Autores Missalis Romani cultum in lingua Latina præscripserint, quæ tum temporis etiam vulgo cognita fuit, sicuti etiam versio Bibliorum Latina, quæ Hieronymo tribuitur, *vulgata* dicitur, quod universa Europa vel Latine loquebatur vel minimam Latinam linguam intelligebat. Ex quo sequitur, cum lingua Latina successu temporis in alias linguas, Italicam, Gallicam, Hispanicam immutata sit, eandem ob causam, quæ usum linguæ Latinæ primum in Ecclesiam introduxit, ut scilicet vulgus Missali & reliquis cultus divini partes intelligeret, linguam quoque Latinam hodie rejici oportere, cum non amplius intelligatur, sed tantum ob præjudicia, ex consuetudine, forte etiam a spiritu dominationis, quæ ignorantie causæ sunt, retineatur. Atque hac occasione pluribus argumentis contra usum linguæ Latinæ in sacris disputat, quem contrarium esse docet ingenio humano, cui naturale desiderium inest omnes res cognoscendi; sanæ rationi, quæ animæ facultatibus, præsertim in rebus ad Deum & religionem spectantibus, uti præcipit; naturæ verborum, quæ sine sensu in vanum & inutilem sonum abeunt; ideis, quas habemus de cultu divino, præsertim publico; præceptis religionis, quæ Deum in Spiritu & veritate adorare jubent; toti Scripturæ sacræ, & praxi totius Ecclesiæ, tum Judaicæ, tum Christianæ, ad sæcula usque ignorantie & corruptionis; contrarium etiam ædificationi & utilitati.

tat, ex lingua vulgari multis modis redundaturus, contractum denique desiderio ipsorum Catholicorum, quin & sententia Gallorum, qui missale aliosque libros sacros in linguam vernaculam transtulerunt. Pari eruditione & industria in *Cap. II* doctrinam Protestantium, non solum omnes Christianos, Clericos & Laicos, Scripturas sacras legendi potestate habere, sed etiam doctores Ecclesie auditores suos ad debitam Scripturarum lectionem quam maxime exhortari oportere, ex praxi populi Iudaici, Apostolorum exemplo, & Academiæ Lovaniensis aliorumque Doctorum Gallicorum, qui Scripturam sacram in linguam vernaculam transtulerunt, & translata[m] approbata[m] autoritate, egregie confirmat, & ad hanc sententiam stabilendam ex Missali Romano adducit, periculis Epistolicas & Evangelicas in illo contineri, ut statis diebus prælegantur populo: ex quo colligit, Ecclesiam Latinam utique statuisse, plerumque non posse solum, sed debere etiam audire lectionem Scripturæ sacræ, & per consequens etiam eandem legere, ubi quam plurima cumulat argumenta, quæ omnes & singulos Christianos ad Scripturam sedulo legendam excitare debeant, & Doctores Ecclesie, lectionem sacræ Scripturæ omnibus necessariam esse contententes, hoc ipso demonstrare ostendit suam scientiam, sinceritatem, teneram conscientiam, humilitatem & modestiam, animum intrepidum, sincerum in Deum & proximum amorem, æquanimitatem, prudentiam, verum denique zelum pro Ecclesia, quam ab iniquissimis, iniustissimis, tyrannicis & maxime suspecta opinione, quæ si Scripturam sacram, religionis cognoscendæ principium, legendi potestatem restringere velit, longe remotam esse, omnibus eo ipso evidenter innotescit: quæ vero contra lectionem Scripturæ sacræ moveri solent dubia, nos potius ad illam incitare. Porro quod ad invocationem Sanctorum attinet, in *Cap. III* doctrinam Protestantium, Sanctorum virtutes post fata celebrandas, & vestigia preme[n]da; cultum vero religiosum & fundamento carere, & utilitate; si non Missali Romano omnibus modis sit conformis, quam proinde tamen ad illud accedere contendit. In Missali enim non inveniuntur preces ad Sanctos immediate directæ, sed ipse Deus imploratur,

ut

ut hanc vel illam rem per intercessionem Sanctorum concedat; quin immo sacerdotes in Canone Missæ pro Sanctis, quos in Christo dormire dicunt, directe precari jubentur. In breviario quidem habetur oratio ad Virginem Mariam directa; sed hanc profopopœiam dicit poeticam, æque uti orationem directam ad sanctam crucem; post hanc enim orationem adhibetur deum formula ad preces excitatrix: *oramus*. Ad ultimum vero momentam de sacra Cœna dum Autor progreditur, quod in reliquis partis primæ capitibus, & in tota parte secunda persequitur, *Cap. VI* sententiam Protestantium Reformatorum & Romano-Catholicorum de sacra Cœna fusius exponit, & *Cap. V & VI* de Missa tam generales quam speciales affert observationes, probaturus, primos Missæ autores non fuisse ejusdem sententiæ cum modernis ejus defensoribus, cum illi, uti in omnibus fere linguis fieri solet, signis nomina & effectus rei significatæ tribuerint. Tum in *Cap. VII, VIII & IX* cultum Catholicorum in celebranda eucharistia impugnat, & in *Cap. X* in causas dogmatis cultusque Pontificiorum inquirat, atque *Cap. XI* consequentia & effectus ejusdem recenset; qua vero ratione sacra Cœna a Reformatis, præsertim Genevæ, administraretur, *Cap. XII & XIII* describit, eandemque *Cap. XIV & XV* cum Romano-Catholicorum consuetudine eucharistiam celebrandi comparat, & *Cap. XVI* adversus concomitantiam eucharisticam disputat, quam a Concilio Constantiensi, quod calicem abstulit, introductam, institutioni sacræ Cœnæ, praxi Ecclesiæ Corinthiæ, imo totius Ecclesiæ Christianæ, Missæ quoque Romano, sententiæ Theologorum Catholicorum, & naturæ ipsius sacramenti, contrariam esse evincit. Hanc vero doctrinam de sacra Cœna prolixius expositurus, in altera parte hujus opusculi *commentarium* exhibet *philosophicum* in verba institutionis sacræ Cœnæ, in quo collatis primum *Cap. 1* trium Evangelistarum & Pauli verbis, *Cap. 2* viam naturalem & veram, verum verborum Christi: *Hoc est corpus meum*, sensum eruendi, non esse traditionem; nec infallibilitatem Ecclesiæ Romanæ, quam multis modis infringit *Cap. 3*; sed sanam rationem & philosophiam cum arte critica conjunctam, *Cap. 4* asserit, & ita philosophatur, sanam *rationem*, quæ sacram Scripturam eadem, qua

alios libros, methodo legere, & remotis præjudiciis examinare docet, in hisce potissimum verbis explicandis, præcipere, 1) ut in vernacula nostra, & aliis nobis cognitis linguis, locutiones iis, quas examinamus, similes queramus; & 2) opiniones, præjudicia, ritus & consuetudines Judæorum & Gentilium, quæ in novo fœdere haud raro respiciuntur, rite cognoscamus: *artem criticam* vero, sensum proprium & litteralem a figurato & metaphorico distinguentem, sermonem esse figuratum docere, quando ex verbis proprie sumtis sensus sane rationi contrarius, figurate autem sumtis sensus perspicuus & naturalis promanet. His præmissis in *Capite* 5 verba Christi: *hoc est corpus meum*, ex ritu Judæorum, herbas amaras & agnum paschalem comedentium, exponit, & subjecti loco ponit: *corpus meum*, prædicati vero *râto* sive *hoc*. Hanc ergo propositionem: *corpus meum est hoc*, sive *est panis fractus*, figuratam dicit & metaphoricam, cum aliis propositionibus Biblicis figuratis conferendam, e. gr. *ego sum panis vita* &c. & *præsens est* adhiberi putat pro futuro certissimo & proximo; pronomen denique demonstrativum eleganter transferri posse per particulas *en*, *ecce*; vel per adjectivum qualitatem ac similitudinem significans *talis*; pronomen vero relativum *qui* sæpius esse causale, & significare *eo quod*. Hinc talem ex verbis Christi eruit sensum: *corpus meum est id, quod videtis: est, sive jamjam futurum est, sicut panis fractus, quem vobis offero: ecce! quale quid corpus meum futurum sit; idem enim evenit corpori meo, quod huic panis, eo quod pro vobis tradetur: nunc vero post mortem Christi, hæc verba significare ait: ecce! quale quid fuerit corpus Christi*. Et hanc verborum expositionem ex Ezech. V, 1 confirmare conatur, aliasque in verbis institutionis sacrae Cœnæ occurrentes locutiones figuratas colligit. Verba Paulina, *calix est communio sanguinis Christi*, nihil aliud significare contendit, quam *est testimonium unionis, quæ nobis cum Christo est*, respectu mortis ipsius sive sanguinis effusi: phrasas denique, quæ in Missali adhibentur, itidem figuratas esse ostendit. Quid circa hæc *Quæro Quid respondeo* notari possit & debeat, Theologia dispiciendum & dijudicandum relinquinus; nec opus esse arbitramur, nostratum Theologorum sententiam,

QUAM

quam luctulenter satis exposuerunt, hoc loco vel explicare vel vindicare. Nos potius reliquam hujus operis partem breviter perstringemus, & ex *Cap. 6*, quo transubstantiationem physicam operose destruit, tantum notamus, realitatem sacramenti ab ipso dici unionem mentalem vel spiritualem, quæ tantum fit in spiritu & nullo modo in signo. Sic contra Pontificios disputans, quorum sententiam *Cap. 7* prolixius rejicit, ab uno extremo delabi videtur ad alterum. In *Cap. 8* Joh. VI, 26 ad finem usque exponit, ibidemque de sacramento eucharistiz sermonem non esse ostendit. In *Cap. 9* naturam hujus sacramenti ex variis ejusdem nominibus explicat, & in *Cap. 10* terminos nonnullos scholasticorum in hac doctrina adhibitos, qua fieri potuit commoda ratione, exponit. In *Epilogo* tandem sibi persuasum habet, expositionem suam ab omnibus Catholicis, quibus vel mica salis inest, tanquam omnium clarissimam & simplicissimam acceptum iri; cum e contrario dogma de transubstantiatione sit chimericum, chaos monstruosum, cujus objectum fit res & physice & moraliter impossibilis, quod etiam nullo modo explicari aut probari possit, & non solum omnibus Christianis, sed & ipsis Catholicis igaominiam pariat, scandalum vero pagani.

CORNELII VAN BYNCKERSHOEK, JCTI
Et Senatoris, de Foro Legatorum tam in Causa civili, quam criminali, Liber singularis.

Lugduni Bat. apud Joann. van der Linden, Jun. 1721, 8.

Plag. 14.

Quæstionem vexatissimam de Foro Legatorum accuratius hic indagare voluit Cel. *Bynckershoek*, quam neque ex legibus civilibus, quod plurimis soleant quondam fuit, nec ex sola ratione, ubi genio plerumque nostro indulgemus, sed ex jure sive moribus gentium illustrandam existimavit. Occasio scribendi ex facto ipsi nata est, A. 1720, cum immodice feveret studium *actionum*, quas vocant mercatores. Tunc enim Legatus Ducis Holsatiæ Haga Comitum Amstelodamum se confert, & strenue mercatorem agit; plurimum debitor factus

- Hagam revertitur, creditoribus Curiam Hollandiæ adeuntibus, ac mandatum Arresti & in jus vocationis impetrantibus. Curia arrestum largitur in omnia Legati bona, exceptis utensilibus, & reliquo Legationis apparatu, citat Legatum, primum ad ædes, dein per Edictum. Queritur ille apud Ordines Generales de violato jure Gentium: cumque ea res pertineret ad Curiam Hollandiæ, Hollandiæ Ordines ejus sententiam rogant, quam ipsa Ordinibus exponit in Epistola, qua Mandata fatis defendit. Ipsi Ordines cum Fœderati Belgii, tum Hollandiæ, ea de re diu deliberarunt, nec nobis constat, quid decreverint. Cap. IV. varia Legatorum nomina, variamque conditionem nil diversi efficere circa Forum competens, cum omnes publica fide sint admissi, tradit Autor. Forum competens æstimat ex Imperio in subditos,
2. exinde colligit, Principem in alterius Territorio ex causa delicti vel æris alieni ob sanctitatem personæ detineri non posse; recte tamen bona Principis, hac sanctitate destituta, & alterius Imperio subjecta, arresto affici. Jam progreditur ad privilegium Fori Legatorum, quod non a sanctitate illorum derivat (Pontifex enim Romanis erat sanctus, nihilominus poterat in jus vocari) sed ex eo, quod Legatus Gentium moribus non sit ejus, ad quem missus est, subditus, sed maneat illius, qui misit. Hinc quæ Jure Rom. hac in parte cauta sunt, cum saltem de Legatis Provinciærum vel municipiorum agant, si *l. f. d. legation. excipias*, im-
 7. prudenter ad Legatos Exterorum fuisse traducta probat; cum potius ex sola ratione, suffragante observantia, hic in utramque
 8. partem disputari queat. Ex ratione ergo sic habendum: Legatum in causa civili sic conveniendum, atque si ibi quorsum legatus est, nec esset, nec contraxisset, nec bona haberet; quod publico Edicto firmarunt Ordines Fœderati Belgii A. 1679.
 9. Conveniendus autem erit in loco, unde in legationem profectus, vel omnibus deficientibus, in supremo Principis judicio, a quo missus est: quo honore Consules, ita dicti, fere fruantur. Quar-
 10. re si Princeps utatur legato extero, cive alterius vel ejus Reip. ad quam mittitur, non transire in Jurisdictionem Principis legantis, sed vetus forum servare, ex Decreto Ordinum Gen. 1681,
 11. contra Wiquesfortium, statuendum; id quod ulterius circa Mi-
 12. liter

ites & Cardinales, Legatorum vice fungentes, demonstratur. Eadem jura adscribit Noster aliis, minus splendido interdum p. 13. Legationis nomine fulgentibus, Actoribus (*Agenten*) Commissariis, Scribæ Legationis, ut & Scribæ Legati, utpote hujus comiti, Legato Mercatori, omni denique Legati familiæ, ubi tamen consultum, ut nomina comitum Legatus edat. Porro 14. 15. demonstrat, bonamobilia vel immobilia, sine quibus Legationem obire potest, tanquam absentis, arresto affici, eumque conveniri posse in foro territorii, ubi degit, actione in rem, reconventionem, per Appellationem, & ex Interdictis, denunciationem 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. judicii vero per Epistolam esse faciendam. Sin Legatus, extra causam Legationis, deliquerit, cum de foro illius difficultate sola se ratio expediat, optimum fuerit ipsum e Territorio ejicere, & puniendum Domino suo mittere; id quod moribus Gentium magis convenit; nec de familia Legatorum aliud pronuntiandum. Jus Asyli Legatorum ædibus plane negatur. Interiim haud injuste detinebitur e Territorio proscripsum, & eodenu Legatus, aut ex jure Talionis, aut Repressaliarum; verum Fori privilegio renunciare, utpote juri Principis sui, Legato licitum haud erit. Tandem variorum sententiæ de Foro Legatorum subnectuntur. Ceterum Libellus hic elegantissimus eo magis se commendabit legentibus, quod omnia exemplis parum obvii illustrantur.

AD MATHEMATICAM ORATIO JACOBI FACCIOLATI, in Semin. Patavino Stud. Præfeti, habita coram Eminentiss. ac Rever. GEORGIO Card.

CORNELIO, Episcopo Patavino, pro studiorum instauratione Anno MDCCXXII.

Patavii, typis Seminarii apud Joannem Manfrè, 1722, 8.
Blag. 2.

QUas Cl. elegantiorum literarum in seminario Patavino Doctor, *Jac. Facciolatus*, in eo, pro studiorum, ut loquuntur, instauratione, adhuc habuit orationes perquam elegantes, ex ad unam omnes, nisi fallimur, partim Cl. Walchii, partim venerabilis Abbatis Joannis Fabricii, partim etiam Cl. Kappii studio Ger-

manorum typis repetitæ sunt, præterquam binæ, ad Ethica una, altera ad Mathematicam, utraque, nostro quidem iudicio, digna, quæ alteri, quod hic parat, volumini Orationum selectarum, a Clarissimis Viris habitarum, inseratur. Illius ad Ethica quum in *Novis* nostris *Litterarum* hujus anni n. V p. 67 mentio injecta fuerit, nec hanc ad *Mathematicam* in Actis his prætereundam esse arbitramur. In antelogo ad lectorem ipsi orationi præmissio refert eloquentissimus Autor, se ægre admodum tulisse, quosdam se altera hujus orationis parte lætos putasse, quos nec fando audivisset, neque omnino suspicatus esset, Medicos esse. Plane se non malitiose egisse asseverat, cum illa scriberet, gravi quodam valetudinis genere conflictatus, itaque dolorem iram concitasse, iram veritatem expressisse; se postea, cum recte valeret, Medicos omnes, eorumque technas, libentissime laudaturum, sed ægrotanti quædam condonanda esse. Agnoscit etiam *Facciolatus* societatis ejus, quæ Medicinæ cum Mathematica intercedit, utilitatem, sed inculcat idem, nec sibi aliud propositum fuisse quàm quod nimium videretur, oratorio stilo notare. Si quis hoc tamen, ita pergit ibidem, in crimen vocabit, (nam quibusdam nihil est satis) is sciat, rem sibi cum homine fore, neque Medico, neque Mathematico, at certe rerum humanarum non prorsus ignaro.

Quod ad orationem ipsam attinet, illa dicit cum adversus eos, qui nimis paucis Mathematica studia concedunt, tum adversus eos, qui nimis multis. Duplicem autem sibi viam, non diversam modo, sed etiam adversam ineundam esse censuit, quarum prima veluti defensione constet, altera accusatione. Defendit hic operam & industriam, quæ Mathematicis disciplinis impenditur: accusat etiam labores nimis ambitiosos eorum, qui has ipsas disciplinas in aliarum fines inducunt, infinitaque contentione suscepta, quæ Dii Deæque separarunt, communi vinculo jungere & copulare conantur. In priore necessitatem Matheseos inter alia ita demonstrat: *Unum illud in præsentis vestris iudicii subiecto, de quo nescio an multi cogitent, sed mihi tamen gravissimum est: si quis Mathematicus pro ea, quæ nunc gliscit in dies magis, hujus facultatis propagandæ cupiditate fortasse nimia, ut mox ostendam: si quis, inquam tantum sibi sumat, ut sacrorum mysteriorum veritatem Geometricis momentis expendere velit, huncne feremus arma tractare nobis ignota; nec solum Ecclesiasticam penam, ubi jus lædat Religionis, sed etiam iudicium elabi? Non hic vanus metus est. Vidi ego, qui tamen in alio pulvere versor, lepidulum libellum cui titulus, Theologiz Christianæ principia Mathematica, quibus callidissimus Autor, Joannes Craigius, cælestis doctrinæ fidem non tam ex divino testimonio, quam ex rerum humanarum conditione motitur, & utriusque Testamenti auctoritatem spe-*

sic

cis confirmantis informat. Anne hac sua quadam lingua, & notis arcanis scripta, Theologi nostri ita ignorabunt, ut ne legere quidem valeant? Nihilne juvabit, cum ejusmodi bella ingruant, esse ex hoc ordine, qui resistere possit? Non id ab omnibus requiro: at esse tamen aliquos singulis atatibus necesse est, qui communem causam quoquo modo perditam, ubi res postulet, aequis armis defendant. Sed ex altera quoque orationis parte nonnulla speciminis loco adferemus. Neque vero, inquit Orator noster, mihi in animo est illos arguere, qui cum sibi Mathematicam laudandam proponunt, eam in omnes artes ac doctrinas, maximas minimasque, nobiles atque ignobiles, tanquam necessariam inducere conantur, ut neque bonus aliptes, neque coquus, neque pistor esse possit, nisi Mathematicos diligenter audierit. Quæ vero Medicis quibusdam stomachum adeo moverunt verba, hæc fortasse erunt: Illa me hoc tempore curæ sollicitat, quid tandem in mentem venerit Medicæ artis professoribus, ut sua omnia ad Mathematicam referant; nihil jam loquantur, nisi particularum figuras; fluida, solida, media quæcunque corpori adherent, aut corpus constituunt, ex pondere, ex nisu, ex mole, ex numero pensitent; Medicamentorum vim & facultatem, bonam malamve corporis habitudinem, ipsum quoque spiritus motum Geometricis notis definiant; tandem illud efficiant, Medicum esse neminem, in quem Euclidis anima non migravit. Non sum nescius, Hippocratem quoque ad Thessalum scripsisse, ut animum ad Geometriam & Arithmeticam converteret, inde esset aliquis in medicina faciendæ usus. & nunc eo res adducta est, ut non jam Medicus studia sua Geometricis ornet, sed totæ Geometra sit. Illud etiam fateor, morbos plane omnes, eorumque curationes formulis explicari posse ex arte Mechanica ductis, sicuti tantum sit otii, ut cum nihil novi ad hominum salutem afferat, usitata verba mutare velit: verum tamen cum id fecerit, tantum erit, Medicum idcirco esse Mathematicum oportere, quam certum est, sutores ac textores esse Geometram, quod sutrina ac textrina Geometricis formis explicari possint. Provocat hic laudatus Facciolatus ad Jo. Fernellium, qui ad Cælium elegantia, doctrina ad Hippocratem proxime accessit, nihil tamen Mathematicum suis scriptis, quibus univervam Medicinam complexus est, aspergere voluit, cum tamen ita ductus natura ipsa, omnes industriæ nervos in Mathematica contenderet &c. Denique & hæc ex eleganti hac oratione nobis huc transcribenda esse videntur: Quas præstigias afferat necesse est, qui sibi imperavit movere omnia quæcunque ingenio possit, ut Theologicas doctrinas omnemque civilem & Ecclesiasticam gubernandi rationem Mathematicis momentis adstringat? Tituli ipsi horum librorum (e quibus Elementa Politicæ Civis & Ecclesiasticæ methodo Mathematica proposita & Londini 1716 evulgata in margine allegat) de quibus nihil amplius commemoro, offendunt oculos, & in quo se putant gratiam & auctoritatem Mathematicæ conciliare, in eo plane ipso fastidium pariunt & satietatem.

IDEAM

512 ACT. ERUD. MENS. OCT. A. MDCCXXII.
IDEM DE VITA GEORGII CARD. CORNELII,
Episcopi Patavini.

Georgius Card. *Cornelius* natus est Kal. Aug. 1658 ex Federico Equ. & Cornelia Costarena. Paucis post annis Melitensem Ordinem accepit, & Magni Commendarii Cypri titulum, Cornelie familie hereditarium. Politioribus litteris Veronæ, Philosophiæ & Jurisprudentiæ Patavii instructus more Majorum, A. 1677 Doctoris nomen & insignia sumpsit, statimque per Europam iter instituit. In patriam cum rediisset, Navalibus præfectus est A. 1685, quo in munere ita se temporibus difficilimis strenue gessit, ut gravioribus curis par judicatus, ad Gallicam legationem designatus sit. Sed alio spectabat. Itaque Ecclesiasticæ militiæ nomen dedit, Romamque convolavit A. 1690. Biennium fere in ea urbe commoratus, per eos magistratus, quibus maxime solent Præfulum ingenia explorari, magnam de se expectationem movit. Proinde maritimæ oræ in magna pestilentie suspicione præpositus est, deinde annonam curare jussus, demum vero ad Petrum II Lusitanie Regem Legatus missus A. 1692. Insignem jacuram rerum suarum in eo itinere cum fecisset, incredibili virtute fortunam elusit. Tanta enim magnificentia Legationem auspicatus est, tanta fide ac prudentia obiit, ut 11 Kal. Aug. 1697 ab Innocentio XII Cardinalis creatus sit, & paulo post Episcopus Patavinus, cum in ipso Legationis initio Archiepiscopi Rhodiensis titulum obtinuiisset. Inde igitur Patavium migravit, magna quadam omnium ordinum expectatione, quam præsens non sustinuit modo, sed etiam superavit. Omnino is unus efficere poterat, ut optimi Decessoris Gregorii Card. Barbadii desiderium in ea urbe moderate ferretur: quippe instituta ejus omnia non retinuit solum, sed etiam amplificavit; ac si quid necessitate temporum aut moderari, aut tollere coactus est, id singulari quadam prudentia fecit, sine qua ipsum religionis ac disciplinæ studium interdum vanum, interdum etiam exitiale est. Diocesin litteris, aut pietate cultiorem haud facile invenies: unde satis apparet, tantæ rei momentum in uno fere Episcopo esse. Capitulum habuit magno sibi obsequio & caritate conjunctum, sed præsertim Ecclesiastica disciplina & morum honestate supra vetera exempla laudabile. Trentense Collegium sustulit, quod a prima institutione degenerare cœpisset, nec jam remedium pati posset. Ejus loco publicum Grammaticæ Gymnasium in urbe aperuit, optimosque præceptores sine ulla juventutis impensa docere jussit. In Seminario multa egregie constituit, quæ undique alumnos supra ipsam loci capacitatem invitarunt; sed quod caput est, Magistrorum numerum auxit, suæque humanitate & prudentia obtinuit, ut non deessent, qui se, libertatem ac fructitudinem, teunissima spe proposita, devoverent. Duobus Conciliis Pontificiis interfuit, quorum altero Clemens XI, altero Innocentius XIII Summus Pontifex creatus est. Obiit Patavii 4 id. Aug. A. 1722 incredibili omnium civium mœrore atque luctu; ipsisque Idibus elatus est, & sepultus apud Federicum Card. Cornelium proavum suum; cum paucis antehoris Joannes Venetiæ Dux, frater ejus carissimus atque amantissimus, dira prorsus fatorum consensione decessisset.

ACTA ERUDITORUM,

publicata Lipsia

Calendis Novembris Anno MDCCXXII.

OSSERVAZIONI SOPRA I CIMITERI DE' SAN-
ti Martiri ed antichi Cristiani di Roma &c.

id est,

OBSERVATIONES IN COEMETERIA
sanctorum Martyrum & veterum Christianorum,
que Romæ habentur, &c.

Romæ, typis Jo. Maria Salvioni, 1720; fol.

Alph. 8 pl. 22, cum multis figuris passim textui insertis.

INter prærogativas, quibus Roma superbit, principem facile locum tenet reliquiarum, quas vocant, copia, quæ ex cœmeteriis erutz, ab antiquitatum cultoribus magno in pretio semper habitæ, & ab iis, qui Sanctos demortuos religioso cultu prosequuntur, tantum non rebus divinis annumeratæ fuerunt. Cœmeteria itaque Martyrum & veterum Christianorum, quæ Romæ inveniuntur, solerter perlustrarunt Ant. Bosius & Paulus Aringhius, qui Romam subterraneam descripserunt, & Franc. Maria Torrigius, qui cryptas sacras Vaticanas delineavit; nec non Thom. Burnetus & Maximil. Misson, qui in itinerariis suis Italicis cœmeteria & catacumbas, inexhaustam reliquiarum penam, non prætermiserunt. Omnibus vero, quos antecessores habuit, palmam præripere, & fidem cipporum, a Criticis nonnullis subacti ingenii & amunctæ naris in dubinam vocatam, quaqua potuit ratione, confirmare annisus est Autor hujus operis varia eruditione & suavitate referti, **MARCUS ANTONIUS BOLDETTI**, qui a Clemente XI Pontifice Romano, cui opus hoc triginta annorum sacrum esse voluit,

Ttt

luit,

luit, reliquiarum custodiæ præfectus, & in numerum Confiliariorum congregationis de indulgentiis & reliquiis receptus fuit. In præfatione inter alia commemorat, Jo. Mabillonii epistolam sub Eusebii Romani nominis ad Theophilum Gallum Parisiis A. 1699 editam, de cultu Martyrum anonymorum, eo quod ab aliis non rite intellecta fuerit, ab ipso, & quidem suo nomine præfixo, denuo Parisiis A. 1705 editam, emendatamque, & ex animi sui sententia explicatam esse; novam vero hanc editionem præjudicia, ex priorè orta, dissentientium animis eximere non potuisse, id quod ex Cel. Fabricii nostri Bibliographia antiquaria p. 648 constare sibi persuadet. Omnem vero illam, quam ipse Autor celeberrimus cœmeteriis Romanis per tot annos perscrutandis, & reliquiarum cultui stabiliendo, atque a Mabillonii aliorumque objectionibus vindicando, impendit industriam & doctrinam, gravissimis, quæ contra reliquiarum fidem cultumque a Criticis & Theologis adducuntur, argumentis solide diluendis nondum sufficere; nec omnibus, quæ recenset, historiis a prudentioribus fidem haberi posse, non difitemur: utut ingenue fateamur, opus hoc esse dignissimum, quod in primis ob rerum antiquarum & inscriptionum, nec non documentorum publicorum, præsentem papalis monarchiæ & status Ecclesiastici rationem illustrantium; copiam, a litterarum & sacratorum & humaniorum cultoribus evolvatur, quorum usui etiam facilius, meliusve inservire potuisset, si lingua eruditorum vernacula, quæ Romæ quondam floruit, conscriptum fuisset. Nos pro instituti nostri ratione argumentum hujus operis breviter tantum recensebimus, lectori antiquitatum sacrarum studioso & perito operam haud ingratham navaturi.

Cap. I.

Opus hoc præstantissimum in tres distinctum est libros, quorum primus LX, secundus XX, tertius XXII capitibus absolvitur. In libro primo primum cœmeteria Martyrum & veterum Christianorum, quoad eorundem situm, symmetriam, ordinem & dispositionem describuntur, quæ sunt cavernæ subterraneæ, in duos, tres, quatuor, pluresve ordines divise, quarum alter supra alterum ad formam ædificii conditur, ut sita

ut

ut viis ambiguis & semitis, labyrinthi inflar, inter se cohæreant: ubi etiam cœmeterium A. 1688 detectum in tabula exhibetur, & corpora in illis cœmeteriis pro diversitate terræ multis modis immutata fuisse observatur. Hæc cœmeteria a Romanis gen- **Cap. 2.**
 tilibus primum condita, qui servis abundantes mœniis atque æ-
 dificiis struendis arenas ex cavernis illis subterraneis effodi cura-
 runt: postea Christianorum, urgentibus persecutionibus late- **3.**
 bras quærentium, receptacula & refugia facta sunt, qui in illis
 recessibus subterraneis, utut Principes gentiles, religionem
 Christianam quoquo modo oppressuri, conventus clandestini-
 nos in illis graviter inhibuerint, sacra fecerunt, & sacella, ad **4.**
 celebranda mysteria consecrata, picturis, martyres vel religio-
 nis Christianæ symbola & mysteria representantibus, exorna- **5.**
 runt, præsertim imaginibus columbæ, aliarumque avium &
 bestiarum, quas licitas fuisse, quin & picturas, paganismum **6.**
 sapientes, in sententiam Christianam expositas, sine ullo religio-
 nis præjudicio Christianis permissas fuisse, Autor asserit. Alta- **7.**
 ria vero, in quibus sacrificium, ut loquitur, incruentum cele-
 bratum, Martyrum ait sepulcra fuisse; hinc factum esse, ut **8.**
 altaria & templa, quæ pace ecclesiæ restituta Christiani super
 altaria illa exstruxerunt, dicta fuerint *sepulcra vel memoria Mar-*
tyrum, Martyria, & Confessiones; utque altare vel templum
 ne exstrui quidem posse creditum sit, nisi Martyrum adfuerint
 reliquæ. Tum de Martyrum custodibus, sive cubiculariis, de
 transeis & cancellis, quibus altaria inclusa fuerunt, nec non
 de brandeorum & velorum usu in ecclesiis illis subterraneis
 disserit; quippe in quibus sacra synaxis, more tum temporis **9.**
 consueto, administrata, & reliquæ cultus publici partes peractæ,
 nec non natales Martyrum celebrati fuerunt: vigiliis vero &
 agapas, in natalibus Martyrum quondam in cœmeteriis habitas, **10.**
 propter abusum, cujus tamen Romanorum agapas expertes fuis-
 se credit, interdictas & abrogatas esse fatetur. Non cultui vero **11. 12.**
 solum divino infervierunt cœmeteria, sed etiam corporibus
 Martyrum aliorumque fidelium sepeliendis. Hinc quibus titu- **13.**
 lis aut quo jure veteres Christiani sepulcra in cœmeteriis sint **14.**
consecuti, ex inscriptionibus demonstrat, quæ magno nu-

mero adductis, sepulcra vel ab amicis donata, vel a vivis sibi facta, aut a fossoribus emta, vel a cognatis supersticibus comparata fuisse indicant. Donationem exempli gratia sequens testatur inscriptio:

p. 51.

DOMITIONI T. FLA. EVTVCIO
 QUI VIX. ANN. XVIII MES. XI D. III.
 HVNC LOCVM DONABIT M. ORBIVS
 HELIVS AMICVS KARISSIMVS.
 KARE BALE.

Vivos quoque sibi comparasse sepulcra, sequentes indicant formulae: *Constantia fecit sibi viva locum: Fortunatus se vivo sibi fecit, ut cum quieverit in pacem in ~~X~~ locum paratum habeat: de suo labore sibi fecit &c.* Sic vivos sibi emisse sepulcra, sequens confirmat inscriptio:

53-

DONATA SE VIV EMIT SIBI ET
 MAXENTIAE LOCVM BISOMV

Ubi saepius additur a FOS. seu FS. id est, *fossore* vel *fossoribus*. Cognatos denique superstites, parentes, liberos, conjuges, defunctorum sepulcra posuisse, quam plurimae testatum faciunt inscriptiones, ex quibus sequentem annotare liceat:

54-

B. M. FILIO
 INNOCENTISSIMO EPICTETO QUI SEMPER
 CUM PARENTES SVOS INNOCENTISSIME
 VIXIT
 HIC VIXIT ANNOS NVMERO VICINTI ET
 MENSES II ET DECESSIT DIE V. AVG. HVIC
 PARENTES POSVERVNT ID EST
 VICTORIANVS ET CYRIACETE.

Cumque Auctor studium ac sollicitudinem Christianorum, in loco sacro & apud Martyres sepulcrum obtinendū, observat; inscriptionem a se quondam in cœmeterio S. Cyriacæ inventam, & cum Fabretto communicatam, ab hoc vero in Inscriptionibus suis haud satis accurate, uti incisa fuit, expressam, ita exhibet:

I PO.

I. POSTUMVS EVTHERION. FIDELIS. QVI GRATIA
 X. SANCTA CONSECVTVS PRIDIE NATALI SVO SEROTINA
 Θ. HORA REDDIT DEDITVM VITE SVE QVI VIXIT
 Y. ANNIS SEX ET DEPOSITVS. QVINTO IDVS IVLIAS DIE
 C. IOVIS QVO ET NATVS EST CVIVS ANIMA.
 N. CVM SANCTOS IN PACE FILIO BENEMERENTI
 POSTVMI FELICISSIMVS ET LVTKE
 NIA ET FESTA AVIA IPSEIVS.

P. 58.

Tum *fossorum* sive *fossariorum*, qui etiam *Copiasa*, *Laborantes*, *Cap. 15.*
 (græce *κοπασται* & *κοπιωτες*) *Arenarii*, *Decani*, *Leſicarii*
 & *Porticani* appellati fuerunt, & hamandis fidelium corpori-
 bus curam impenderunt, dignitatem, officium & titulos de-
 scribit, & imaginem Diogenis fossoris in tabula exhibet, cujus
 tunica ad genua usque est protensa, cum manicis constrictis &
 angustis, & calceamenta a sandaliis parum differunt: in collo
 pendet amphibalus, sive pannus villosus, cucullo haud abfimi-
 lis, quo caput quondam tectum fuit: in lumbis conspiciuntur
 signa crucis, quibus infimæ quoque fortis Christiani in vestibus
 suis usi fuerunt: sinistra manu tenet lucernam ardentem, exi-
 miæ magnitudinis, dextra vero malleum, quo fabri cæmenta-
 rii vulgo utuntur, ab ascia utique distinguendo: monumentis
 enim gentilium ascia quoque incisa fuit, ut eadem sub poena
 ascie vel capitis inviolata relinquenda esse indicarent. Ad obje-
 ctiones vero Mabilionii responsurus, cœmeteria Christianorum
 gentilium cadaveribus non inquinata fuisse, ex mutuo eorundem
 odio, & sepulcrorum diversitate evincere conatur, ac, ritibus
 gentilium sepulcralibus expositis, prolixè disputat, ex inscriptio-
 nibus, in quibus *corpus integrum* conditum dicitur, non colligi
 posse, excludi ritum cremandi corpora: nec Syllæ tempore gen-
 tilium corpora in cœmeteriis Christianorum condita: in Chri-
 stianorum inscriptionibus Consulum quoque mentionem fieri:
 idololatrias Christianis quam maxime exosos fuisse: quin im-
 mo Deum prodigio quodam corpora gentilium & Christiano-
 rum distinguisse, adeo, ut gentiles, licet id sæpius tentaverint,
 corpora tamen suorum cum Christianorum corporibus confun-
 dere non potuerint: nec cœmeteria Romana a Martyrum cor-
 poribus.

16.
17.
18.
19.
20.
21.
22.

- poribus ad sæculum usque octavum vel nonum vacua fuisse: nec
 Cap. 23. ob stare, multa corpora sine nominibus inveniri; multa adhibita
 24. essenonina appellativa; multa nomina propria esse æquivoca,
 25. gentilibus & Christianis communia: nec requiri ad cultum
 Martyrum, omnia eorundem facta & miracula habere cognita
 & perspecta, sed tantum martyrii certitudinem. Quibus argu-
 mentis quantum in sit ponderis, aliis dispiciendum relinquimus.
 26. Ad res pretiosiores, quæ in cœmeteriis Romanis inveniuntur,
 enarrandas dum Autor progreditur, primum de *sanguine Mar-*
 tyrum, qui nusquam terrarum copiosius effusus, quam quidem
 27. Romæ, disserit, & quanto in pretio fuerit quanto ve cum studio
 28. 29. collectus sit, refert, miraculum sanguinis liquefcentis tradit, &
 30. sanguinem Martyrum ab antiquis Christianis in certissimum
 martyrii testimonium sepulcris eorum appositum fuisse affirmat.
 31. Deinde *vasa*, quibus Christiani in sanguine Martyrum colligen-
 32. do & ad servando usi fuerunt, vitrea, fictilia &c. describit, & omnis
 33. generis & materiarum vasa, etiam a gentilibus facta & adhibita, a
 Christianis hunc in finem usurpata fuisse, adserit. Inter alia
 quatuor exhibet vasa symbolica ab antiquis Christianis adhibita,
 quorum primum piscis, alterum mali granati, tertium fasculi
 circo metallico orati, quartum doli formam refert: quæ
 34. omnia allegorice explicantur. Et hæc Christianorum vasa, nec
 cum vasis gentiliū, quibus lacrymas exceperunt, comparan-
 35. 36. da, nec ad unguenta odorifera, nec ad suffitum faciendum, cum
 37. nulli carbores ad fuerint, usurpata: sed magna ait cum circum-
 spectione in cœmeteriis posita esse, ut, quænam sint corpora
 38. Martyrum, situ quoque ostenderent: verum etiam sanguinem
 in vasis illis conservatum, colore, quem vasa vitrea per tempo-
 ris longinquitatem sub terra attraxerint, dignosci posse: fua-
 39. dos denique paterarum vitrearum, sanguine Martyrum tincta-
 rum, figuratos inveniri testatur, idque patera crystallina in
 40. 41. cœmeterio Calisti cum imaginibus Petri & Pauli inventa com-
 probat. Porro *palmam*, quæ apud Romanos, æque ac apud
 Hebræos, signum victoriæ, & magno in pretio fuit, in cœme-
 42. teriis fictam pictamque, signum Martyrii fuisse, pluribus con-
 firmare annititur argumentis, & hunc in finem varias adducit
 phra-

phrases in scriptis Patrum & actis Martyrum a palma desunt; in quibus respectus potissimum habetur ad Martyrium, triumphum & gloriam Martyrum: varias quoque certissimorum Martyrum inscriptiones refert, quibus sola palma apposita: decretumque sacre Congregationis supra indulgentias & reliquias, in quo palma sepulcris apposita certissimum Martyrii signum declaratur, vindicat, & aliud quoddam, a Papebrochio & Mabillonio productum, apocryphum & adulteratum esse contendit: atque prolixa disputatione contra hos, nec non contra Scachum instituta, palmam certissimum, indubitatum & specificum Martyrii signum esse concludit. Denique diligentiam & singularem proflus industriam Christianorum predicat, qua corpora Martyrum aliorumque fidelium in sepulcris deposuerunt: Martyrum ossa truncata, & capillos, nec non instrumenta, quibus Martyres cruciati fuerunt, asservarunt: ubi etiam de reliquis, quæ in sepulcris inveniuntur, rebus, & de fragmenta ex Martyrum sepulcris, quando aperta fuerant, exorta, plurima lectu non injucunda profert.

Cap. 43.

44. 54.

55.

46. 57.

58. 60.

In Libro II cœmeteriorum ornamenta ordine exponit, in quibus primum merito locum tenent *inscripciones* sepulcrales veterum Christianorum in cœmeteriis repertæ. Quantum illæ habeant autoritatis & fidei, utilitatis & suavitatis, Autor erudite ostendit, & tum fusius disserit de *inscriptione Martini* in cœmeterio Gordiani cum uva & columbis, non tam signis Martyrum, quam veterum Christianorum symbolis, cum pugillari, stylo, & spinis metallicis, quibus veteres scribere solebant, aliisque instrumentis ad literas cum stylo facilius exarandas usurpatis: ejusmodi enim instrumentis apposis Christiani indicare voluerunt, quale vitæ genus defunctus excolerit: ubi, in *inscriptione Martini* cum symbolis illis in tabula exhibita, fibula & manus ex achate simul depingitur, quæ, qua ratione veteres stylum tenuerint, commonstrat: porro de *inscriptionibus* cum monogrammate **X** item **A P** & **Ω** & *figao crucis*: de *hieroglyphicis* in lapidibus sepulcralibus repertis: de *inscriptionibus*, in quibus amoris erga defunctos existat *significatio*, a religionis Christi-

Lib. II.

C. I.

2.

3.

4.

5.

113.

nae gravitate non aliena; ex. gr. *filia dulcissima*, *sancta* five *sanctissima*, id est carissimæ, (sanctum enim veteres Christiani & gentiles dixerunt, quicquid carum & laudabile) *carissima*, *amantissima*, *incomparabili*, *bene merenti* &c. Ex insigni inscriptionum hujus generis copia duas tantum annotabimus, hoc modo expressas.

p. 392. IN PACE IDIBVS AVGVS. DOMITIANVS
INFELIX ET MISER POST OBITVM
TVVM VIVO.

VICTORIAE. CASTISSIME.
FEMINE CHRÆSTVS
FILIVS MERENTI SPIRITO.

- Cap. 6. Deinde agit de inscriptionibus, in quibus voces *dormit*, *quiescit*, *requiescit*, *depositus in pace*, & id genus aliarum, quibus defunctorum obitus & sepultura indicatur, occurrunt: nec non de inscriptionibus, in quibus tituli defunctorum, ex. gr. *Secundino bene merenti ministratori Christiano in pace* &c. id est, uti Autor exponit, qui tempore persecutionum fidelibus opem tulit: itemque acclamationes votivæ exprimentur; ex. gr. FAVSTINA DVLCIS BIBAS IN DEO. DIOSCORE VIBE IN ETERNO. VICTORIA SPIRITA VESTRA DEVS REFRIGERET. IN PACE. IN REFRIGERO. IN DEO. IN BONV. &c. Dum vero voces & litteras, in inscriptionibus obvias, rariores & inusitatas observat, earumque indicem ex Golzio & Fabretto inserit, maximam indicis hujus partem ad eam refert ætatem, in qua lingua Latina adhuc floruit, & voces ac litteras illas promiscue adhibitas fuisse opinatur. Quicquid etiam paganismum redolet in inscriptionibus, quas in cœmeteriis Romanis inveniuntur, in sanio rem partem explicaturus, inter alia observat, Christianos quandoque lapides gentilium sepulcrales adhibuisse; qua de causa in nonnullis lapidibus ex altera parte gentilium, ex altera vero Christianorum incisa reperitur inscriptio: eosdem etiam voces & formulas gentilium, ex. gr. D. M. & D. M. S. *sempernas tenebras habitare*.
12. *semno eternali* &c. itemque symbola illorum: quod ultimum

præ-

præsertim in inscriptione Aureliæ Agapetillæ ex cœmeterio S. Agnesæ extracta confirmat, in qua cum symbolis nonnullis paganis sequentia exhibentur verba Christiana:

AVR. AGAPETILLA
ANCILLA DEI QVE
DORMIT IN PACE
VIXIT ANNIS XXI
MENSES III DIES IIII
PATER FECIT.

& denique nomina sua propria, utut profana Deorum nomina fuerint, retinuisse. Tum alia ornamenta sepulcralia, resque in sepulcris inventas; ex gr. mures, testudines, statuas &c. persequitur, & lucernis veterum ac sepulcrorum sigillis eruditi lectoris animum non minus quam oculos delectat. In fine vero hujus libri omnia, quæ in agro Romano ad hunc usque diem detecta sunt, cœmeteria recenset, & vocabulis ac titulis, quibus sepulcra denotantur, expositis, quæ sunt *arca, arenarium & arenaria, atrium, carnarium, catacumba vel catatumba, concilia Martyrum, crypta, dormitorium, hypogæum, latebra, polyandrium, requietorium, requietionis loca, sedes requietionis, sacrarium & sanctuarium, sedes ossium, sepulchretum, tumba, cum synonymis, ager somni, arca, bustum, capulus, conditiuus, conditorium, domus defunctorum, domus quietis, locellus, loculus, mausoleum, memoria vel memoria, monumentum, pax, portus, quietis, quietorium, requies, sarcophagus, sedes, solium, stabulum cadaveris, thesaurus, tumulus, tymbus &c.* cœmeteria, quæ extra Romam in reliquis Italiæ provinciis, nec non, quæ aliis in locis extra Italiam, ex gr. Bethlehemi, in monte sacro, Antiochiæ, Alexandriæ, in Cypro, in Africa, Sicilia, Melita, Hispania & Gallia, in Germania Coloniz & Trevisis, & denique in Polonia sive Russia rubra Kioviz, ostentantur, describit. Verum hisce diutius immorari cum nobis non liceat, ad Librum tertium progredimur, in quo *de reliquiarum cultu* pro Ecclesiæ suæ placitis & traditione disputat; nempe reliquiarum nomine ipsi veniunt ea omnia, quæ de Sanctis, in cœlum translatis, in terra remanserunt, tam integra eorum corpora,

U u u

quam

quæ minutissimæ ossium particule, tam vestimenta, quam loca, in quibus prodigium aliquod edidisse creduntur. Dicuntur alias *beneficia, benedictio, busta, cineres, concineratio, exuvie, favilla sancta, gleba, insignia sacrorum, lipsana, patrocinia aut pignora Sanctorum, sanctuaria, xenia Sanctorum*. Cultum vero reliquiarum, ab hæreticis, ut ait, antiquis & recentioribus impugnatum, Ecclesiam Catholicam a prima sua ætate semper observasse, Concilia & Patres promovisse, ac Deum ipsum infinitis miraculis confirmasse, gloriatur. Quæ gloria quam inanis sit, neminem nostratum vel leviter religionis Christianæ principiis imbutum fugit. Honorem, quem Autor sermonis 92, Ambrosio vulgo adscripti, martyribus tribuit, illis non denegamus; nec quisquam nostrum est, qui verbis citata non suffragetur, & de se profiteatur: *Honoro in carne Martyris acceptas pro Christo cicatrices; honoro viventis memoriam perennitate virtutis; honoro per confessionem Domini sacros cineres; honoro in cineribus femine aternitatis; honoro corpus, quod mihi Dominum meum ostendit diligere, quod propter Dominum mortem docuit non timere*: cultum vero religiosum ipsis debere pernegamus, nec facile nobis persuaderi patimur, ipsos angelos Clementem Pontificem Romanum, S. Cathrinam, S. Hermelindam, &c. ea, quam jactitat, veneratione esse persecutos. Quod ad corporum Sanctorum translationem attinet, defunctorum ossa ex sepulcris transferre abaque præcitu & consensu Collegii Pontificum, Romanorum legibus prohibuit, & ab Imp. Theodosio interdictum esse fatetur, *humatum corpus nemo ad alterum locum transferat*: Christianos autem tempore persecutionum reliquias Sanctorum sibi servasse statuit, & Constantinum M. ex instinctu quodam divino, teste Paulino, primum fuisse, qui publicas reliquiarum translationes fieri iussit. Ne quid enim gloriæ, splendoris & sanctitatis novæ fuz Romæ deesset, corpus S. Andreæ ex Achaia, ex Asia vero S. Timothei, S. Lucæ &c. Byzantium transferri curavit, cujus exemplum successu temporis alii sunt secuti. Ex cœmeteriis Romanis translationem corporum, minimum publicam, in prioribus sæculis ante Gregorium Papam non factam esse, sed eo demum

tempore, quo Phocas Pantheon sive templum omnium Deorum gentilium Mariz Virgini & omnibus Sanctis dedicavit, multa Sanctorum corpora ex cœmeteriis in templum illud translata fuisse, non diffitetur. Prodigia autem & signa, quibus Deus Sanctorum reliquias ad cultum publicum transferendas esse, significasse perhibetur; quæve corporibus Sanctorum, modo inventis, modo translatis, contigisse dicuntur; itemque rationem nova cœmeteria Martyrum detegendi, quæ ab indultu & sententia sedis Apostolicæ unice pendet; ritus etiam in processionibus cum reliquiis transferendis observandos, & modum corpora Sanctorum sub antiquis altaribus quærendi, præterimus: nec sollicitè inquirimus, an reliquæ in altaribus vel templis consecrandis solum Martyrum esse debeant; quomodo reliquæ Roma in alias regiones translatae cultui publico sint exponendæ; an reliquæ in hoc vel illo loco templi repertæ, aut sine sigillo vel scripto authentico inventæ, aut nominibus æquivocis insignitæ, pro veris reliquiis sint habendæ; an ad veritatem reliquiarum probandam experimentum aliquod capere liceat, e. g. cœlo pluviam negante reliquias in aquam immergere ad impetrandam pluviam, &c. quod Autor haud inepte negat; an in distribuendis reliquiis locorum aut personarum respectus sit habendus; an illas in zdibus privatis retinere liceat, quod summæ dignitatis viris tantummodo conceditur; quid de consuetudine reliquias ex devotione collo gestandi, & quæ superioribus sæculis, quibus superstitio etiam per reliquias Sanctorum juravit, sæpius observata fuit, in galeis frenisque gerendi, aut ad incendia extinguenda adhibendi, sit statuendum; an reliquæ vel ex devotione vel alia de causa furtim sint auferendæ, & vendi possint, vel cum aliis rebus commutari; qua denique solennitate & religione reliquæ ex cœmeteriis Romanis extractæ sint prosequendæ. Ex ipsis vero breviter strictinque adductis capitibus apparet, Autorem nihil fere præterminasse, quod ad reliquiarum cultum, in Ecclesia Romano-Catholica adhuc vigentem, ex decretis Pontificum, quibus solis inaitur, illustrandum pertinere visum fuit. Hinc etiam cultum reliquiarum ab omnibus Prælatiis promoveri oportere summo opere urget; &

Cap. 3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10.
11.
12.
13.
14.
15.
16.
17.
18.
19.
20.
21.

tandem de vasis, in quibus reliquæ asservandæ, cujusmodi vasculum *apophoreta*, *busterna*, *buxum* vel *buxa*, *buxtula*, *canola*, *capsa* seu *capsula*, *chrismarium*, *feretrum*, *hierotheca*, *locellus*, *monstrantia*, *monstrum*, *nafus* seu *naffus*, *philaëterium*, *redubia*, *sanctuarium*, *scrinium*, *stampus*, *tbeca*, *tebellus*, *urna* appellari solet, cujus pretii esse debeant, differit, & prolixo indice univcrsum opus concludit.

SANCHONIATHO'S PHOENICIAN HISTORY,
id est,

SANCHONIATHONIS HISTORIA PHOENICIA, translata ex Euseb. l. 1 de præp. Evangel. cum continuatione historię hujus Sanchoniathonis ex canone Erastosthenis Cyrenæi, quem Dicaearchus connectit cum prima Olympiade &c. Autore R. CUMBERLAND, Th. D.

& Episcopo Petroburgensi. Edidit & præfatus est S.

PAYNE, A. M. Minister verbi Baruaci
in Comitatu Northamptoniensi.

Londini, apud R. Wilkin, 1720, 8.

Alph. 1. pl. 11.

RELIGIO Pontificia, varizque methodi ac viz, quibus usa est jam longo abhinc tempore Romana Ecclesia, ut in Anglia prisca sedes recuperaret, ut plurimorum aliorum, ita & hujus doctissimi operis scribendi occasionem præbuit. Doctissimus enim Autor, qui a natura quasi ita factus erat, ut Papatum non posset non averfari, quemadmodum attentissimus erat observator earum rerum, quæ quacunque ratione Romanæ superstitioni viam sternere, aut progressus ejus provehere videbantur posse; ita eo usque processit, ut exinde ad ultimas idololatriæ origines investigandas animum paulo penitius appulerit. Antiquissimum, quod huic rei inserviret, monumentum videbatur ipse sibi invenisse apud Sanchoniathonem, scriptorem Phœnicum, cujus inculentum nobis fragmentum, ex Græca quidem Philonis Byblii versione, conservavit Eusebius l. 1 de P. E. c. X, in quo id
potif.

finum egere videbatur scriptor, ut idololatriæ causam diceret. Quæ ergo ibi de origine hujus universi, de primis cultus sacri rationibus, mortaliumque ἀποθεώσες antiquissima, omnis fere idololatriæ parente, dicta sunt, quum ea omnia accurate cum sacra veræ Ecclesiæ, quæ apud Mosen habetur, historia conferret, visus est sibi invenire vetustissima idololatriæ vestigia, ex Caini jam ante diluvium posteritate repetenda. Ejus enim genus & familiam apud Sanchoniathonem recenseri, quanquam diversis a Mose nominibus, autumat Noster. Quoniam vero filium illud Genealogicum a Sanchoniathone producitur, usque ad *Misorem* quendam, qui idem *Menes* ille, vel *Mesratim* videtur esse, a quo seriem Regum Ægypti orditur *Eratosthenes Cyrenæus*, in venerando vetustatis laterculo, oportunitate ipsi visum fuit, hunc ipsum *Eratosthenis canonem* subjungere, qui seriem Regum 38, annorum 1077 complectitur. Ultimus horum Regum, uno demto, est *Nilus*; a quo ad primam usque Olympiadem annos 436 elapsos esse testatur *Dicaarchus*. Ut adeo hic successio temporum a condito inde mundo ad initia Olympiadum usque, ex scriptoribus gentilium hausta, exhibeatur.

Divisa est tractatio in duos Libros, quorum prior ipsum L. I.
 Sanchoniathonis textum, Anglico sermone, exhibet; inperfis
 hinc inde observationibus, ad scopum libri, i. e. idololatriæ o- p. I
 rigines observandas, imprimis facientibus. Dein tabula exhi- 2.
 betur ex Sanchoniathonis historia & Eratosthenis laterculo con-
 flata, subjunctis annotationibus, in quibus numerum generatio- cap. I.
 num Mosaicarum cum hac Sanchoniathonis genealogia consen-
 tire, hanc ipsam vero cum Eratosthenis canone connecti posse
 ostenditur; observatis quoque nonnullis de *Mene*, quod nomi- c. 2.
 nis cum voce *Meon*, idoli cujusdam appellatione, convenire
 existimat, de quo multa erudite disputantur. Sequuntur septem p. 3.
 capita annotationum, quæ partem Libri primi tertiam absol-
 vunt. Eas Liber secundus excipit, VI sectiones complexus, in quas L. II.
 pariter congestæ sunt hujusmodi observationes, quæ ad expli-
 canda, illustranda & probanda ea, quæ in tabula continentur,
 inserviunt; inperfis hinc inde doctissimis digressionibus, qui-
 bus chronologiæ & historiæ antiquissimæ multum lucis affun-
 ditur.

ditur. Si quis omnia melius disponi, & quæ hinc inde sparsa habentur, conjunctim suis locis, in pleniorē ac fere continen-
tam demonstrationem commentari potuisse contendat; ei nos
quidem ea de re licet non movebimus. Sed & ipse Autor, si vi-
xisset, refusurus, ut videtur, fuisset opus: Latino enim sermone
de iis rebus loqui se debuisse existimavit. Cumque ipse morte
præventus esset, consilium hæc Cl. Editor, qui a sacris domesti-
cis Autori fuerat, exsequi, librumque in Latinum transferre,
eoque ordine disponere voluit, cujus schemata ipse sibi ab Autore
traditum ante fata ejus acceperat. Sed postea hunc animum de-
posuit, ne manus operi alieno videretur intulisse.

Sed forte non ingratum erit lectoribus nostris, ipsam tabu-
lam, in qua compendium laboris pariter ac conjecturarum do-
ctissimi Autoris conspiciatur, præsentem cognoscere. En illam:

*Tabula Chronologica Genealogie Sanchoniathonis, collata
cum Mosaica, continuata per Eratosthenem.*

	Sethi linea apud Mosen.	Sethi linea ap. Sanchonia- thonem imperfecta, cum trium generationum resti- tutione, & continuatione per successiones Era- tosthenis.	Caini linea apud San- choniathon. non emendata.	Caini linea ap. Mosca.
			General. I.	
A. M.	1 Adam vixit a. 930		1 Πρωτόγονος, Ἀδὰμ.	1 Adam.
190	2 Seth. 912		2 Γένος, Γενεά.	2 Cain.
235	3 Enoa. 935		3 Φῶς, Πύρ, Φλόξ.	3 Enoch.
325	4 Cainan. 912		4 Κάσσιος, Αἰθωνός.	4 } omiff.
395	5 Mahaleel. 895		5 Μημεγῆμος, Οὐσῶς.	5 } omiff.
460	6 Jared. 962		6 Ἀγγεός, Ἀλιεύς.	6 Irad.
622	7 Enoch. 365		7 Κρουσάρδ ἢ Ἡφουστός.	7 Mehujael.
687	8 Methuselah. 965	General. 2.	8 Τεχνίτης, Τήνιος.	8 Methusiel.
874	9 Lamech. 777	9 Ἐλιὲν ὁ ἢ Ὑψίτος.	9 Ἀγγός, Ἀγγάρος.	9 Lamech.
1056	10 Noah. 950	10 Οὐρανός. General. 3.	10 Ἀμυρός, Μάγος.	10 Jabal. Ju- bal.
1558	11 Japhet, Sem Ham.	11 Συδύκ, Κράνος. ἢ Νηρηίς. f. Sem. f. Ham. f. Japhet.	Πόντος Ποσσάδων.	
1656	Diluvium.		Diluvium Caini lineam delet	
1658	12 Arphaxad. 438	12 Κάβαρος, Μισαίρ.	11 Συδύκ, Μισαίρ.	
1693	13 Selah.	13 Τσοὶ Διοσκουρίων. Θωίδ.	12 Κάβαρος, Thoth.	
			13 Filii Dioscuroorum.	

ERA-

MENSIS NOVEMBRIS A. MDCCXXII. 527
ERATOSTHENIS *Tabula, cum annis mundi, que*
initium regni cujusque regis propius determinat.

2006 Noah moritur.
 2008 Abraham nascitur.

In Ægypto superiori.	
A. M.	A. regni
1849	Menes. Meſtraim. 62
1911	Athothes I. 59
1970	Athothes II. 32
2002	Diabies. 19
2021	Pemphos. 18
2039	Tægar. Amachus. 79
2118	Stæchus. 6
2124	Goformies. 30
2154	Mares. 26
2180	Anoypies. 20
2200	Sirius. 18
2218	Chnubus Gneurus. 27
2245	Ravofis. 13
2258	Biyria. 10
2268	Sæphis. 29
2297	Senfaophis. 27
2324	Mofcheris. 31
2355	Muffia. 33
2388	Pamamus Archondes. 35
2423	Apappus Maximus. 100
2523	Echescus Karas. 1
2524	Nitocris. 6
2530	Myrtæus. 23
2552	Thyoſimares. 13
2564	Thyrillus. 8
2572	Semphucrates. 18
2590	Chuter Taurus. 7
2597	Meres Philoſophus. 12
2609	Choma Ephta. 11
2620	Anchunius-Ochus. 60
2680	Penteathyris. 16
2696	Stamenemes. 23
2719	Sistoſichermes. 55
2774	Maris. 43
2817	Siphos Hermea. 5
2822	Anonymus. 14
2836	Phruron ſ. Nilus. 5
2841	Amurthæus. 63
3228	Olympiades incipiunt.

In Ægypto infer. ex Joſ. & Manethone, Paſt. Phœnices, Canaanitar.	
A. M.	
1920	Salatia.
1939	Bæon.
1983	Apachnas.
2020	Apophis.
2081	Janias.
2131	Aſſia.
2180	Tethimoſis dynaſtiam Thebanam in Ægypto inf. inchoat.
2208	Ogygium diluvium in Græcia.
2513	Israël egreditur ex Ægypto. Edificat tertiam pyramidem. Syncellus.
	Invenit elements Geometrix. Laertius.
	Dicazarehus affirmat, a Nilo ad primam Olympiadem esse annos 436. Ad

- Ad Cosmogoniam Sanchoniathonis observat Autor doctissimus, eam ita esse compositam, ut entis alicujus supremi ac intelligentis concursum, excludat, adeoque ad Atheismum recta via ducat. Quod amplius persequitur, facta collatione cum fragmento quodam manuscripto Damascii *περι Ἀρχῶν*, quod cum Nostro *D. Gale* communicaverat. Negat proinde, quod visum fuerat Grotio & Bocharto, ventum, qui *Κολπίας* Sanchoniathoni dicitur, esse *קוּלְפִיָּא* vocem oris Dei, ex quo & uxore ejus *Βαάν*, quam *קוּבָא* Mosaicum esse credunt, prognatus sit *Πρωτόγονος* & *Ἀϊών*, sed veri nominis ventum significari autumat, a *κόλπος* h. e. cavitate vel sinu dictum, quippe qui cavitatibus materiz inclusus, eruperit in motum, atque produxerit primos mortali-
 um ex materia, quæ, ceu principium patiens, uxoris nomine intelligatur. *Πρωτόγονος* ergo Adamum esse credit. *Ἀϊώνες* Evam, *Γένος* Cainum, & ita sequentes generationes respondere ostendit iis, quæ in linea Caini Mosaica, ad latus hic posita, prioribus
 p. 278 [99] decem Sanchoniathonis generationibus conveniunt. Post decimam generationem diluvium secutum esse, ex rationibus temporis Mosaicis colligitur; quod cum familiam Caini omnem deleverit, servato solo Noacho ex stirpe Sethi, cum tribus filiis; factum esse inde autumat Noster, ut falso *Amyno* & *Mago* tribuantur filii *Sydyk* & *Misor*, quos ex Sethi linea arcessi necesse sit. *Kabiros* scilicet, & reliquos, ex quibus genealogiam suam confecerit Sanchoniathon, omnem judicii divini, in idololatricam Caini gentem per diluvium exerciti, memoriam studio suppressisse, atque adeo primis idololatriæ fundatoribus successores dedisse eos, qui ex Noachi familia superstites evaserunt. Inde duplicem Autor noster correctionem instituit. Prima est, quæ *Sydycum*, quem ab *Amyno* & *Mago* Sanchoniathon derivat, lineæ Caini cum *Misore* & sequentibus duabus generationibus evulsam, Sethi familiæ restituit, *Semum* eum esse contendens. *Semum* enim eundem esse cum *Melchisedeco*, quem & *Sedecum* nude nominant, multi sibi persuadent. *Sedec* vero & *Sydy* nudis vocalibus differunt. Reliquias scilicet lineæ Sethi Sanchoniathon pariter opportune videtur adjunxisse, qui præter primam illam XIII generationum seriem, duas alias subjungit genealogias.

Annot. VI
 p. 207 [99]
 conf. tab.

p. 46. 47.

gias. In altera Ἐλίσιν seu Ἰλίσιν habetur, cujus filius est Ὀυ. Annot. II. ρων, ex quo natus est Κρόν. *Cronum* hunc *Chatum* esse, p. 111 sqq. multis rationibus contendit ductissimus Autor. Extat scilicet illustri *Eupolemi* narratio ex *Alexandro Polyhistore ap. Euseb. Pr. H. 9. 17* allegata: Βαβυλωνίως γὰρ λέγεσθαι πρῶτον γενέσθαι Βῆλον, ὃν εἶναι Κρόνον. Ἐκ τούτου δὲ γενέσθαι Βῆλον, ἢ Χανααὸν, τούτου δὲ τὸν Χανααὸν γεννησθαι τὸν πατέρα τῶν Φοινίκων τούτου δὲ Χέμ υἱὸν γενέσθαι, ἐν ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων λέγεσθαι Ἀσβολον, πατέρα δὲ Ἀιδιόπων, ἀδελφὸν δὲ τοῦ Μεστραίμ, πατέρα Ἀγυπτίων. Exinde infert Notter: 1) nomina Belus seu 𐤁𐤏𐤃 & Cronus a 𐤁𐤏𐤃 conveniunt, eumque denotat utrumque, qui dominium & p. testatem habet. 2) Cronus est pater Chanaan, sed pater Chanaan est Ham. 3) Filii Croni sunt IV, scilicet 1 Belus, 2 Chanaan; 3 Chum, 4 Mestram. Ita enim integritatem Eupolemi contra Bochartum tuetur Notter, & ita Græca transfert: *Primum fuisse Belum, qui est Cronus. Sed ex hoc natum esse al-* p. 115. *ium Belum & Canaan, & hunc Canaan fuisse vel genuisse patrem Phœnicum. Sed & filium ejus* (relato τούτου non ad proxime præcedens, sed remotius, scilicet Belum) *fuisse Chum, quem Græci dicunt Asbolum patrem Æthiopum, fratrem Mestram, patris Ægyptiorum.* Atqui hi sunt filii Hami, Gen. X, 6. De *Chanaan* enim & *Mestram* nullum esse potest dubium. 𐤁𐤏𐤃 facile transivit in Χέμ, cum per nudam literarum alterationem, mutato 𐤁 in μ, tum ad aptius & linguæ Græcæ convenientius exprimendum casum quartum. *Belus* ergo II honoris titulo ita nominatus *Phus* est, cujus nominis vestigia apud Græcos in *Apollinis Pythii* appellatione ostendit Bochartus. Ceterum & numerus generationum a primo mortalium concordat, Cronus enim coætaneus exhibetur Sydyco, Sydyce autem in undecima generatione est a *Protogono*, quemadmodum filii Noë ab *Adamo*. Si ergo Cronus est Cham, sequitur *Uranum* Sanchoniathonis esse *Noam*. Habemus *Noam*, & duos ejus filios, *Semum*, *Chatum*. Unde ergo *Japhetus*? Hanc tertia Sanchoniathonis genealogia suppeditat, in qua recenletur *Nereus* pater & filius *Πόνως*, cui *Ψυφον* adjungitur, a quo *Περσίδων* seu *Nereus* & celebris illa cantatrix *Sidon*

Annot. VII. descendunt. Nereus hic Autori nostro creditur esse *Japhetus*, p. 256 sqq. quam in rem multa docte differit.

Altera correctio ea est, qua summe Rev. Autor *Misorem*, quem in eadem cum *Sydyco* generatione & ab iisdem majoribus derivatum ponit Sanchoniathon, una generatione sequiorem facit, & patri *Crono* seu *Hamo* vindicat. Causa est, quod 48. 179 sqq. *Misor*, juxta ipsum, idem est ac *Mizraim* seu *Mesraim*, filius Chami, quod late deducitur. Exinde etiam est, quod *Thothum*, *Θωθ*, quem cum Cabiris conjungit Sanchoniathon, uno gradu posteriorem faciat, ac cum filiis Dioscurorum conjungat. *Cabiri*, seu *Dioscuri*, sunt filii *Sydyce* seu *Semi*, *Misor* vero filius *Hami*: ergo respondent sibi *Cabiri* & *Misor* in generatione 12. *Misoris* filius est *Thoth* seu *Athoth*: ergo jungendus est hic in generatione 13 cum Dioscurorum filiis.

Laterculum Eratosthenis, quod subjungit Autor, debemus Syncello p. 91 sqq. & forte ante ipsum Eusebio, cui insertam in Græco legitur p. 18 sqq. ex quibus collectum uno intuitu exhibetur apud Scaligerum in Canon. Chronic. p. 136. Id ut cum Sanchoniathonis historia connecti debere ostendatur, probat Autor doctissimus, *Menem*, qui primus est in hoc laterculo, esse *Misorem*, seu *Mesraim* filium *Croni*, i. e. *Hami*, quod ipsum Eratosthenes & Syncellus totidem verbis fatentur. Eadem enim, quæ de *Mene*, etiam de *Misore* dicuntur, α) quod patrem haberit Cronum seu Hamum (*Hamon*, *Amoun*, *Hammon*, quod nominis Græci efferunt per *Zeus*, unde *Hamon*-*No*, *Ezech.* XXX, 15, dicitur *διόσπολις*, inde *Menes* etiam dicitur *Διών* β) quod habuerit filium *Thoth* seu *Athoth*, γ) quod ædificaverit urbem *Memphis*, quæ *Menephis* dici debebat, Ebr. *Menoph*, concifius *Moph*, quæ & *Mezer* dicitur a *Misore*, δ) quod regnum *Ægypti* condiderit, & alia. Atque sic deinceps tota series Regum decurrit continenter usque ad *Nilum* & *Amurrihaum*, quorum prior est, de quo *Dicaarchus* allegatur Scholiasti *Apollonii*, Arg. IV v. 272: ἀπὸ δὲ τῆς Νείλου βασιλείας μέχρι τῆς πρώτης ὀλυμπιάδου ἔτη υλς.

Ad Chronologiam quod attinet, apparet statim ex tabula, Autorem nostrum paulo aliter disponere seriem annorum mundi,

di, qui Regibus istis Ægypti conveniunt, ac alii chronologi faciunt. Initium scilicet regni Menis incidit juxta Syncellum in A. M. 2900, juxta Scaligerum in A. 2114 Periodi Julianæ, qui est annus mundi 1350, juxta Marshamum in ann. Per. Jul. 2371, qui est A. M. 1661, juxta Nostrum vero in A. M. 1849. Ex quo illud resultat commodum, ut regni Ægyptiaci initia diluvio annos quasi ducentos posteriora fiant, ut adeo numerus & multitudo hominum, quæ condendo regno sufficiat, commode statui possit. Ipsam computationem ac rationes ejus non facile ita concertare licet, ut Lectori nostro eam hic cum aliqua evidentia, sed & cum aliquo suo robore ante oculos ponere queamus. Id saltem notamus, duo præcipue data esse, ex quibus Autor colligit. Primum est, quod Diczarchus a Nilo usque ad initium Olympiadum annos 436 numerat. Jam si Olympiades incipiunt anno Periodi Julianæ 3938 juxta Marshamum, colligetur exin, Menem regnasse A. M. 1800, qui numerus 49 annis antevertit adoptatam Autori hypothefin. Alterum datum est nota quædam Eratosthenis ad nonum in laterculo Regem, cui nomen *Mares*, in qua narratur, eo tempore *Tethmosin* dynastiam Thebanam, expulsis pastoribus Phœnicibus, in Ægypto inferiori condidisse. Factum hoc esse anno M. 2180, prolixè ex synchronismo S. Codicis ostendit Autor, præmissa doctissima de ipsis illis pastoribus Phœnicibus disquisitione. Jam si ultimus annus *Mares* ponatur cum anno *Tethmosis* primo coincidere, atque adeo esse A. M. 2180, sequetur regnare cœpisse A. M. 1849. Di- p. 436.
scrimen hujus computationis ab ea, quæ ex Diczarcho desumpta est, emollire aliquantulum conatur Autor & ad annos 20 tantum reducere. Tandem & nonnulla alia argumenta, ex diversis auctorum locis desumpta, congerit doctissimus Autor, quibus eandem *Menis* ætatem confirmari ulterius posse ostendit.

Volebamus jam doctissimarum observationum, quæ magno numero inferuntur passim, exempla quædam subjungere, earum imprimis, quæ ad cognitionem Theologiæ gentilis penitiosem faciunt; verum parcendum est patientiæ Lectoris, nec ultra consuetam mensuram filum hoc extendendum. Id scili-

cet persuasi fumus certissime, fore, ut neminem libellum hunc elegantis doctrinæ plenissimum legisse pœniteat.

A BRIEF ACCOUNT OF THE LIFE, CHARACTER and Writings of Richard Cumberland &c.

id est,

NARRATIO BREVIS DE VITA, CHARACTERE & scriptis RICHARDI CUMBERLANDÆ Episcopi Petroburgensis. Autore S. PAYNE, A.M. Rectore Eccles. Barnacensis in Northamptonia.

Londini, apud R. Wilkin, 1720, 8.

Plag. dimid. 5.

Cum hæc vita & præfationi libri præcedentis inserta sit, & separatim quoque edita, nos quidem seorsim eam prælustrandam putavimus. Nimirum dederat orbi literato Celeb. Cumberlandum Londinum, A. 1632, filium civis cujusdam sui optimæ notæ & existimationis. Ex quo litterarum se studiis consecravit, tirocinia primum in Schola Paulina posuit, dein ulterius castra eorum secutus est in Collegio Magdalenz Cantabrigiensi, in quo doctrina celeberrimi Duporti & Rainbowi usus fuit, amicitiamque simul intimam Dn. Hollings & Ezechiz Buttoni, qui libro ejus de Legibus naturæ alloquium ad lectorem præmisit, nec non Samuelis Morelandi, & Pepyfii, cui tractatum de ponderibus & mensuris Judæorum, & Orlandi Bridgmanni, cui librum de Legibus naturæ inscripsit, sibi conciliavit. Atque hæc ipsa Bridgmanni amicitia ipsum præcipue, præterquam quod ex libris suis imotuit, in theatrum orbis prodire jusfit: ipse enim cum amico suo Buttono a sacris domesticis Bridgmanno fuit, quum hic magni figilli custos esset. Posteaquam magnam undique ex Academicis exercitiis laudem reportasset, & Theologiæ Baccalaureus esset creatus, vitam Academicam primum cum officio Pastoris Brantonienfis in Comitatu Northamptoniensi commutavit, in quo ita se gessit, ut patroni sui

fui maximam simul approbationem & amicitiam mereretur. Et quanquam ipsi angusta Ministerii campestris functio sufficere videretur; essetque natura ab omni ambitu spartæ lautioris alienissimus; visum tamen utique fuit providentiæ divinæ eum rebus majoribus præficere, inque dignitatem Ministri verbi ad eadem omnium Sanctorum in urbe Stamfordiensi, supra dicti Bridgmanni opera, provehere. Multis ipsum laboribus hæc provincia cumulabat: præter officium Ministri enim lectionem hebdomadalem in se suscepit, quo factum est, ut trinis vicibus per singulas septimanas sermo ipsi ad populum habendus fuerit. Omnibus tamen istis rebus non solum facillime & expedite defungebatur; sed & præterea studia Philosophica, Mathematica, ac Philologica non negligebat, tantanque sibi eruditionis famam ac laudem undique colligebat, ut ab Academia & amicis ad supremum in Theologia gradum Academicum ambiendum egregie sollicitaretur. Ornatus est hac dignitate, postquam, nec Sancto Petro ullam in reliquos Apostolos jurisdictionem concessam fuisse, nec separationem ab Ecclesia Anglicana esse schismaticam, defendisset A. 1680, tanto cum applausu, ut fama & memoria promotionis ejus longo post tempore recentissima fuerit. Tandem ob insignes admodum dotes & maximam innocentiz laudem ad munus Episcopi Petroburgensis ab ipso Regino fuit evectus, ea tempestate, qua non nisi eruditionis & integritatis vitæ in eligendis Episcopis habebatur ratio, propter motus, qui paulo antecesserant; atque hoc omne factum est ipso nec petente nec sciente, adeo, ut ipsi sua nominatio ex lectione demum novellarum publicarum innotesceret. Ceterum vir erat omni laude dignissimus, erga omnes sincerus & candidus, nec vanæ gloriæ nec applausus cupiens, in sermonibus ad populum sine fuce & phaleris oratoris, plenus tamen sacri fervoris, in officio rerum suarum, ad excessum fers, indulgens ac mitis, erga egenos maxime liberalis, domi suæ hospitalis, non sumtuosus. In omni studiorum genere non persuaſorie versatus quidem fuit, imprimis tamen se antiquissimorum temporum inquisitioni, mathematicis disciplinis & lectioni Scriptu-

re in fontibus totum mancipavit. Debet ipsi orbis eruditus *Disquisitionem philosophicam de legibus natura*, in qua primus fere res morales via demonstrationis exponere aggressus est. Successit *tentamen de Ponderibus & Mensuris Judaeorum*, & novissime, quam modo recensuimus, *historia Phœnicia Sanchoniathonis*, cujus & alteram partem exspectare jubemur, *origines gentium antiquissima* inscriptam. Molitus est etiam Expositionem Epistolarum ad Romanos & Galatas, verum interceperunt hoc opus fata optimi Præfulis, quibus jubentibus sub initium anni 1719 nonagenario fere propinquus animam pietissimam efflavit.

A NEW SURVEY OF GREAT-BRITAIN &c.
five

MAGNA BRITANNIA ET HIBERNIA
Antiqua & Nova.

Vol. I & II.

Sabaudia Londin. (*in the Savoy*) apud M. Nutt & J. Morphew, 1720, 4-

Alph. 8 pl. 9 Tabb. æn. geogr. & topogr. 28.

HAud inutilem laborem suscepit Anglus quidam eruditus rerumque patriarum studioli, qui, cum nondum omnibus satisfacere intellexisset Camdeni ejusque Commentatorum Britanniam, novum opus condere atque inde ab A. 1714, emissis quovis fere mense, ut lectorum operam continuo quasi sollicitaret, paucis plagulis (quas nunc densum in duo Volumina componere corpore typographi) in lucem edere constituit. Et hætenus quidem Volumine I, præmissis, quæ tum generatim de Britannia, ejusque primis habitatoribus, nominibus item Britannia & Albionis, veterumque Britonum moribus, tum speciatim de rebus illic a Romanis gestis, de conversione gentis ad Christianismum, de Saxonum adventu, conversione, nominibus, de Danis & Normannis, de Britannia divisione, titulis honorum, judiciis, fluminibus, notari merentur, de provincia

Bed-

Bedfordienſi, Berchenſi, Buckinghamſi, Cantabrigienſi, Cheſtrienſi, Cornubia, Cumbria, Derbia, Devonia, Dorſettia, Dunelmia, Eſſexia, Volumine vero II de Gloceſtria, Sonthamtonia, Herefordia, Hertfordia, Huntingdonia, Cantia, Lancaſtria, Leiceſtria & Lincolnia, adjectis ubique tabulis Geographicis, diſſeruit; unde facile conjeſtamus, duo minimum adhuc exſpectanda eſſe volumina; quæ, ſi eodem modo ut præ ora particulatim edentur, ut de Middleſexia jam factum eſt, vix intra octennium proditura ſperamus. Eſti vero nihil temere omittat eorum, quæ vel Camdeno, vel Hollandio aliisque, qui illum ſupplere conati, obſervata ſunt, alium tamen ordinem ſequitur, & cujuſque provinciæ antiquitates primam, ſtatumque Geographicum & politicum, tum hiſtoriam naturalem, Eccleſiaſticam & literariam, quo vitæ eruditorum aliorumque clarorum in Republ. virorum referuntur, familiasque illuſtres conſiderat, libris poſt Camdenum editis imo & MSis quibusdam identidem in conſilium vocatis. Qua in re obſervamus tamen non eandem ubique diligentiam adhibitam, & nunc antiquitates, nunc Hiſtoriam Naturalem, aut Literariam, ut in Cheſtria, deſiderari aut leviter ſaltem attingi, prout ſcilicet vel plura vel pauciora Autori ſubſidia ſuppetebant. Subjicitur ſingulis provinciis tabula, in qua præter inſignia illius, conſpectus brevis exhibetur eorum quæ ad dignitatem & amplitudinem ejus pertinent, ex. gr. de Bedfordia notatur, mitti e provincia quatuor delegatos ad Parliamentum, complecti eam urbes 10, parochias 116, centurias, quas vocant, (*Hundreds*) agrorum 9, ſeu jugera circiter 260000, domus 12170, & in ambitu milliaria circiter 73. Ceterum uti ſpeciminibus dandis ſuperſedere nos poſſe exiſtimamus, quod pleraque hic per compendium expoſita deprehendamus, ita vitam apprecamur Autori induſtrio, ut tam cœptam abſolvat feliciter. Neque tamen erit ab hoc loco alienum indicare eruditis, quod novam nunc Britannicæ Camdenianæ editionem, antecedentibus longe auctiorem, parat eruditiffimus antiquitatum patriæ ſcrutator *Edmundus Giſſon*, quam brevi prodituram ſperamus.

ALBER;

ALBERTI RIPERI DISSERTATIO DE
*Lege ac Legibus divinis positivis universalibus in
 specie; opus posthumum.*

Hamburgi, apud Theod. Christoph. Felginer, 1722, 8.
 Plag. 14.

DEfuncto ante aliquod tempus schediasmatis hujus Auctore admodum juvene, Frater ejus rei litterariæ commode se consulturum esse duxit, si posthumi operis curam susciperet. Divisum illud est in tres partes, quibus de *Lege* generaliter, de *Legibus divinis*, & deniq; de *Legibus divinis positivis universalibus* speciatim Auctor commentatur. Hanc autem potissimum scopum sibi præfixit, ut sub examen revocaret *Fundamenta Juris N. & G.* ab Ill. Christiano Thomasio edita, quorum fere singula capita explodit, non oblitus ea Viri doctissimi cogitata, quæ aliis in scriptis leguntur & referri huc possunt, redarguere. Nec Grotio & Pufendorfio parcat, sed quæ in *Juris Nat.* doctrina ipsius a Theologis alias fuerunt exprobrata, novis argumentis petit, & quæ Joh. Seibitzius in Germanico scripto, *Christi Ecclesia regnum non mundanum*, de custodia primæ tabulæ summis potestatibus abroganda nuper asseruerat, data opera p. 86 refellit. Audax facinus, quod Thomasium adoriatur, in præfamine deprecatus est, nam vero causa superior discesserit nec ne, sine prolixo controversiarum recensu, qui ab instituto horum Actorum alienus est, dijudicari nequit.

* * *










Cum nuper admodum Roma ad nos allata fuerit Tabula erit insisa, qua Fascia Isaca Statua Capitolina depingitur, simulque omnia, quæ ad ejus illustrationem pertinent, accurate & magno eruditionis apparatu a Rev. P. Melchiore a Briga, & Soc. Iesu, annotantur atque apte uno conspectu exhibentur, dignam utique putavimus, quem hic integram exhiberemus, judicium ornativo Lectori permittentes.

FASCIA

FASCIA ISIA

NVNC PRIMVM IN LVCO
AD JOANNEM BAPTISTAM.



16.		Statua Capitolina, a tergo.	Pyrum, e ramo pendens.	Ægyptus.	O
17.		Obelisc. Pamphil. &c.	Leo procumbens.	Nilus.	ex He to, Str
18.		Ibidem.	Tubus complicatus.	Nili accessus, & recessus.	ex
19.		Obel. Lateranen. Chifio, Pamphil. &c.	Geminæ Accipitris pennæ.	Aer.	H
20.		Obel. Barberino, Chifio, Lateran. &c.	Ferula incurva.	Dominium, seu potentia.	Pl
21.		Obel. Chifio, Flamin. Heliopol. &c.	Crux Ægyptiaca.	Vita ventura.	Ruffi zome
22.		Obel. Chifio, Flamin. &c.	Serpens.	Anima Mundi.	Theu cur. l
23.		Ibidem.	Hemisphærium superius.	Terra Antiquis cognita.	Horu M
24.		Ibidem.	Regula, Kirchero Sceptrum.	Directio, sive regimen.	Küg

MENSIS NOVEMBRIS A. MDCCXXII. 537

JOH. CHRISTOPHORI STURMII, IN UNIVERSITATE NORIMBERGENSIS ALTORFINA PHILOS. NAT. & MATHEMATUM P. P. PHYSICÆ ELECTIVÆ, SIVE HYPOTHETICÆ, TOMUS II, PARTEM PHYSICÆ SPECIALEM COMPLECTENS, CUM PRÆFATIONE CHRISTIANI WOLFFII, Conf. aut.

Beruff. & P. P. O.

Norimbergæ, sumatibus Wolfgangi Maur. Endteri, 1722, 4 Alph. 8 Tabb. æn. 15.

CUM primus operis in suo genere excellentis Tomus A. 1697 prodiret, de eo abunde diximus in Actis ejusdem anni p. 474 & sqq. B. Autoris in scientiam naturalem merita Cel. *Wolffius* in præfatione hujus II Tomi recenset. Studia scilicet mathematica, sine quibus friget studium physicum, in Academiis German. instauravit, primus collegia experimentalia introduxit, cum nec in patriis, nec in exteris esset, qui tale quid auderet, accuratum ac circumspectum se præstitit in experimentando, acutum in rationibus reddendis & sedulum in Autoribus perlustrandis, multisque præclaris scriptis, Collegio experimentalis curiosi, conamine Physicæ conciliatricis, compendio Physicæ modernæ sanioris, & insigni Physicæ electivæ seu hypotheticæ opere, ejus nunc prodit Tomus alter, scientiam rerum naturalium haud parum promovit. Opus hoc historiam naturæ accurata phænomenorum recensione in compendio sistit, ad causas eorum investigandas manu ducit, fida hypothesium recensione in historiam Physicæ literariam introducit; Meriti superaddita monstratur, quid hæctenus in Philosophia naturali præstitum sit, Tomus secundus tres habet sectiones. Prima est de Geocosmo seu mundo elementari; secunda de Macrocosmo seu mundo sidereo; tertia denique Geocosmi specialiora complectitur. Sectio prima in quinque articulos abit. Primus eorum de Geocosmo generatim, secundus de igne, tertius de aqua, quartus de terra tractat. Secundæ sectionis pars generalior quinque articulis constat. Primo eorum mundus in abstracto & mathematice consideratur: secundus mundi partes ac divisionem physicam expendit: tertius cœli stellarumque communes affectiones

Lzz

in

in motu maxime consistentes recenset: quartus earundem stellarum affectiones alias, in positu magis, quam motu consistentes enarrat: quibus alia adhuc cœli phænomena superadduntur. Ejusdem sectionis secundæ pars specialior articulo primo de Sole, secundo de Luna, tertio de Tellure inter planetas primarios ex mente *Copernicanorum* relata, quarto de duobus supremis Planetis Jove & Saturno, quinto de Marte, Venere & Mercurio agit. Sectio denique tertia ex quinque itidem componitur articulis. Eorum primus fossilia, secundus aquarum quædam specialia, tertius aeris specialiora, quartus meteora realia, quintus meteora emphatica considerat. Singuli articuli in sua distribuuntur capita. En paucis totius operis œconomiam!

Methodum quod attinet, tenendum est, Autorem eadem prorsus uti, qua usus fuerat in Tomo primo. In singulis nempe capitibus primum phænomena accurate recenset, mox varias Phycorum hypotheses explicat, quibus eadem salvare studueret; tandem epicrisin eclecticam super enarratas hypotheses superaddit, suam de hypothesibus judicium interponens. Sed agendum! enarremus quædam specialiora, ex ipsius præsertim epicrisibus. Corpora partialia Geocœmi ex quatuor elementis vulgaribus de igne, aqua & aere mixtionem suam necessario habere docet, quod intra massarum illarum ambitum omnia comprehendantur: Sphæram tamen ignis sub concavo Lunæ esse fictitiam, cum in ipsa zona torrida montes reperiantur perpetuis nivibus tecti. Junghenda tamen esse quatuor elementis *Aristotelicis*, quæ ex subdivisione tertii *Cartesiani* resultent, duo adhuc reliqua *Cartesii* elementa, primum nempe, sive materiam subtilissimam, & secundum, sive ætherem. Gravitationem ignis absolutam per *Boyllii* experimenta extra omnem dubitationem positam esse, adeoque elementa *Aristotelica* omnia esse gravia, causam gravitatis optime explicante *Hugenio*. Ætheris gyrationem, unde causa gravitatis pendeat, causam naturalem habere non posse; sed ad arbitrium & sapientissimam Dei dispositionem reducendam esse. Particulas ignis esse subtilissimas atque rigidissimas & celerrime moveri, sed non omnes ejusdem figuræ, ponderis ac molis, nec eadem celeritate moveri, cum non omnis ignis idem sit caloris

gra-

gradus. Esse autem ignem urentem sensibilibus substantiam compositam ex duabus diversissimis portionibus, quarum altera mere passiva ex diversarum terrestrium congestione absolvatur; altera magis actuosa illi torpidæ congestioni motum celerrimum communicet. *Aristotelem* quoque agnovisse gravitatem aeris, & vesicarum aere inflato expanlarum ponderatione probasse. Aquæ tribuendas esse partes ab invicem separatas, & ab interfluente subtiliore quadam materia leviter sublevatas, graves denique ac lævigatas seu lubricas. *Cartesii* particulas teretes & quasi verniculares tamdiu retinendas, donec alia figura salvandis phænomenis aptior excogitetur. Aquæ marinæ saltem concretum ac nativum esse, ad natatiliis corporum carnes a putrefactione diutius conservandas. *Cartesium* nullibi in rerum physicarum explicatione magis ingenii sui vim demonstrasse, quam in iridis & æstus marini argumentis, cujus & *Honorati Fabri* hypotheses de æstu marino phænomenis salvandis omnium accommodatissimæ sint. Terræ motus oriri ex accensione halituum sulphureorum in cavernis subterraneis. Hæc quidem ex parte generaliori de mundo elementari delibasse sufficiat, ut appareat, quibus Auctor principiis utatur ad phænomena circa corpora terrestria obvia solvenda. Ex sectione secunda de mundo fidereo non opus est, ut specimina quædam in medium afferamus, cum non modo, quæ ibi occurrunt, hodie notissima sint, sed & ab Autore in *Mathesi Juvenili*, ubi de Astronomia agit, jam pleraque exposita, tum etiam dudum ante in *Tabulis Astronomicis*, aut si mavis in *Astronomia* in tabulas redacta succincte proposita. Plurima quoque hic reperies, quæ non tam in *Physica*, quam in *Astronomia* & *Geographia* locum habent. Properemus itaque ad sectionem tertiam mundi elementaris inanimati specialiora complexam. In viribus pulveris pyrii seu tormentarii explicandis *Gassendo* applaudit, quem adeo distincte & plene, eaque simplicitate totum effectum declarare ac deducere affirmat, ut dubitet, an quisquam alius eum clarius exponere unquam possit, *Cartesianam* vero explicationem nimia sua subtilitate mediocribus ingenii radiosorem accidere posse iudicat. Quid de ambra natalibus firmiter statuendum sit, definire

non audet. De Chymicorum elementis probat, quæ *Boylus* in Chymista sceptico judicat. Virgulam divinatoriam cum *Agricola*, viro rerum metallicarum peritissimo, rejicit; metallorum transmutationem inter impossibilia refert. In metallorum generi *Cartesianam* hypothesein omnibus præfert, tanquam omnium probabilissimam ac cæteras facilitate saltem antecelleantem. Ramenta tenuia materiæ lapidescentis sæpeculis natura planis innumerabilibus mediante unctuositate quadam coherere primum, dein caloris ope sensim exficari, denique interventus circumprimentis aeris ita firmiter connecti, ut progressu temporis in durissimam firmitatem coalescant. Hanc lapidum generis experientia confirmat. Addit enim, in vicinis oppido *Altorfio* devolvi nonnunquam pluviarum impetu arenarum volumina quædam, interventu uliginosæ humiditatis leviter primum coherentia, postea vero temporis lapsu magis magisque consolidari & indurari solita, ut apertum videatur, arenosa illa saxa non adeo vastæ molis, quæ in imo convallium istorum passim inordinate circumjecta cernuntur, alia jam satis dura, alia friabiliora adhuc, nihil aliud esse, quam congestas a pluviis arenas. Attractionem magneticam pressioni aeris tribuit, aeris inter ferrum & magnetem per effluvia magnetica rarefacti elatere debilitato. Circa declinationem magnetis theoriam *Hallejanam* amplectitur, missa *Cartesiana*, quarum illam a celeberrimo Autore per literas communicatam accepit, antequam publicis typis describeretur. Fontium originem cum *Vossio*, *Honorato Fabri* & *Mariotto* ab aquis pluvialibus deducit. Ventis omnibus unam generalem causam assignari non posse, *Kirchero* largitur: præcipuam tamen eorum causam esse vaporum in angustis locis accelerationem. Nubium generationem & in aere librationem omnium optime explicasse *Cartesum* & *Honoratum Fabri*, neque hic exclusa vult illa filamenta, quibus tanquam vinculis colligentur ex illorum mente partes nubium in sublimi pendularum. Filamenta Maris pro genuinis araneorum filis perperam haberi, quia potius viscosas esse exhalationes, quæ in fructuum ramis graminumque foliis collectæ lenique aeris flatu deinceps insequente nocte in filamina exporrectæ eo modo formentur,

quo

quo ex massa vitrea adhuc calente solius motus interventu filamina neantur adeo subtilia ac flexilia, ut rhombis & girgillis inter filorum lineorum circumvolvi queant. Fulgur explicaturus cum *Gassendo* ad glomeres fulminares confugit, quos cum globis ferreis pulvere nitrato repletis, *Granaten* & *Bomben* nominatibus dictis, comparat. In iridis natura explicanda *Cartesium* sequitur: at ejusdem de parheliis hypothesein rejicit & *Gassendi*nam eidem pariter ac *Fabrianae* praefert.

DISSERTATIONES PHYSICO - ANATOMICE de Dura Menynge Humana, novis experimentis & lucubrationibus auctae & illustratae ab ANTONIO PACCHIONO, Regiens. Medico & Anatomico Romano.

Roma, typis Antonii de Rubeis, 1721, 8.
Plag. 15 & fig. an. Tab. 1.

Quanta sit Clarissimi Pacchioni industria in rimanda Duræ Matris fabrica, detegendisque ejusdem glandulis conglobatis & ab his prodeuntibus vasis lymphaticis, vel ex his Actis abunde patet, dum Dissertationes ejus A. 1703 Mense Augusto p. 360, A. 1706 M. Majo p. 117 & A. 1715 M. Oct. p. 452 recensuimus, & potissimas controversias innuimus. Quanquam autem Clar. Autor opus hoc ad umbilicum deduxisse sibi fuerit visus, novas tamen ei Fontanus lites movit, & experimentum Riddleji, a nobis in Actis A. 1705 M. Majo p. 215 recensitum, non minus systemati Bagliviano, quam Pacchioniano de motu duræ Matris adversari credebatur. Aliam igitur Dissertationem conscribere necesse duxit Autor, in qua suam sententiam magis corroboraret, & quantum Baglivianum a suo systemate discederet, demonstraret. Ut autem rebus his dubiis aliquam lacem forneraretur, & inanes in posterum evitaret lites, ad Scientiarum Bononiensis Instituti Academicos rem detulit, eorum iudicium publice expetens, quod etiam impetravit. In fasciculum igitur collegit & has & priores Dissertationes atque Epistolas, numero X, praesenti in opere; de quarum V posterioribus cum

locis supra allegatis jam differuerimus, de V prioribus nunc pauca dicturi sumus.

Dissertatio Epistolaris ad Academicos Bononienſes eſt data, in qua Clar. Pacchionus Fantoni aliquot objectiones diluit, Bagliui de dura Matre ſyſtema ſuſpectum reddit, Ridleji experimentum expendit, & aerem ad cerebrum deducendi reducendique vias & actiones indicat. Fantonus ſcilicet aqueum humorem in glandulis duræ Matris ſegregari, & fluere lympham in tubulis lymphaticis, concedit quidem, liquidi tamen fluxum verſus ſinum longitudinalem magis, quam verſus ambitum cerebri verifimilem, magisque natura legibus conſonum eſſe affirmat, atque humorem non madefaciendis menyngibus, ſed lubricando ſinni diluendoque ſanguini inſervire; addit ulterius, lymphaticorum cum præſatis glandulis commercium per fibrillas, velut excretorios ductus, aſſequi impoſſibile eſſe, cum nullibi filamenta deſint, quæ arteriolæ ſint, aut venulæ, aut nervuli, aut excretorii tubuli, aut propria vincula, aut ſoluti membranarum faniculi, quæ ſingula expendere tam puſilla & implicita per ſenſus non liceat. Pacchiono vero canalium & glandularum lymphæ aſcenſus non ex eo tantum difficilis videtur, quod tertius, ſeu etiam laterales duræ matris ſinus, non modo unica membrana ſatis forti, ſed duplicata communiuntur; verum inſuper, quia nulla alia in præſatum ſinum pateant præter cæcas Willifii cavitates perexigua ſanguineorum oſtiola, quæ partim venoſa, aliquot etiam arterioſa cum ſint, hinc adductam neceſſitatem ſanguinis in ſinu contenti a lymphæ diluendi infringi putat; imprimis cum ſanguis, poſito quod a ſolis venis ſupeditetur, in validiſſimum ſinum longitudinalem deſtillans, rapidiſſimo motu in laterales ſinus protruderetur, niſi oppoſitæ fuſſent valvulæ. Et cum venulæ ita hunc ſinum ſubeant, ut dimidius earum numerus a parte poſteriore antrorſum, alter vero ab anteriore retrorſum ſanguinem effundat, id errori potius intra ſinum retardando, quam ad alium ſinem inſtitutum a natura eſſe, hariolatur. A ſitu etiam glandularum & lymphaticorum aliud petit argumentum, utpote qui doceat, liquidum menyngibus, non ſinni inſervire, quoniam glandulæ eidem non modo

do finui minus, membranis plus cohærescant, verum per tres vel quatuor transversos digitos a sinu discedant, & quandoque inferius dispergantur, tenuique membranæ cerebri in nonnullis tenacissime adhæreant: hinc cum lymphatica vasa serpentino tractu quaquaversum ad basin usque cranii descendant, & homo maximam diei partem erectus traducat, arduum valde & contortum putat esse ex ipsa quoque capitis orbiculari figura ascensum ad verticem usque; eique obflare non minus menyngis & falcis structuram, ac motum, quippe, quia organa ista ad verticem satis valida & composita sunt, glandulæ autem & lymphatica simpliciora mollioraque deprehenduntur, vix sine diffractione, aliove simili incommodo, contentum liquidum adversus superioris resilientiæ & compressionis vires diffluere valeat, partesque menyngum ad verticem positæ exarescerent. Denique neminem rerum Anatomicarum adeo imperitum pronunciat, qui vasa lymphatica a vinculis, arterioliis, venis &c. si non oculis nudis, certe armatis distinguere nesciat. Quibus expositis systematis Bagliviani inventionis gloriam sibi constanter vindicat. Ad experimentum Ridleyjanum quod attinet, inspectum illud pronunciat, contrario experimento edoctus. Postquam enim spiritum viæ atramento imbutum intra humanæ carotidis truncum majorem sæpius syringa injecit, ejus tinctura, aliquoties cruoris lotura, spiritum vini redolens, plus minusve intra longitudinalem finem penetravit; sibi tamen adversum illud, si succedaret, non agnoscit; dum Ridley ipsum nihil aliud probet, quam motum cordis systolicum ad amussim respondere rhythmum arteriarum cerebri, menyngum, & fortasse sinus etiam longitudinalis, ipse vero de menyngis motu loquatur. Ut vero suam sententiam clarius exponat Clar. Pacchionus, supponit, cerebrum consisti ex corticali seu glandulosa, & medullari seu nerveo-fibrosa parte pro spiritibus animalibus secernendis & ad motus oscillatorios seu systolicos, sine ulla pulsandi aut vibrandi facultate instituendos, deferendis; præterea variis gaudere inæqualis magnitudinis anfractibus, sive etiam ventriculis, fornice, rimulis, septo, atque protuberantiis, non modo ut levius reddatur, nec in se ipsum concidat, verum

verum etiam, ut per illa diverticula expeditius liquorum com-
 meatus patefiat; liquores esse lympham & aerem: lympham
 quidem, in eo a lymphâ sanguinis & lymphaticorum distinctam,
 quod secus ac hæc, si igne tentetur, neque bullas concipiat, ne-
 que ullam sui partem coagulâtam relinquat; aerem vero, non
 solum illum, qui cum arterioso sanguine intra calvariam assur-
 git, sed subtilius quid ab aere separatum & pluribus capitis me-
 zibus contiguum, ori puta, naribus, & auribus, quod fermenti
 instar, seu menstrui dissolventis chymici, lympham, quo
 minus in gelatinam faceffat, disponat. Exinde concludit, dum
 sanguis arteriosus, sanguinis aer, & aer purus cerebrum & ejus
 cavitates attingunt, hos ventriculorum in cerebro aliorumque
 finium parietes maxime distendere atque inflare, adeo ut cere-
 bri & cerebelli corpus in amplum magis spatium extendatur, &
 quasi ad extra trudatur; in hoc vero nisu cum protrusa liquida
 perpetuo manere non possint; necessario sequi, ut per aliquod
 temporis intervallum ab eo cessare, & intermittere cogantur:
 solum tamen hanc cessationem protrusionis ad liquidorum intra
 cerebrum ejusdemque cerebri nisum cohibendum non sufficere;
 adesse ergo duram menyngeam, quæ contrahentis & compri-
 mentis muscoli locum sustineat. In H Dissertatione Epistolari
 legitur Matthæi Bazzoni, Instituto Bononiensi a secretis, Re-
 sponso, duræ Matris structuram usumque mascularem confir-
 mans, anceps interea reddens Academicorum judicium pro desi-
 niendo lymphæ menyngeæ defluxu. In III Fantonus usum ab Au-
 tore duræ Matri assignatam concedit, novaque glandulosa cor-
 pora in dura Menynge ad longitudinalem fissuram frontem inter
 & occiput medio fere loco observasse se, significat, quorum
 usum esse putat, ut duræ Menyngis non solum superficiem irri-
 gent, verum etiam cum pia Matre cerebri corticem alluant, quo-
 tiacunque cerebrum ad duræ Matris contactum accedit. Hæc
 que ratione utrorumque assertum conciliari gaudet. In IV Pæ-
 schionus Fantoni novæ lymphæ fontes agnoscit, tanquam veros,
 aptissimosque ad utramque componendam sententiam. In V
 adducit Autor Mangeti defensionem aliquot adversus Ridley, pro
 systematis Pæschioniani confirmatione.

REL A-

MENSIS NOVEMBRIS A. MDCCXXII. 545

RELATIO BREVIS HISTORICO - PHYSICO - Medica de Cerevisia Regio - Lothariensi, vulgo Duckstein dicta, recensita & delineata a FR. ERNESTO BRUCKMANNO, Med. Doct. & Practico Brunsvicensi.

Helmstadii, typis Hermannii Danielis Hammii, 1722. 4.

Plag. 7.

Primus Protoplastorum nostrorum, reliquorumque deinde mortalium potus fuit aqua, hinc lac, egregium alimentum pariter ac medicamentum; cui, cum homines frogalitates limites singulos magis magisque transgredierentur, sufficiebatur vinum, optimum conservans & restaurans lassatorum ac deficientium machinæ nostræ corporeæ spirituum; sed & hujus defectus & penuria hinc inde apparuit, postquam scilicet multiplicata mortalium gens varias regiones colere atque inhabitare coepit. Ad fruges igitur se receperunt homines, & primum quidem ad hordeum, hinc ad triticum, oryzam, milium, avenam, &c. quæ cum aqua macerarunt, & potum inde confecerunt, quem cerevisiam vocamus. Cum autem nec fruges ubique locorum terra ferre poterat, aquam cum radicibus & herbis coctam vel saltem infusam, uti est infusum herbæ Théé Indorum, vices cerevisiæ & vini supplere oportuit. Inter cerevisias cum ea, quæ Regio - Lotharii coquitur, & ob virtutes medicamento-
sas egregia, & ob famam, dum ex ducatu Brunsvicensi per totam ferme Germaniam vehitur, notissima sit, de hac quædam in chartam conjicere & juris publici facere proposuit Clar. Bruckmannus.

Præmissis igitur paucis de Cerevisiæ antiquitate, inventore, & etymologia in genere, ad Regio - Lothariensem se convertit, quæ ab oppido, Kœnigs-Lutter, quod tribus milliaribus Brunsvico, duobus Helmstadio distat, ita vocatur, & Germanice Duckstein, a saxo tophaceo ejusdem nominis, super quod oppidum hoc exstructum, & ex quo aqua, Lutter dicta, scaturit, audit. Paratur ex malto triticeo, & quanquam tales cerevisiæ

A a a a

ob

ob sal crassum & crudum tartarum, quo scaturit triticum, calefacere insigniter, nutrire valde & pinguefacere corpora, sanguinem viscosiorem reddere, asthma & respirationis difficultatem, aliosque pectorales affectus excitare, viscera obstruere, alvum nimis lubricam reddere, & denique nephritidi fomitem subministrare vulgo dicantur, tantum tamen abesse putat Noster, ut hæc quidem cerevisia ulla noxas bibentibus afferat, ut potius modice calefaciat, si non ad voluptatem & in nimis magna copia, sed pro fallenda tantum siti hauriatur; nutrimentum afferat corpori, sed laudabile atque machinæ nostræ amicum; sanguinem fluidiorem & floridiorem reddat; nec pectori officiat, cum asthma & difficilis respiratio morbi sint in oppido Lutterano rarissimi & plane ferme ignoti; glandulas & vasa deobstruat, facile per renes, ureteres & vesicam transeat, alvum non nimis lubricet, nisi recens fuerit, nec a fecibus rite purgata, quem etiam aliæ cerevisiæ præstant effectum; & denique nephritidi nullam suppeditet occasionem, siquidem nephritis, calculus, podagra, & reliquæ arthritidis species, imo omnes morbi tartareorum nomine venientes, ab incolis dicti oppidi ignorantur. Cavendum interim docet Cl. Autor, ne malthum nimis sit tostum, nec nimis exsiccatum, & induratum, quod cerevisiæ huic, quæ inter albas sic dictas numeratur, non colorem tantum præter naturalem rufescentem & brunum, saporemque adustum conciliaret, sed bibentibus quoque inextingibilem sitim, fauciumque ariditatem suscitaret, ac capitis dolorem & temulentiam induceret, non sine vitæ & sanitatis incommodo. Nec in impalpabilem farinam illud frangi & contundi debere, monet, siquidem tum aqua cocta per filtrum stramineum non transiret, & cerevisia ad ultimam guttam turbida maneret; cum vicissim, si nimis grosse comminuetur, virtutes suas menstruo commode haud possit suppeditare. Quanquam autem hanc cerevisiam nullus ingrediatur lupulus, virtutes tamen, quas lupulatis tribuunt Scriptores, abunde possidet, id est, acidus & viscidus humores corrigit, atque obstructions tollit. Menstruum, in quo coquitur cerevisia hæc, est aqua fontana Lutterana

MENSIS NOVEMBRIS A. MDCCXXII. 747

na, pellucidissima, purissima & dulcissima. Breviter, bonitatem cerevisiæ Ducksteinensis dignoscunt incolæ, si sit clara, & pellucida, cerei coloris, odoris fragrantis, & saporis subdulcis ac grati; nec inquinata cœculis de Levante vel herba & floribus Chamaeleagni, ac si in vitrum infusa lineas, literas vel circulos, Hebræorum characteribus analogos, ducat. Præter usum in vita communi cum aliis cerevisiis communem, medicas etiam obtinet vires, quatenus 1) ventriculum & viscerum tonum roborat; 2) ciborum appetitum excitat, 3) chylificationem juvat, 4) salsum sanguinis serum & muriaticum temperat, viscidum, lentum corrigit, diluit, & per excernicula propellit; unde ad scabiem & scorbutum conducit, 5) nullam stranguriam excitat, cui subjecti sunt, qui insuetam bibunt cerevisiam, 6) optimus eruditorum existit potus, cum nec obstructions gignat, nec malo hypochondriaco fores aperiat, & 7) solatur eos, qui arthritide, podagra, calculo vel hydrope decumbunt.

VITA JOHANNIS BARWICK, S.T.P. ECCL.
Christi & S. Mariæ Dunelmensis primum, S. Pauli postea
Londinensis Decani &c. a PETRO BARWICK,
M. D. conscripta.

Londini, typis Gul. Bowyer, 1721, 8.

Alph. I pl. 12.

Sancta est imprimis Collegio S. Johannis Cantabrigiensi Johannis & Petri Barwickiorum fratrum memoria, quod vitam illius ab hoc exaratum studiose hæctenus in Bibliotheca sua servavit. Hanc cum luce dignam existimaret Editor, ob arcana cum primis studia, a Joanne pro Regno Britannico post intestinos motus in pristinum statum restituendo impensa, simul operæ pretium putavit, de biographo Petro nonnihil in præfatione commentari, quem Medicam artem felicissime Londini, ipso etiam diræ pestis tempore, exercuisse, & Harvæanæ scholæ principem ejus de sanguinis e corde per totam œconomiam anima-

lem circuitu doctrinam & calamo & ore strenue defendisse, tam-
demque nonagenario proximum A. 1705 die 4 Sept. decessisse
restat. Sed ad ipsam Johannis vitam pergitur. Is A. 1612 d.
28 Apr. in agri Westmorienfis pago natus, tenuis fortis parenti-
bus, cum sub modicis præceptoribus nondum literarum famam
explevisset, Cantabrigiam se recepit, & paulatim Puritanorum
ausibus obstitit, tandemque A. 1640 Regis Caroli I partes aper-
te secutus, quicquid vel signati æris vel argentei supellectilis in
Collegio S. Johannis corradi poterat, frustra in itinere infidi-
ante Cromwello, ad Regem misit Nottinghamum, quo tempore
is publice conquestus erat, nihil de propriis redditibus a malæ fi-
dei subditis sibi relictum esse, unde famem toleraret. At Crom-
wellus, hac fide Cantabrigiensem in Regem cognita, milites im-
mittit, Rectores Academiz cum Sociis, duriter aliquandiu ha-
bitos, in exilium mittit, e quibus cum plerique ad Regem se con-
ferrent, Barwickus Londini clam speculatorem agere & res re-
gias procurare maluit, ubi Thomæ Montano, Episcopo Dunel-
mensi, a sacris fuit. Hic continuo ad Regios & literas misit ar-
cano caractere exaratas, & libros clanculum pro Regia causa
impressos, amicosque Regi sub manu conciliavit Viros pruden-
tes, in quibus Cressetus maxime celebratur. Inclinabant interea
res Regis, Oxonii commorantis, qui postquam se delusum a Se-
natoribus Westmonasterii congregatis cerneret, Scotis se crede-
re constituit, pacta tamen antea cum illis fide, & stipulatione
Legati Gallici, in illorum castris degentis, interposita, quod cultu
Rege digno excepturi & contra omnes injurias propugnaturi
sunt. Sed hi, postquam a Rege obtinuerant, ut omnes copiz, sive
in Anglia, sive sub Duce Montis-Rosano in Scotia militantes, ex-
auctorarentur, Regem perfide Anglis ducentis millibus vendunt
ac tradunt. Ab his etsi in ætissimam custodiam detrusus esset,
evenit tamen, ut ad novum ejus famulitium Cressetus, belle amo-
rem erga Regem dissimulans, deligeretur & rei imprimis dome-
sticæ præficeretur, qui adeo curavit, ut & Rex ab infidiis, quæ ei
per veneficia intentabantur, immunis esset, & commercis cum
Barwicko continuari possent. Imo ipse Barwickus cum Rege,
ali.

aliquandiu liberalius habito, coram consilia communicabat, & continuo ultro citroque commebat. Imo & crescente Cromwellii & militum potentia, dum ille abesset, in domandis quippe Scotis occupatus, novamque reconciliationis cum Rege spem fecissent cum Senatu Regni cives Londinenses, Noster continuo se ad Regem in insulam Vectiā conferebat, indeque Londinum revolabat. Et cum hi quoque tractatus irriti fuissent, nondum desisteat literas ad Caroli II exulis socios identidem de rebus Anglicis mittere, quæ cum tandem tabellarii, cui creditæ fuerant, perfidia proditæ essent, diligenter investigatus tandemque in latebris suis inventus Barwickus, durissimo carceri, quamvis jam pridem tussi & cruenta sanguinis profusione maceratus, ab hostibus traditus, minisque & promissis sollicitatus incredibili constantia vota illorum sefellit. Quanta vero felicitate & morbum & insidias omnes superaverit, tandemque post biennii & quatuor mensium captivitatem amicorum opera reductus in libertatem fuerit, prolixè Autor edisserit. Sed nec inde segnius promovit Regis exulis causam, cujus variæ ad nostrum epistolæ hic sistuntur, quin & Monkium per amicos in partes has pertraxit, cumque is Londinum cum exercitu pervenisset, tandemque post varias artes, novo regni senatu convocato, aperiore fidei in Regem signa dedisset, de Episcopis in pristinum statum restituendis imprimis sollicitus, ipse eorum nomine Bredam profectus est ad Regem. Quo demum in thronum reposito, cum favore Regis eximio gauderet, noluit tamen suis rebus prospicere, de amicis promovendis Regique commendandis unice sollicitus; imo Carleolensem cathedram Episcopalem deprecatus, susceptis tamen Cantabrigiæ Doctoris Theologiæ honoribus, Dunelmensem & mox Londinum accersitus, S. Pauli Decanatum admisit. Hic cum ecclesiæ curam summa fide gessisset, tandem hæmoptysi, veteri morbo, per biennium fere conflictatus, animam efflavit die 22 Oct. 1664. Epimetri loco Autor impudentiam redarguit Joh. Gaudeni, qui, cum Cromwelli tempore Regni & Ecclesiæ hostibus se adjuvasset, obtinuit tamen malis artibus a Rege Carolo II Episcopatum, & Regi fra-

trique ejus Jacobo persuadere ausus est, quasi ipse librum, qui *Ἐικὼν Βασιλική* inscribitur, Carolo I suppositum, exaraverit. Accessit & postremo Appendix, qua & Dissertatio inauguralis Barwici, qua *Exomologesi primitivæ Ecclesie esse Disciplinam piam, ejusque restitutionem maxime optandam*, probat, & Epistolæ fere quadraginta tum Caroli II, tum Hydei Cancellarii, tum aliorum, lectu non indignæ, continentur.

MISCELLANIES COLLECTED BY
JOHN AUBREY.

id est,

MISCELLANEA, DE SINGULARIBUS
dierum & locorum Fatis, Ostentis, Ominibus, Somniis,
Visionibus, Vocibus ac pulsibus auditis, Vaticiniis, Mira-
culis, Oraculis, rebus magicis & similibus,
collecta a JO. ALBERICO,
Armigero.

Londini, apud A. Bettesworth, & reliquos, 1721, 8.
Plag. 16.

Johannes Albericus, in oppido Witoniz Eston-Pierfii A. 1626 natus, primas literas Malmesburii a Roberto Latimero edoctus, intimam cum Cel. Hobbessio amicitiam coluit. Hinc adolescens apud Oxonienses Collegio Trinitatis 1642 adscriptus, Antonio Wood, cujus intima amicitia fruebatur, in consignandis Athenis Oxon. adjutor fuit. Neque minus ad insigne illud opus *Monastici Anglicani* operam singularem attulit, dum antiquissimæ Abbatiz de Osney prope Oxonium ruinas, paulo ante quam bello civili funditus destruerentur, a Vencelao Hollar delineari, ac Tomo II p. 136 inferi curavit, quanquam plurima antique hujus Monastici exempla figura illa desituantur. Defuncto A. 1646 Parente, opimam ejus hæreditatem adit, sed ita simul domesticis negotiis occupatus fuit, ut Juris studium,

um, quod jam amplexus erat, dimittere fere cogeretur. Anno 1660 ex Hibernia redux, naufragio pæne periit, nec multo post 1661 uxorem adversa, ut videtur, Junone duxit, hinc 1662 in Societatem Regiam receptus, Aurelianum demum in Galliam 1664 excurrit. *Vitam Hobbesii*, Anglica lingua ab ipso conscriptam, Latinitate donatam, Richardus Blackburnius 1681 publici juris fecit. Historiam quoque Comitatus *Surrensis* sub titulo *A Perambulation of Surrey* post viginti fere annorum laborem absolvit A. 1692, *Witunensem* vero, ut & *Architectonica Anglia sacra*, affecta reliquit. Tandem, fortunam plerumque adversam expertus, Oxonii, incertum quo anno, decessit. Quantum ad præsens opus, quod A. 1696 ipse edidit, sed multum auxit postea atque emendavit, dignum id visum fuit libris, quod iterum cum supplementis illis ederetur; quanquam non diffiteamur, exempla hic ad modum locorum communium collecta non adeo omnia probanda videri, ac meliora forte atque certiora colligi potuisse, qua de re penes lectores sit judicium. Nos interim vel animi gratia nonnulla delibabimus. Diem Innocentibus Infantibus dicatum nefarium existimasse Ludovicum XI Galliarum Regem, Cominæ tradit, graviter quippe succensentem iis, qui rem alicujus momenti ad ipsum hoc die detulissent. Sed lubet hic addere veteres rhythmos Monachi cujusdam de diebus singulorum mensium fatalibus, raro obvios:

p. 4.

- Januar. *Prima dies Mensis, & septima truncat ut ensis.* 8, 18.
 Februar. *Quarta subit mortem, prostrat tertia fortem.*
 Mart. *Primus mandentem, disrumpit quarta bibentem.*
 April. *Denus & undenus est mortis vulnere plenus.*
 Majus. *Tertius occidit, & septimus ora relidit.* (ex re & ludo)
 Junius. *Denus pallefcit, quindenus fœdera nescit.*
 Julius. *Ter-decimus mactat, Julii denus labefactat.*
 August. *Primæ necat fortem, sternit secunda cohortem.*
 Sept. *Tertia Septembris & denus fert mala membris.*

Octob.

Octob. *Tertius & denuſ eſt, ſicut mors, alienus.*

Nov. *Scorpius eſt quintus, & tertius e nece cinctus.*

Dec. *Septimus exanguis, viroſus denuſ & anguis.*

- P. 37. Crux argentea, Cardinali Volſeo præferri ſolita, ex ſtylobata ſponte decidens, pro omine fuit, quandoquidem paulo poſt Regis juffu carceri mancipatus fuit. Cum ſtatua Caroli I Thameſi adveheretur, avis incognita ſupervolans gutta ſanguinis vel certe rubri coloris deſtillante illam ſœdavit, quæ deleri penitus haud potuit. Eodem quoque die, quo Comitia Anglicana Carolo I exitioſa cœperant, ſceptrum de manu ſtatue Regiæ, in palatio Ill. Trenchardi poſitæ, prolapſum fertur. Nec infeliciter vaticinatus idem Carolus I, cum ad mortem damnatus, Tribunal Tomlinſon ita compellaret: *At nunc demum divino quodam affatu certiffime perſuadeor, Filium quondam meum Regno poſſiturum.* Plura quoque ſiniſtra omina in feſtivitate coronationis Jacobi II animadverſa notat Autor, nutante quippe non ſemel in capite corona, & aulæ, ſub quo per plateas incedebat, ingenti venti impetu diſrupto, ut cetera taceamus. Nec vanum fuit Angli cujuſdam Poetæ de Jacobi I ſeu apud Scotos VI morte vaticinium, quod Latine ita expreſſit Buchananus:

Sexte, verere Deos, vita tibi terminus iſtat,

Cum tuus in medio ardebit carbunculus igne.

Res eventum fortita; nam cum Jacobus I Cantabrigiæ foco aſſideret, carbunculus ex annulo ipſius in ignem prolapſus, ipſe vero paulo poſt exſtinctus eſt. Sed ſatis de his & forte plusquam ſatis.

Ceterum quoniam ſupra in libri hujus recenſione Woodi *Atbenarum Oxonienuſum*, nec non *Monaſtici Anglicani*, mentionem fecimus, nolimus ignorare Lectores noſtros, Athenas illas ſuperiori anno quingentis fere vitis e ſchedis Autoris auctas denovo prodiſſe Londini, & *Monaſtici*, cujuſ hactenus tria Volumina exſtant, duos in ſuper tomos ſub titulo *Two Additional Volumes to the Monaſticon Anglicanum* prelo ibidem nuper fuiſſe ſubjectos.

ACTA ERUDITORUM,

*publicata Lipsia
Calendis Decembris Anno MDCCXXII.*

STUDIO D' ARCHITETTURA CIVILE &c.

i. e.

SCHOLA CIVILIS ARCHITECTURÆ,
*continens ornamenta januarum & fenestrarum, cum
mensuris, Ichnographia, Orthographia & Sectionibus
verticalibus, e potioribus Florentiæ edificiis desumpta;
Autore FERDINANDO RUGGIERI,
Architecto.*

Florentiæ, ap. Jo. Caj. Tartini & Sanct. Franchi, 1722, fol. rog.
Tabb. æn. LXXX.

Inter omnia Architecturæ genuinæ exemplaria, qualia per
Italiam passim extant, tanti semper habita sunt Florenti-
na palatia, ut Maximilianus primus ipsam urbem singula-
rem pronunciaverit, & dignam, quæ non nisi festis diebus pu-
blico conspectui exponatur. Fidem faciunt dicto, quæ ab
Autore hujus collectionis afferuntur documenta omni excep-
tione majora, e præstantissimis Michaelis Angeli Buonarruo-
ti, Ammanati, Agnoli, Buontalenti, Dosii, Vasari, Bolo-
gnæ, Foggini, Cigoli, Nigetti aliorumque structuris petita,
quibus dictæ urbis spectaculum tam magnificum reddiderunt.
Ea collectio præter dedicationem operis inscripti Magno Flo-
rentiæ, Duci & brevem præfationem, cum indice contentorum,
nil exhibet aliud, quam Ichnographicas & Orthographicas fe-
nestrarum & januarum constructiones, ex insignioribus palatiis
desumptas, quarum & mensuræ & delineationes & figuræ æri
elegantissime incisæ eundem autorem habent. Orthographi-
am vero duplicem exhibet, alteram a fronte, alteram a latere,
Bbbb cui

cui addit & sectionem verticalem totius & partium, ut coronidis postium &c. e majori scala vel modulo constructarum. Ipsorum palatiorum Orthographias non nisi paucas inseruit, quatenus ipsis opus erat ad januarum & fenestrarum symmetriam in ipso opere manifestandam. Prolixam vero illarum tractationem singulari operi servat, ejus editionem post reliquos binos tomos ejusdem cum præsentem instituti pollicetur.

ANECDOTA GRÆCA SACRA ET PROFANA, ex Codicibus manu exaratis nunc primum in lucem edita, versione Latina donata, & notis illustrata a JO. CHRISTOPH. WOLFIO Pastore ad D. Cathar. Hamburg. & Scholarcha.

Tomus I & II.

Hamburgi, apud Theodor. Christoph. Felginer, 1722, 8.

Alph. I pl 20 $\frac{1}{2}$.

S Rev. Autor de Græcorum literis & antiquitate tam sacra, quam profana, ut de Hebræorum illis, bene meritorus consilium optimum cepit opuscula nonnulla hucdum vel profas non, vel non ita, ut par erat, edita in lucem proferendi. Et in hujus Collectionis Volumine I familiam ducit commentatio Photii, Patriarchæ Constantinopolitani, contra Manichæos seu Paulicianos, veterum Manichæorum propaginem ipsius ætate repullulascens. Illius libri quatuor in Bibliothecis, sed raro admodum obvii, delituerunt, donec Celeberr. Montfauconii opera factum est, ut liber I in Catalogo Bibliothecæ Coislinianæ Paris. 1715 fol. edito cum versione Latina compareret. Cum vero integrum opus ex Vaticano, ut conjectura fit, Codice a recentiore manu eleganter descriptum ex Lucæ Holstenii dono in Bibliotheca publica Hamburgensi exstaret, non committendum putavit Nosser, ut ejus editio, a Viris præstantissimis, *Abr. Hinckelmanno, Sebast. Gotfr. Starckio & Laur. Alexandro Zacagnio*, jam fato functis, promissa, differretur. Itaque Tomo I duos priores ejus libros exhibet, posteriores secundo Tomo inserturus. Primum illum a Clar.

Montfau-

Montfauconio editum repetiit ideo, quod in majori illo opere sepultus magis quam obuius videretur, neque insuper deesset occasio, & contextum ipsum & versionem Latinam passim beneficio Codicis Holsteniani emendandi. Quæ res eo felicius processit, quod *Petri Siculi* Historia Manichæorum & recensio Historiæ Paulicianorum ab *Euthymio* in Panopliz, Tergoby-
sti Græce primum A. 1710 fol. editæ, tit. 21 ex Photio facta, & a Nostro diligenter collata, suppetias ferret. Hoc ipsum exemplis quibusdam evincemus. Sic §. 1 p. 3 vox καθωμιλημένω cum λόγω conjuncta in versione neglecta erat, quam S. Rev. Editor per *popularem* recte reddidit. Pag. 4 pro επεκώμασε restituit επεκώμασε, pro quo Euthymius eodem sensu habet εισκώμασε. Pag. 7 verba ἢ ἀντὶ τῶ Παυλοιοῶνναι καλεῖσθαι αὐτῆς, ὅπερ νῦν ἰονομάζονται ita vertit: *Et pro eo, quod Paulioiannes dici debebant, appellari ita, ut nunc vocantur*, i. e. Pauliciani. Versio prior habet: *Et Paulioiannes illos etiam nunc appellari*. P. 9 optime legitur: αὐτῶν pro αὐτῶν, quod ex Coisliniano editum erat. P. 10 verbum κατέχευεν ad sensus complementum necessarium in textu restituitur. Omittimus plura exempla, in sequentibus obvia, cum hæc sufficiant, nec de re judicari, nisi inspecta commentatione ipsa, possit. Id tamen monendum est, passim Nostrium, sed rarius tamen, Holstenianum Codicem deserere & Coislinianum, ex quo Cl. Montfauconius edidit, sequi: interdum vero etiam abire ab utroque. Sic p. 58 vicus memoratur, quem Coislinianum exemplar Διωρίδα, Holstenianum vero Δωρίδα appellat. At eum Διοδωρίδα vocari debere, tum origo nominis, quod a *Diodoro* quodam, testibus Actis Archelai p. 68, petitum est, tum Epiphaniæ autoritas hæresi LXVI n. 11 credere jubet. Ceterum liber hic I occupatur in enarranda Manichæismi veteris, imprimis autem recentioris, i. e. Paulicianorum historia. Cumque *Petri Siculi* historia Manichæorum a *Matth. Radero* edita in plerisque ita cum Photiana ista recensione conspiraret, ut etiam interdum verba ipsa referat, non dubitat Noster, alterum alterius vestigia in scribendo legisse. Cum vero uterque Scriptor in eandem ætatem incidat, atque adeo difficulter definiiri possit, quis scripserit prior, Noster in præfatione non præ-

ter rem suspicatur, Petrum Siculum in priori commentationis suae parte, in qua etiam convenientiae illius specimina inprimis occurrunt, Photium fecatum esse, in iis vero, quae ad res suae aetate a Paulicianis gestas, ipsique, ut testatur, visas pertinent, suum sibi ducem extitisse. Libro II Photius contra Manichaeos demonstrat, Deum eundem & animarum & corporum & rerum omnium, quae sensibus percipiuntur, conditorem esse. Atque id quidem interdum facit argumentis ex ratione petitis, sed rarius, praecipuum vero praesidium in oraculis Novi Testamenti, quod amplectebantur Manichaei, ita collocat, ut argumenta inde deducta nec ingenio nec robore destituantur. In notis, quae libro I copiosius adspersae sunt, ita versatur S. R. Editor, ut inprimis textui consulat, deinde vero & argumentum ipsum, ubi opus est, & Graecam linguam illustret. Ita p. 3 de varia ratione nomen *Μαίης* flectendi: p. 6 de nomine Paulicianorum ejusque origine; p. 7 de metonomasia haereticis recepta: p. 19 de abusu nominis Christiani iisdem familiari: p. 24 de elogiis Petro ab antiquitate collatis: p. 28 de *προσφυγῶν*, quo nomine Ecclesiae olim vocabantur: p. 31 de voce *νεοταίος*: p. 32 de *προσκυῖτες* Evangelii praestari solita, commentatur. Omitimus reliqua. Inter ea quoque observandum, quod p. 227 & 231 ostendit, verbum *βαλῶ* & hinc derivata cum verbo *λαμβάνω* ejusque compositis saepe a librariis in scriptione confundi, ut v. c. pro *ἰβάλω* scriptum sit *ἰλαβε* & vicissim. Emendatur quoque p. 54 feliciter locus *Historia haereses Manichaeorum* a Cl. Pfaffio cum Lactantii epitome Institutionum divinarum edita. Cum enim ibi p. 183 legatur: *post cujus (Curbicii) mortem non solum libros, quos Terebinthus reliquerat, sed & pecuniam Curbicii sumens, Trembi discipulos acquisivit, quorum unus Thomas, alius Abda, tertius & Hermas*; Noster pro Trembi ostendit legendum esse *tres sibi*, qui & deinde memorantur: pro *Abda* vero *Addas*, quo nomine Historicis aliis appellatur. Sic & ibidem p. 182 pro *Capitulorum* substituendum esse *Capitulum* monet. Post Photii hos libros exhibentur notae & emendationes, quas Vir doctus ad exemplar Dionis Chrysostomi, quod in Bodlejana Bibliotheca inter libros Seldenianos exstat, manus sua scri-

scripserat. Has Noster olim Oxonii descripsit, & luce dignas censuit, eo quod contextum Græcum feliciter integritati suæ vindicare atque adeo ad curandam novam disertissimi Scriptoris editionem multum aliquando conferre posse visæ sunt. Cum vero Autor emendationum suarum aut correctæ versionis rationes nunquam dederit, Noster eas de propriis addidit, ubi opus iis videbatur. Atque illas quidem initio aliis literis exscribi curavit, deinde vero id facere neglexit, sufficere ratus, si in universum in præfatione moneret, eas sibi acceptas ferendas esse. Hic vero ut plurimum Autori assentitur, interdum tamen eundem deserit, v. c. p. 219 & 220, ubi etiam ostenditur, quinam sint *Φεάροπος*. Adde p. 221, ubi emendatio quædam ingeniosa quidem sed parum verisimilis iudicatur. Autorem nec in Anglia expiscari, nec conjectura certa assequi potuit. Erant quidem causæ, cur *Jo. Boisso*, *Henr. Savilio*, *Gerb. Langbanio*, *Th. Gatakero*, *Andr. Dounao*, vel ipsi etiam *Jo. Seldæno* adscriberentur; sed obstant tamen & aliæ, quæ rem dubiam relinquunt, ceu ex ipsa præfatione pluribus intelligitur.

In altero Tomo præstitit S. Rev. Autor, quæ in præfatione ad I Tomum exspectare iussit. Primo quidem loco exhibentur duo posteriores libri Photii contra Manichæos nunc primum editi & Latine redditi. Eorum alter divinam originem legis Mosaicæ sive Veteris Testamenti in universum adstruit, & a Manichæorum exceptionibus vindicat. Alter vero summam exhibet eorum, quæ libro II & III disputata erant. Tertius ille liber pro concione primum dictus, & deinde a Photio recognitus fuisse Nostro videtur. Id enim ut credatur, suadet initium ejus, ubi satis diserte audientium benevolentiam sibi expetit: quemadmodum & in fine p. 110 commentationem hanc suam Photius *διάλεξιν* & *ὀμιλίαν* appellat. Confer notas Editoris p. 1, ubi & monitum videbis, secundum quoque librum non minus publice pronunciatum videri. Ad quarti libri conscriptionem suppeditata est occasio Photio ab Arlenio monacho, cui inscribitur. Hic enim, ceu proœmium ejus docet, mitti sibi a Photio voluerat suas commentationes Manichæis oppositas. Eas vero cum aliis suis libris sibi sublatis queritur p. 113, quod Editor fa-

ctum esse suspicatur in alterutro exiliorum, in quæ conjectum se aliquando vidit Photius. Sed vel sic tamen confirmat, se præcipua eorum, quæ memoria servaverit, in summam hic collatum esse; donec priorum sibi copia iterum fiat. Qui ipsum hunc librum cum prioribus istis duobus contulerit, intelliget, præcipua Scripturæ loca & argumenta, quæ contra Manichæos urserat Photius, hic repetita esse, sed nova quadam ratione, atque ita, ut hinc inde nova quoque præfidia appareant. Euthymius hoc libro non usus est in Panoplia sua, sive quod non vidit unquam, sive quod eo carere se posse censuit, cum præcipua in prioribus occurrerent. In notis suis Editor eodem modo, quo in superioribus, versatus est, nisi quod hic sit brevior, cum argumentationes Photii raro luce aliqua indigerent. Interim Græcæ literæ subiade illustrantur, v. c. p. 1, ubi vox *λόγος* ex Philosophorum Græcorum scholis exponitur. P. 3 observatur, Photium *τὸ ἐκινῶν*, quod Joh. V, 39 legitur, imperandi notionem accepisse, quam & plerique Doctorum veterum amplectantur. Quam varie vox *δικαίωμα* usurpetur, ostenditur p. 5, quod idem sit de voce *οἰκονομία* p. 6, nec non de *ἐπιδημία*, quam Scriptores Ecclesiastici de salutari Christi, Domini nostri, adventu in carnem adhibent, mutuati forte a gentilibus Scripturibus, qui adventum Deorum suorum in turbes præ ceteris amatas hac voce exprimere solebant; confer *Henr. Valesii* notas ad *Eusebii Hist. Eccles.* p. 185 b. Atque hæc speciminis loco sufficiant. Quod ad Photium ipsum attinet, is Scripturæ S. oracula non tam cumulat adversus Manichæos, quam strenue potiora urget. Digna imprimis sunt, quæ legantur, ea, quæ de verbis Christi *Matth. XIX, 8 p. 5* sqq. commentatur, quamvis ea ad palmarium argumentum non pertineant. Id denique prætereundum non est, quod in calce præfationis ab Editore contra *Casimirum Oudinum* recte observatur. Is in Commentario de Scripturibus Ecclesiæ antiquis, non ita pridem edito, Tomo II p. 204 tradit, quatuor illos Photii libros, qui nunc lucem viderent, eosdem esse cum libris quatuor, quos Antonium Possevinum in calce Apparatus Sacri ex Catalogo MSS. Græc. Biblioth. Heidelberg. p. 81, tanquam *Metrophanis* Archiep. Smyrnenis nomen

nomen præ se ferentes, recenset. Addit idem Oudinus, eos Metrophani falso, Photio autem recte tribui. At S. Rev. Editor manifestum facit, utramque scriptionem diversam esse, & a suo quamque Autore, cujus nomen præfert, profectam. Afferuntur ibidem nonnulla de Petro Siculo, moneturque ex Ant. Augustini Touttei sententia, in notis ad Cyrillum Hierosolymitanum p. 101, Photium Cyrilli de Manichæis narrationem ex Pet. Siculi recensione, in Historia Manichæorum facta, legisse.

Photii ista in hoc Volumine sequitur initium Dialogi inter Gregorium Nyssenum & Macrinam sororem *de anima & resurrectione* habiti, una cum parte collationis cum edito & duobus codicibus manu exaratis institutz. Editus is quidem est in utraque editione Parisiensi, sed utrobique, inprimis vero in prior, mendose & corrupte, ut commentatio curate & eleganter scripta medica manu digna esse videretur. Eam itaque attulit Noster, varietatem lectionum ex Codice MS. Uffenbachiano, quem Cl. Jo. Henr. Majus in Parte II. Bibliothecæ Uffenbachianæ MS. p. 425 describit, Illustris Steinelii opera nactus. Cum illis conjunxit lectiones, quas ex alio Codice Rev. Zachar. Hasselmanni hausit, ita quidem comparatas, ut plerumque illa alterius codicis confirmet. Ut autem appareret, quantum ex his codicibus opis afferatur ad recognoscendam Gregorii commentationem, initium ejus integrum, quatenus illorum opemendatum est, cum notis suis exhibet Editor, deinde vero, ne longior esset, varietates legendi nudas proposuit, illis, quæ per spatii angustiam omitti hic debebant, sequenti Volumini servatis.

Colophonem denique imponunt Epistolæ Libanii, quarum Centuriam integram Noster Lipsiæ 1711, 8 cum versione sua & notis edidit, septem. Eas ex Codice Berolinensi Regio descriptas accepit ab eruditissimo Maturino Veyssiere la Croze, cum pluribus aliis, in posterum in lucem proferendis. Septem istæ cum Latina versione & notis hic exstant, in quibus varia erudite afferuntur, quæ ad literas & Antiquitates Græcas pertinent. Sic v. c. p. 331 illustratur Græcorum proverbium *πορσιμός Σινελίας* ex Libanii Operibus Tom. II p. 177, nec minus aliud

ἔτε μικρὸν ἔτε μᾶλλον p. 336, item ὁ περιφόρητος Ἀγέμων.
Ostenditur etiam, quis sit *Zeus Μειλίχιος* p. 336. Quem S.
Matthæus *σκυθροπὸν* vocat, eum Libanius appellat *σκυθροπά-
σαντα* p. 344, ubi conferendæ sunt notæ.

*FRIDERICI WILHELMI SOMMERI,
Urat. Ser. Duci, Wurtembergio - Olsnensi in Regimine a
Consiliis, Regnum Vannianum, antiquam Silesiam com-
plectens; accedunt ejusdem Lemmata Historica ad Duca-
tum & urbem Uratislaviensem pertinentia, & STENI
Bregensis descriptio Silesiæ, imprimis
Uratislaviæ &c.*

Uratislaviæ, apud Mich. Hubertum, 1722, 4.

Alph. I pl. 6.

INter graviora negotia, quæ Ampliff. Sommerus egregii pu-
blici causa sustinet, hoc a se impetrare non potest, ut non
sæpius ad meliores literas, veteres suos amores, divertat, ubi ta-
men ita res suas eum instituere videmus, ut simul omne studium
ad carissimam Patriam, Silesiam, Silesiæque caput Uratislavi-
am, urbem, quæ inter reliquas, velut inter ignes Luna mino-
res, eminet, illustrandas ornandasque conferat. Expressit non
ita pridem elegantissimo carmine *Silesiam ante Pfaffum*; nunc
hoc opere, cujus titulum dedimus, cum Antiquitates suæ gen-
tis, tum imprimis Uratislavienses persequitur, quod tripartitum
esse ipsa libri rubrica indicat. Inciderat nempe Nobilissimus
Autor in Ortellii Tabulam Daciæ Mœsiarumque, in qua cum
videret, triangularem intra Marisum Tibiscumque fluvios ter-
ram præ se ferre splendidum Regni Vanniani titulum, incescit
eum cupido in maximi Regis, Vannii, res regni que fines sa-
ne ampliores, quam Ortelio visum, inquirere, &, quantum in
tam abstrusa antiquitate licet, commentari. Hoc ita præstitit,
ut capite I Antiquæ Silesiæ faciem, a Lygiis Quadisque no-
bilissimis gentibus olim habitatæ, cap. II Silesiæ res ante Van-
nium, Tudri imprimis & Marobodui & Catnaldæ Regnum,
quibus Quadi & Lygii paruerunt, C. III ipsum Vannium Regem,
Qua-

Quadam ortu, sed a Druso suis gentibus impositum, post diuturnum regnum Vangionis & Sidonis propinquorum seditionibus expulsum, C. IV Regni Vanniani amplitudinem, vires & terminos, non Marum vel Morum, Moraviz fluvium, ex Nostri sententia, & Cusum, qui potius Tiffus est, corrupta veterum codicum lectione; (hi enim agri redeuntibus ex Italia Quadis & Vannio ipsi recenti Regi dati sunt ab Romanis) sed amplissimos Marcomannorum Quadorumque & Lygiorum limites, cum, Vannio in Pannoniam rejecto, illis Vangio, his Sido, Reges, obtigerint, C. V Silesiam post Vannium ad Antoninum usque, C. VI Romanorum in alendis inter Germanas gentes discordiis artes, C. VII Silesiz res ab Antonino ad Slavorum usque adventum, ubi Furtii, Ariogzsi, Gajovomari, Semnonis, Viduarii, Gabini que Principum nomina occurrunt, C. VIII nonnulla de sacrificiis Quadorum, Lygiorumque in Sabotho & de Diis eorum tradiderit. Decus huic commentationi conciliat & lucem sceneratur tabula regni Vanniani zri incisa, in qua etiam nummus Antoninianus Regem Quadis datum exhibens, & archetypo delineatus, & Urna maxima Maslæ in Silesia A. 1705 eruta conspicitur, literis his Romanis: D. MART. OS IIII. OLL LI inscripta. Sane mirum est in istis regionibus tam remotis a Danubio, Romani Imperii limite, tale quid repertum; de nummis enim minus ambigitur, præda Romana, ad alia forte inutili, quam ad memoriam prosperæ expeditionis conservandam. Sunt reperti Maslæ aureus Aureliani, argentei Cesaris, Faustinz, L. Veri, zneus M. Valerii Corvini, a Cl. Hermannò in Maslographia memorati, quibus postea accessere, Nostro p. 10 tradente, tres Antonini, unus Commodi, & Faustinz alius, & qui in pago Ranserensi, uno a Uratislavia lapide, effossus est, Hadriani, capite laureato Imperatoris, & in averfa æternitatis imagine ornatus, additis literis: IMP. CAESAR TRAIAN. HADRIAN. AVG. P. M. TR. P. COS. II. AETER. AVG. Marobodui nomen esse Germanicum Meerboth, vix dubitabunt nostri sermonis periti. Valde tamen jucundum est legere ea quæ p. 17 afferuntur, ante V Secula illud nomen in Silesia non fuisse ignotum: in privilegio, quod

Cccc

Boles.

Boleslaus Calvus Dux Lignicenfis Sibotheni de nobili familia Oviium (quæ jam Celfiffima Schafgotschiana audit) fuper arcem Kemnitz an. 1243 conceffit, teftem adfuiffe Dn. Meerbotho de Czeteros in Vriburg Ducis Boleslai Armigerum; anno quoque 1418, cum furibunda plebs Julio mense Uratiffiaviæ curiam occuparet, diemque nefaftum efficeret, inter Senatores, qui fuga fibi confuluerunt, unum Meerboth fuiffe appellatum. Regnum Vannianum excipiunt Lemmata Historica de Ducatu & urbe Uratiffiaviensi, in quibus conficiendis non modo editis Historiarum monumentis, fed ineditis etiam, Danielis Rapoldi Historia MSta de illuftriffimo Silefiæ Ducatu, quam Cl. Rhonius extare nescivit, Pohlî Annalibus Urbis, Francifci Fabri Kœckritzii originibus Uratiffiaviensibus, Henelii ab Hennenfeld Breslographia renovata, Casp. Sommeri Silesia Pia, Rofitzii Chronica & Numero Epifcoporum Uratiffiaviensium, Georgii Schönborneri libera Viadri in Oceanum navigatione, Theatro Monetario Haunoldino ufus est Ampliffimus Autor. Præmissis nonnullis de Ducatu & Urbe generatim, quæ antiqua fatis est, fed incertæ originais, quod A. 1200 ingenti incendio omnia ejus monumenta conflagnarunt, C. 2 res Silefiæ a Piafto usque ad Mieciflaum, C. 3 res Silefiæ & Urbis a Mieciflao usque ad Uladiflaum II Silefiæ Ducem, C. 4 Uratiffiaviensium Ducatus sub Boleslao I, C. 5 Henricus I Barbatus & Henricus II Pius, Duces Uratiffiavienses, C. 6 Henricus III & IV, C. 7 Henricus V & VI, exhibentur, quæ primæ Sectionis sunt, res priorum Ducum exponentis. Sectio II Ducatum Uratiffiaviensem sub Bohemæ Regibus diverfarum familiarum fuffit, sub Joanne puta, qui primus Silefiæ in suo regno junxit, Carolo IV Imp. Wenceslao, Sigismundo, Alberto II, Ladiflao posthumo, Matthia Corvino, Uladiflao & Ludovico. Sectione tertia res Ducatus Uratiffiaviensis sub Bohemæ Regibus Auftriaca stirpe oriundis traduntur, capitibus IV, quorum primum esse Ferdinandum I Imperatorem, noviffimum invictiffimum Carolum, quis est, qui nesciat. De dignitate Urbis & Ducatus Uratiffiaviensis Sectione IV disseritur, in quibus omnibus, five ordinem & varietatem rerum, five scripturæ genus spectes, hanc com-

menta:

mentationem nitidam & concinnam rerum Uratislaviensium epitomen merito dixeris. Ultimo loco memoranda est M. Bartholomæi Steni, Bregensis, Ordinis Crucigerorum Sacerdotis, descriptio Silesiæ, imprimis Uratislaviæ. Scripsit ille Seculo post Christum natum XV, stylo pro illorum temporum ratione fat eleganti, insigniorum locorum & urbium descriptiones, tribus, ut fama fert, libris, ex quibus non pauca in suam Silesiam magnam transtulit Joannes Hessus, & ex hoc Bregæ descriptionem Nic. Henelius in Silesiographiam suam renovatam. Ipsum opus periisse videbatur, sed bono fato partem ejus ante aliquot annos reperit Cl. Mentzius noster, qui cum istam manu scriptam cum Ampliff. Autore nostro communicasset, hic vero ex Heneliano fragmento etiam Autoris nomen intellexisset, non potuit non, notulis nonnullis instructam, Uratislaviæ aliorumque quorundam locorum descriptionem hic subjungere, ea lege, ut, si & reliqua benigno fato invenirentur, sibi eadem parietate restituere liceat. Sane summa cura in describenda Uratislavia versatus est Stenus, gratamque operam navavit posteris, qui urbis faciem, qualis ante tria fere secula fuit, cum eadem, uti hodie est, non sine voluptate conferre possunt. Neque hic substitit Nobilissimi Autoris diligentia. Præter urbis Iconographiam & insignia, ære nitide expressa, per modum Appendicis adjecta sunt: 1) Genealogia Ducum Uratislaviensium omnium, 2) Diploma, quo Joannes Lucenburgicus Bohemix Rex Ducatum Uratislaviensem Regno Bohemix illatum esse confitetur, 3) Transactionis Trencinensis Tabulæ, quibus Casimirus Rex Poloniarum a Silesiis Principibus cum Bohemorum Regibus gesta ratihabet, 4) Excerpta rerum Uratislaviensium ex Rositzii Chronico & numero Episcoporum Uratislaviensium MSto, 5) Caroli V Imperatoris Augusti Privilegium, quo Insignia Civitatis Uratislaviensis auxit, & 6) Literæ Vladislai Regis, quibus Ladislaum Regem veneno, ut tunc fama erat, non esse peremtum publice testatur, ex omiſſis merito huc revocandæ. Spirant hæc omnia summum amorem tenerimumque affectum, cum erga historicas literas, tum erga Patriam, ejusque Proceres, & summum Principem, cui illa paret, unde

adeo speramus amantissimo Civi porro res patriæ curæ cordique fore.

**HISTORIA ROMANA AB V.C. VSQVE AD
tempus Constantini M. item templorum LXXVI Romæ
existentium, & indulgentiarum. Opusculum ob insigne
de JOANNA PAPISSA testimonium summopere
æstimandum. Post CCXXIII annorum decursum edi-
tum e museo GOTTFRIDI TENTZELII,
Ecclesiæ Arnstadiensis.**

Arnstadiz, literis Bachmannianis, 1722, 8.

-Pl. 8.

Opusculum hoc, (quod, uti exitus ejus p. 112 docet, im-
pressum (a) fuerat Romæ per Magistrum Stephanum
Planck, Pataviensem, anno Domini M. CCCC. XCIX) ob insigne
de Joanna Papiſſa testimonium dignum visum luce publica, e
suo museo nunc producit Rev. Tentzelius, præmissa Celeb. Jo.
Christoph. Olearii, in his Actis nostris sæpius laudati, Differta-
tinnacula, in qua præcipui de Papiſſa illa testes, qui quidem an-
te Lutherum vixerunt, citantur nominatim. Ad ipsum libel-
lum quod attinet, in eo per breviter ac stylo profus inconfito
describitur primo historia septem Regum Romanorum, dein-
de Imperatorum usque ad Constantinum M. Postea p. 38 sqq.
exhibentur indulgentiæ septem ecclesiarum principalium urbis
Romæ: ubi & reliquiæ Sanctorum recensentur in istis ecclesiis
asservatæ. Denique p. 58 sqq. cætera quoque templa Romanæ
urbis una cum reliquiis sacris ibi depositis describuntur. Nec ta-
cenda est, quæ p. 35 sqq. exstat, Oratio de sancta Veronica,
sic incipiens:

*Salve, sancta facies nostri redemptoris,
In qua nitet species divini splendoris.*

Ceterum libuit doctissimo Editori accuratissime ad primam
editio-

(a) Adi & de hoc libello *Novæ Literaria*, quæ hic Lipsiæ patrio sermo-
ne solent emitti, & quidem anni huius ipsius 1722 p. 247 sq.

editionem recudendum curare hunc libellum. Unde cum prima illa editio servet illius ævi indoctam orthographiam, prætereaque mendis typographicis ita abundet, ut abundare vix magis possit; facile intelligitur, vix quicquam fingi posse hoc libro vitiosius. Ac videtur plus gratiæ a lectoribus suis initurus fuisse Rev. Editor, si mendas sustulisset, facilioremque ita reddidisset ejus libri usum. Sed haud dubie graves is habuit causas, cur eo labore superfederet. Speciminis loco ex quarta decimaque paginis exhibemus simulque eluimus mendas quatuor. Et priore quidem pagina v. 6 pro *quem* scribendum erat *quam*; ac v. 23 pro *contemptator Amulius eques* ex Ovidii Fast. lib. III, 49 reponendum *contemtor Amulius equis*. In posteriore vero pagina ridicule editum est *pyleus* pro *Ptolemaus*. Scilicet in Codice MS. abbreviata scriptura exstabat *ptleus*. Ibidem pro *positus* *Egypto* edendum erat *positus* *Egypto*.

THEOPHILI SIGEFRIDI BAYERI, REGIOMONTANI, de numis Romanis in agro Prussico repertis Commentarius. Accedit ejusdem epistola de Theophrasti, Delii Præsidis, monumento.

Lipsiæ, apud Jo. Frid. Gleditschii fil. 1722, 4.
pl. 9 & duæ plagulæ fig. æn.

CUM in Prussia subinde reperti fuerint nummi Romani, non immerito eruditi incola disquisierunt, quomodo huc ii delati fuerint. Cui Autor noster varias aliorum conjecturas profert in medium, ipse pronus est ad credendum, a mercatoribus eos fuisse huc asportatos. Ceterum dubium hic est, utrum Romani mercatores, an Germanici huc istos advexerint. Atque hoc ipsum occasionem Autori præbet ostendendi, succinum Prussicum in Græcia cognitum fuisse, jam ante bellum Persicum, ac plurima veterum Historicorum ea de re narrationes considerat. Simul tamen docet, non ipsos Græcos in Prussiam venisse ad petendum inde succinum, sed id accepisse a Venetiâ. Tarentinos quoque mercatores, qui id ab Illyriis accepisse vi-

Cap. I.

II.

Cap. III.

deantur, Romæ ejus usum vulgasse contendit. Nec vero desunt, qui a Romanis militibus in hæc loca delatos fuisse illos nummos credant. Sed ab his quidem Noster dissentit, caufatus nunquam Romanos exercitus venisse in Prussiam. Rediens igitur ad mercatores, non dubitat, negotiatores succinarios fuisse in Germania, imo & Romæ fuisse artifices succino elaborando operam navantes. De Nerone certe memoriæ proditum est, ab eo Julianum quendam equitem Romanum missum fuisse in Prussiam, qui ingentem inde succini copiam in urbem referret. Non obiter hanc historiam perstringit Noster, sed curate inquit, quo tempore ea ablegatio facta sit, & quis fuerit Julianus ille. Quid? ipsum spectaculum, in quo Nero tantam vim succini profudit, haud gravatur cum cura describere. Ut ad nummos in Prussia repertos revertamur, observat Noster, non reperiri antiquiores Neronianis, nec recentiores ævo Justiniani & Justinii Thracis. Ex quo colligit, omnem mercatum succini ab eo tempore neglectum fuisse, nulloque id in pretio haberi coepisse. Hinc docet, per Germanos illatos in Prussiam fuisse nummos Romanos: eaque occasione de nummorum usu apud veteres Germanos paulatim recepto docte differit. Cur porro in Prussia non alii nummi frequentius reperiantur nummis M. Aur. Antonini, haud negligenter dispicit Noster, ejusque rei causam producit satis verosimilem. Ceterum cum & Constantinopolitani nummi in Prussia reperti sint, quomodo hi istuc perlati fuerint, expendit, atque argumentis usus non contemnendis negat, mercatores Constantinopolitanos succinum petiisse in Prussia. Nec hanc prætermittit occasionem docte disputandi de nummis Byzantiis. Sequitur, ut de usu Romanorum nummorum apud veteres Prussos dispiciamus. Ubi quidem Noster censet, eos illis memoriæ duntaxat causa asservatos, ac denique inter res pretiosas in sepulera injectos fuisse. Qua occasione non solum docet, aliis quoque gentibus moris fuisse, nummos sepulcris indere, sed etiam de monumentis quibusdam sepulcralibus differit non ita pridem in Prussia erutis, & hic æri

IV.

V.

VI.

VII.

VIII, IX.

incisis. Ultimo loco complures exhibet Romanos nummos in Prussia repertos, eosque paucis interpretatur.

Quod

MENSIS DECEMBRIS A. MDCCXXII. 567

Quod ad Cl. Autoris Epistolam de *Theophrasti, Delii Præsidi*, monumento attinet, discimus hinc primo, hoc monumentum, quod hic æri incisum spectare licet, ex Delo insula advectum Londini exstare inter marmora regia. De tempore, quo collocata fuit hæc statua, non eadem omnium adhuc fuit sententia. Noster persuasum habet, id nec post Mithridaticum bellum, nec ante Corinthum deletam factum esse; cuius rei perquam erudita profert argumenta, historiamque Deli insulæ ita persequitur, ut facile suam rei antiquariæ & curiositatem & peritiã approbet antiquitatum studiosis lectoribus.

قصة يوسف النجار

five

HISTORIA JOSEPHI FABRI LIGNARII,
Liber apocryphus, ex Codice MS. Bibliothecæ Reg. Paris.
nunc primum Arabice editus, nec non versione Latina
& notis illustratus a GEORGIO WALLIN,
Sueco.

Lipsiæ, literis Andreae Zeidleri, 1722, 4.

Alph. 1 plag. 6.

FAbulam complectitur non historiam hic liber apocryphus, inter illa librorum monstra jure numerandus, quæ hæreticorum maxime oriunda semine aut nunquam nasci aut statim post ortum extingui satius fuisset. Et quidem adeo nefarius & nugivendus fuit autor hujus fabulæ, ut quemadmodum librum de *transitu* seu obitu *B. Mariae* alii impostores *S. Joanni Evangelista*, vel *Jacobo*, vel *Melissent Episcopo Gardani*, ascripserunt, ita ille hanc *historiam Josephi*, non contentus Apostolis & famulis, ad ipsum Dominum **JESUM CHRISTUM**, ceu verum autorem, quem in monte Oliveti ad discipulos suos loquentem & Josepho parentantem introducit, referre non erubuerit. *Stilus* per omnia humilis est & simplicissimus, a flosculis & metaphoris, ut plurimum longe petitis, recentiorum Arabum procul remotus, ceterum impurus, nævisque & solcissimis

cisnis quam sæpissime scaten: quam culpam tamen non tam auctori quam translatori tribuendam censet Clariss. Wallin, S. Theologiz Lector Gymnasii Hernofandici in Angermanica Sueciz provincia, quippe qui hunc libellum, ut multos alios libros apocryphos, lingua Hebrza contextum, ac deinde in Arabicum sermonem versum, cum Jo. Bollandø, arbitratur. De ætate fabulæ vix quidquam definire licet. Silent priorum seculorum scriptores, qui alias sat multa ejusmodi *ϕευδωνυµα* commemorarunt: charta & character codicis Arabici, quem in manibus habuit doctissimus Editor, a reliquorum Arabicorum codicum, etiam recentiorum, indole parum differt: quin occurrunt quoque, ab initio & sub finem historiz, nonnullæ locutiones novitatem satis aperte spirantes. Sed uti has posterioribus forsitan temporibus ab aliis additas Cl. Wallin suspicatur, ita res ipsas, dogmata, & scribendi modum respiciens, tantum non omnia cum antiquis potius quam hodiernis Orientalium moribus doctrinaque convenire judicat. „ Sic de *extrema unctiõne* observandum putamus, inquit, eam, si a Christo ipso instituta ceu sacramentum fuisset, ut *occidentalis* non tantum *Romana*, sed etiam recentior *orientalis* Ecclesia contendit, si tantæ sit necessitatis & usus, ut supplicia animarum ejus beneficio post mortem mitigentur, utique Josepho nostro fuisset collata, ejusque mentionem minime intermisisset Autor præsentis libelli: verum si a posteriorum seculorum ævo, novorum inventorum fecunda matre, eam removemus, (*derivamus*) omnis mirandi simul evanescet occasio: erat enim *sacramentum extrema unctiõnis* antiquis res omnino, quidquid de Jac. V, 14, 15 jactitent Novatores, inaudita. Hanc & ejusmodi quasdam alias antiquitatis notas in Autore suo reperit Cl. Wallin, quas nunc pluribus persequi nihil attinet. De ipsa potius libelli editione, atque adeo de scopo & methodo nobilissimi Editoris, nonnulla restant, quæ præterire minime possumus. Scilicet cum nuper in Gallia peregrinans commoraretur Vir doctissimus, essetque occasio, Bibliothecam splendidissimam Regis Galliz frequentandi, inter alios Codices Arabicos manu exaratos præfens sese obtulit *Historia Josephi Fabri Li-*
gnarii,

gnariis, quam Cl. *Renaudotius* in Catalogo Codicum MSS. Arab. Bibliothecæ Reg. Paris. non perlecto ipso libello, appellavit *Historiam Josephi Mercatoris*, putans sine dubio, hic agi de Josepho Jacobi filio, Patriarcha V. T. cujus fabulam ex Corano edit *Erpenius*, cum tamen in Arabico non sit *تاجر*, ut facile legere potuit *Renaudotius*, nam levis est differentia, sed *تجار*. Hunc igitur tractatum, ut breviorum, elegit *Noster*, dignumque judicavit, (nescius nimirum adhuc, quid præcipue contineret,) circa quem, ceu rem quandam seriam & sacram, studium, quod linguæ Arabicæ destinavit, esset occupatum. Itaque describi eum summo cum studio, manu cujusdam Arabis, curavit, descriptum sæpius cum eo perlegit, menda passim in archetypo obvia emendavit, & Latine in proprium usum & exercitium primo quidem transtulit: jam vero translatum, in capita & versus, ut melius cum textu Arabico ab imperitioribus conferri versio possit, divisum, punctis etiam vocalibus & apicibus vestitum, plurimisque notis atque observationibus, partim Philologicis, partim Theologicis & potissimum Antipapistis, auctum, in lucem edere & cum aliis eorundem studiorum cupidis communicare placuit. Quamvis enim nosset, libellum esse ejusmodi, qualem supra descripsimus, hoc est, ut ipse loquitur, æternis tenebris quam luce digniorem; tamen etiam illud scivit, non deesse Theologis causas, queis vulgari sine scandalo posse tales libros apocryphos probent. „Forte, inquit, quia nusquam melius divinæ veritatis jubar putatur exsplendescere, quam si e regione ipsi opponatur crassa figmentorum errorum, que caligo, haut aliter ac inter nos fieri solet, dum monstrosum sortuum aspectu percussi, formæ humanæ, ad naturæ leges justa membrorum proportione productæ, elegantiam, veneramur & majestatem, „Accedit, præsentem fabulam, si cum reliquis prius editis, itemque cum recentiorum monachorum fabulis conferatur, licet fabula sit fabulaque maneat, inter pessimas tamen, judicio Editoris nostri non esse reponendam. Quod ut eo certius constaret, neve quid superesset periculi, quod redundare inde in lectorem minus cautum posset, non modo artes, fallacias, erroresque autoris data quavis occasione in

notis suis detegere, sed & harmoniam inter istas res & inter dogmata, ritus, superstitiones, modosque loquendi, Judaicæ, Muhammedicæ, Orientalis Christianæ, & cum primis Occidentalis Romanæ Ecclesiæ, intercedentem, sine ullius tamen personæ præjudicio, ut ipse ait, ostendere atque ante oculos ponere Noster laboravit.

LUTETIA PARISIORUM, ERUDITA SUI
temporis, h. e. annorum hujus ~~SECVL~~ XXI & XXII.

Autore G. W. S.

Norimbergæ 1722, 8.

Plag. 12.

Idem elegantissimi hujus libelli Autor est, quem modo produximus, Georgius Wallin-Suecus, qui initiales literas G. W. S. titulo adscripsisse satis habuit. Utilem vero operam suscepit, quando Parisiis degens statum omnem literarium, qualis illic est, diligenter annotavit, nec invidit orbi erudito. Quæ IX hujus tractatus capitibus continentur, ad notitiam præcipuorum Autorum spectant, Lutetiæ tam viventium, qui scriptis edicis in studiis imprimis Linguarum, Grammaticis & Criticis, in Eloquentia, Antiquitatibus, Historia Ecclesiastica & Theologia inclaruerunt. Neque tamen alios plane tacuit, qui rebus Mathematicis & Physicis, aliisque Philosophicis, item Medicis vel Jure occupantur. Secundo capite etiam enumerationem præcipuorum librorum exhibet, qui ad mensẽ usque Martium præsentis anni Parisiis comparuerunt: tertio vero eorum, qui sub prælis tum temporis sudabant. In recensione Literatorum plerumque ætatem, domicilium, & indicem scriptorum; libris novis pretium & locum, ubi venduntur; iis, qui actu imprimuntur, leges subscriptionum adjecit. Et ne quid deesset, quod ad statum literarum desiderari posset; quarto integro capite de Universitate Parisina, Collegiis & Academiis seu Societatibus egit. Singulare est, neque forsasse omnibus notum, quod de Academia Politicæ & Status memorat, erecta regnante Ludovico XIV, ubi ex memoriis, ut ait, Tractatibus aliisque actis magis secretis arcana

na Imperli edocentur, & unde nobiliora ingenia in futura tempora maximique momenti ministeria præparantur. Statum Ecclesiæ Gallicanæ attigit, quatenus Archiepiscoporum & Episcoporum hujus temporis notitia absolvitur, quorum Catalogum inseruit capiti quinto. Sexto de Bibliothecis potioribus; septimo de Ephemeridibus, quæ in usu hodie sunt Lutetiæ; octavo de Typographis & Bibliopolis Parisiis loquitur. Diariis reliquis Gallicis omnibus præfert Diarium Verodunense, *le Journal de Verdun*, quod successit inde ab aliquot annis libello *la Clef du Cabinet*. Singularem humanitatem erga exteros tum omnium in genere Gallorum, tum Bibliothecariorum & Bibliopolarum ex merito prædicat; quæ res facile inveniet fidem apud eos, quibus constat, etiam summo loco natos & in amplissima dignitate constitutos haud pati se humanitate a quoquam vel officio vinci. In caput nonum opusculi appendicem, varia a se observata, quæ locum alibi non inveniebant, ut de Cathedra Aquinatis, de differentia Abbatum, & alia cõjecit. Addidit versionem Latinam Literarum Societati Regiæ a Magno Moscoviæ Duce nuper una cum mappa Hydrographica maris Caspii transmissarum, & Oden Anacreonticam Boivini ad Dominam d' Aguesseau, quæ nuper una cum aliis hujus Autoris Parisiis excusa fuit. Ceterum laudem meretur Cl. Autoris institutum, quod ut alii alibi pari felicitate imitentur, serio optamus.

INDEX AUTORUM, Quorum Libri aut Inventa hoc Volumine recensentur.

* Nota, Typographum saltum fecisse a p. 136 ad p. 187.

I. Libri Theologici & ad Historiam Ecclesiasticam spectantes.

<p>A Delmanni <i>Opuscula cum not. P. Galeardi.</i></p> <p>Andalæ (Ruardi) <i>Exegesis illustrium locorum S. Scripturæ.</i></p> <p style="text-align: center;"><i>Clavis Apocalypica.</i></p> <p style="text-align: center;">Dddd 2</p>	<p>483</p> <p>300</p> <p>ibid.</p> <p>Anony-</p>
--	--

INDEX AUTORUM

<i>Anonymi Mediat. de Historia Judaeorum ad probandam inde veritatem religionis Christianae.</i>	294
<i>Vita Josephi, fabri lignarii Arabice, cum Vers. & notis, Georg. Wallin.</i>	567
<i>De la Barre (F. P.) Doctrina Protestantium ex Missali Romano demonstrata.</i>	501
<i>S. Basilii Opera ex Ed. Juliani Garnier. Tomus I.</i>	465
<i>Bingham (Jof.) Antiquitates Ecclesie Christianae. Volumen VII.</i>	424
<i>Bomble (Christ. Jo.) Analyfis & Chronologia Apocalyptica.</i>	95
<i>Brett (Thoma) Collectio precipuarum Chirurgiarum Eccles. Christi.</i>	333
<i>Carpzovii (Jo. Gestlob) Introductio ad libros Poeticos V. T.</i>	217
<i style="padding-left: 150px;">ad libros Propheticos V. T.</i>	305
<i>Christi Historia supposititia Josephi, fabri lignarii, cum vers. & not. Georgii Wallin.</i>	567
<i>Cuperi (Luca) περιείριστα τῆς χρονολογίας & Historia Sacra.</i>	208
<i>Drake (Sam.) Epistola de aqua non necessario calici Eucharistico admiscenda.</i>	344
<i>S. Gaudentii Orationes, cum not. Pauli Galeardi.</i>	482
<i>Grabii (Jo. Ern.) Diss. de forma consecrationis Eucharistica.</i>	276
<i>Josephi (Flavii) Opera, ex Ed. Jo. Hudsonii.</i>	235
<i>Johnson (Jo.) Collectio legum & canonum ad Eccl. Angl. spectantium.</i>	420
<i>Lampe (Frid. Adolphi) Synopsis Historiae S. & Eccles.</i>	44
<i>Langii (Joach.) Historia Eccles. ab O. C. ad Sec. XVIII.</i>	452
<i>Moreti (Petri) Diss. de ritu ostensionis sacrarum reliquiarum.</i>	299
<i>Mosheim (Jo. Laur.) Vindicia antiqua Christianorum disciplinae contra Jo. Tolandum, cum vita Tolandi.</i>	492
<i>Pezii (Bernardi) Thesaurus Anecdotorum novissimus.</i>	1
<i>Pfaffii (Christ. Matthaei) Institutiones Historiae Eccles.</i>	71
<i>La Placette (Joan) de Sceptisimo Rom. Ecclesiae.</i>	77
<i>Ramperti Opuscula, cum not. P. Galeardi.</i>	482
<i>Vitriarius (M. V.) de statu anima separata post mortem.</i>	393
<i>Vitriarius</i>	393

INDEX AUTORUM.

Vitringæ (Campegii) <i>Animadv. ad Methodum Homillar. Eccl.</i>	67
Wzchtleri (Christfried) <i>de Codice MS. Orationum XV Gregorii Nazianz. Epistola ad Christoph. Jost Zantbier.</i>	133
Wallin (Georgii) <i>Versio Vita Arabica Josephi, fabri lignarii, cum notis.</i>	567
Wolfii (Jo. Christoph.) <i>Anecdota Græca Sacra & Profana. Tomus I & II.</i>	554

II. Libri Juridici.

B erenger Bar. a Beaufin (Hectoris) <i>Disputatio ad L. 40 ff. de Legat. l.</i>	248
Branchu (Balth.) <i>Observationes ad Jus Rom. &c.</i>	248
Van Bynckershoeck (Corn.) <i>de Foro Legatorum tam in Causa civili quam criminali.</i>	507
Gundling (Nic. Hier.) <i>de emptione uxorum, dote & Morgengaba, ex Jure Germ.</i>	429
Johnson (Jo.) <i>Collectio omnium Legum, Canonum, Responsorum Eccles. ad regimen & religionem Eccl. Anglic. spectantium. Partes II.</i>	420
Riperi (Alberti) <i>Diff. de Lege, ac Legibus divinis positivis universalibus in specie.</i>	536
Speneri (Jac. Car.) <i>Tract. de dativa Tutela Sub-Vasallorum S. Rom. Imp.</i>	117

III. Libri Medici & Physici.

A lbini (Elcasaris) <i>Historia naturalis insectorum Anglicorum.</i>	18
Algerwer (Dav.) <i>Specimen Hyetometriae curiosa.</i>	216
Anonymi <i>de motu sive de motus principio & natura.</i>	322
<i>Acta Medicorum Berolinensium, Vol. IX & X.</i>	443
Bellingeri (F.) <i>Tractatus de Variolis.</i>	90
Bœckleri <i>Collectio Observationum in Ins Massiliensi factarum.</i>	441
Breyonii (Jo. Phil.) <i>Epist. de Melonibus petrefactis Montis Carmel vulgo creditis.</i>	439

INDEX AUTORUM.

Bruckmanni (Fr. Ern.) <i>Relatio de Cerevisia Regio-Lothariensis.</i>	545
Freind (Jo.) <i>Epist. de purgantibus in secundaria Variolarum consuetudinem febre.</i>	92
s' Gravelände (Guil. Jac.) <i>Physices Elementa Mathematica.</i>	19
Harris (Gualteri) <i>Dissertat. de peste.</i>	87
<i>Descriptio inoculationis variolarum.</i>	87
Hartsoeker (Nic.) <i>Collectio variorum fragm. Physicorum.</i>	318
Hoffmanni (Frid.) <i>Medicine rationalis systematica Tomus II.</i>	315
<i>Medicina consultoria. Pars I.</i>	358
Leutmanni (Jo. Georgii) <i>Tr. de horologiis automatis. P. II.</i>	128
Mulleri (Jo. Henr.) <i>Collegium experimentale.</i>	80
Pacchionii (Ant.) <i>Diss. de Dura Meninge humana.</i>	541
Quincy (Jo.) <i>Dispensatorium Collegii Medicorum Londinensis.</i>	121
Robinson (Nic.) <i>Tr. de arenulis & calculo.</i>	221
Rzaczynski (Gabriel.) <i>Historia Naturalis Poloniae & Lithuaniae.</i>	10
Swedenborgii (Em.) <i>Prodromus Principiorum rerum naturalium.</i>	83
<i>Nova Observata circa ferrum & ignem &c.</i>	225
<i>Miscellanea Observata circa res naturales &c.</i>	262
<i>Methodus nova invenendi longitudes locorum &c.</i>	266
Strother (Eduardi) <i>Modi tractandi Variolas experientia fulti.</i>	123
Sturmii (Jo. Christoph.) <i>Physica electiva seu hypothetica Tomus II.</i>	537
Terranei (Laur.) <i>Tr. de Glandulis &c.</i>	257
Thümmigii (Lud. Phil.) <i>Observationes de Anatomia Foliorum.</i>	24
Wolffii (Christiani) <i>Varia Experimenta natura & artis. Tomus I.</i>	31
<i>Tomus II.</i>	435

IV. Libri

INDEX AUTORUM.

IV. Libri Mathematici.

A Nonymi Tentamen de usu studiis Mathematicis.	96
Bernoulli (Jo.) Theorema novum habens utilitatem in divi- dendis multiplicandisque angulis, nec non in condendis Tabulis sinuum tangentium & secantium.	361
Varia Solutiones & constructiones Problematis de Curvis motis secundum axem & se mutuo constanter ad angulos datos secantibus.	396
Facciolati (Jac.) ad Mathematicam Oratio.	509
Mac Laurin (Colini) Geometria organica.	323
Ruggieri (Ferdinandi) Schola Civilis Architecturae, continens ornamenta januarum & fenestrarum ex aedificiis Floren- tini desumpta.	553
Sharpe (A.) Geometria promotae &c.	229
Sturmii (Jo. Christoph.) Praelectiones Academicae, ex Ed. Daw gewerl.	370
Swedenborgii (Eman.) Methodus nova inveniendi longitudi- nes locorum terra marique.	266
Taylor (B.) Litera ad J. B. M. data Londini d. 6 Jul. 1722.	452

V. Libri Historici, Geographici &c.

A lberici (Jo.) Miscellanea de singularibus dierum & locorum fatis, ostentis ominibus, somniis &c.	550
Anonymi Dissertatio de Davio Medo.	201
Magna Britannia & Hibernia. Pars I & II.	534
Historia Romana ab U. C. ad Constantinum M. ex Ed. Gottfr. Tentzelii.	564
Historia Sugerii Abb. S. Dionysii, Ministerii Status &c.	286
Meditat. de Historia Judeorum.	294
Arcana Collectio rerum a Legatis Angl. in Hispania ab A. 1667 ad 1678 gestarum.	327
Diarium Vazstenense, cum not. Fr. Bonzelii.	354
Aubray vide Albericus.	
Barwick (Petri) Vita Johannis Barwick.	547

Balsa-

INDEX AUTORUM.

Basnagii (Jac.) <i>Diff. historica de Duellis & ordinibus equestribus.</i>	212
Buderi (Chr. Gottlieb) <i>Vita Clariss. Frstorum.</i>	413
Bulfrodii (Rich.) <i>Commentarii in regimen Caroli I & II Reg. Angl.</i>	329
Eccardi (Jo. Georg.) <i>Historia Geneal. Princip. Saxonia &c.</i>	97
Echard (Jac.) <i>vide Quetif.</i>	
Facciolati (Jac.) <i>Vita Georgii Card. Cornolii.</i>	512
Grævii (Jo. Georgii) <i>Theſaurus Antiq. & Hist. Italia a P. Burmanno continuatus. Tomus IV & V.</i>	187
Hueberi (Philiberti) <i>Austria ex Archivis Mellicensibus illustrata.</i>	283
Josephi (Flavii) <i>Opera, ex Ed. Jo. Hudsonii.</i>	235
Leporini (Christ. Polyc.) <i>Vita eruditorum ab initio A. 1719 in Germania denatorum. Pars V. VI. VII. IIX.</i>	272
A Ludewig (Jo. Petri) <i>Reliquiæ MStorum omnis ævi diplomatum & monumentorum. Tomus IV.</i>	350
Le Neve (Jo.) <i>Vita Episcoporum Eccl. Anglic.</i>	109
Payne (S.) <i>Vita Richardi Cumberlandi.</i>	532
Quetif (Jac.) & Jac. Echardi <i>Scriptores Ordinis Predicatorum. Tomus II.</i>	474
Sanchoniathonis <i>Historia Phœnicia cum not. R. Cumberland.</i>	524
A Seelen (Jo. Henr.) <i>Athenarum Lubecensium Pars IV.</i>	499
Sommeri (Frid. Wilb.) <i>Regnum Vannianum.</i>	560
<i>Lemmata historica ad Ducatum & urbem Uratislaviensem.</i>	560
Sprotti (Thoma) <i>Chronica ex Ed. Th. Hearne.</i>	107
Steni Bregensis <i>descriptio Silesia, imprimis Uratislavia.</i>	560
De la Torre <i>Historia arcana aularum Europa a primo tractatu partitionis Hisp. ad secundum. Tomus I.</i>	385
Triveti (Nic.) <i>Annales sex Regum Anglia.</i>	105
Vertot <i>de sede Britonum inter Gallos stabilita.</i>	115
De Waldkirch (Jo. Rud.) <i>Introductio in Historiam status & fœderum Helvetia.</i>	136
Wallin (Georgii) <i>Lutetia erudita.</i>	569
Zeltneri (Gust. Ge.) <i>Vita Theologorum Alterfiorum.</i>	455

VI. Libri

INDEX AUTORUM.

VI. Libri Miscellanei.

A iasworth (R.) <i>Monumenta Vesustatis Kampiana.</i>	54
Altilii (Gabr.) <i>Epithalamium.</i>	130
Bayeri (Theoph. Sigfr.) <i>Comm. de nummis Romanis in agro Pruf- fico reportis.</i>	565
<i>Epistola de Theophrasti, Delii Praefidis, monumento.</i>	565
Boldetti (Marc. Aut.) <i>Observationes in Cameteria SS. Marty- rum & Veterum Christian. Romae.</i>	513
A Briga (Melch) <i>Fascia Isaca Statua Capitolina explicata.</i>	537
Camariotz (Matthaei) <i>Orationes II in Plethonem de Faso.</i>	274
Caryophili (Blasii) <i>Dissertat. Miscellanearum Pars I.</i>	244
Chishull (Edmundi) <i>Comm. in Inscriptionem Sigeam BouzgoPa- doy exarata.</i>	58
Ciceronis (M. T.) <i>Epistolarum ad diversos editio nova. Gottlieb Cortii.</i>	270
<i>de officiis Libri III, ex ed. Joach. Meieri.</i>	496
Clarke (Jo.) <i>Disquisitio de causa & origine mali.</i>	346
Clodii (Jo. Christian.) <i>Consilium de nova Bibliotheca Orientali edenda.</i>	281
Cortii (Gottlieb) <i>Additam. ad recensionem Editionis Horatii per A. Cusingam.</i>	381
La Croze (Maturini Veyssiere) <i>Epistola de libris MSptis haud procul mari Caspio reportis.</i>	414
<i>Elementa lingua Tangutica.</i>	417
Cusingami (Alex.) <i>Animadv. in R. Bensleji Notas & Emendat. ad Horatium.</i>	377
Denores (Jafonsi) <i>Institutio in Ciceronis Philosophiam.</i>	496
Eccardi (Jo. Ge.) <i>Epistola de nummis quibusdam explicatu diffi- ciliores.</i>	65
<i>Exercitationum subsecivarum Francofurtensium Tomus III. Sectio II.</i>	446
Fascitelli (Honorati) <i>Poemata.</i>	130
Hassen (Martini) <i>Synopsis Scientia de Prudentia Morali.</i>	40

Eccc

Haym

INDEX AUTORUM.

Hhym (Nic. Franc.) <i>Thesauri Britannici Vol. I. Pars I.</i>	49
	Pars II. 240
Heumannii (Christoph. Aug.) <i>Anthologia Latina.</i>	79
<i>Poësis, seu Epistolæ Miscellæ & Dissertationes variis argu-</i>	
<i>menti.</i>	497
Q. Horatii Flacci <i>Pœmata, ex ed. Alex. Cuperi & amii.</i>	377
Huetii (Petri Dan.) <i>Cogitationes varia, seu Fluctiana.</i>	462
Kappii (Jo. Eucharidi) <i>Clariff. Virorum Orationes selectæ.</i>	230
Kederi (Nic.) <i>Memnus aureus Orbium exhibens.</i>	372
Lactantii (L. Cæcili Firmi) <i>Symposium, ex ed. C. A. Heumannii.</i>	312
Mauracordet (Jo. Nic.) <i>liber de Officiis, Gr. & Lat.</i>	331
Obrechtii (Ulr.) <i>Schœdiasma in Somnium Scipionis;</i>	496
Pezii (Bernardi) <i>Thesaurus Anecdotorum Novissimus.</i>	I
Rachabii (Sam.) <i>Comm. in Officia Cæcorensis.</i>	496
Reusch (Eucharidi) <i>Capita Deorum &c. in gemmis Ebermayerianis</i>	
<i>illustrata.</i>	62
Sannazarii (Aëtii Synceri) <i>Pœmata.</i>	130
Trappii (Josephi) <i>Prælectiones Poeticæ. Volumen III.</i>	126
Vitriarius (M. J.) <i>de statu animæ separata post mortem.</i>	393
Wolfii (Chr.) <i>Meditationes politicae de Societate humana & de</i>	
<i>Republ.</i>	36
Wolfii (Jo. Christoph.) <i>Bibliotheca Hebræa Pars II.</i>	194
<i>Anecdota Græca Sacra & Profana. Tomus I & II.</i>	554

INDEX RERUM

NOTABILIORUM

in hoc Volumine obviarum.

A bbreviatorum	<i>Societas</i>	Academia Politicæ & Status
	<i>num olim fuerit in Italia?</i>	<i>Parisiis fundata.</i>
	193	570
Abdominis vulnus absolute le-		Academiarum cura.
<i>thale.</i>		Aciditæoria.
	361	85.86
		Acta Eruditorum contra Mich.
		Lequien

INDEX RERUM.

<i>Lequien & Dominicanos vindicata.</i>	481. sq.	<i>In Aëres venenatae.</i>	316
<i>Actii nomen unde petierit San- nazarius?</i>	131	<i>Aerometri descriptio.</i>	35
<i>Adamus ut vocetur Sanbonia- thoni?</i>	528	<i>Æschylus conciliatus.</i>	206
<i>Adami Munimuthensis Chroni- con promissum.</i>	107	<i>Æsculapius Rubria genti cul- tus.</i>	67
<i>Adelmannus num idem ac Ale- mannus?</i>	491	<i>Ælius marini hypothefis Newto- niana.</i>	23
<i>quando vixerit?</i>	490 sq.	<i>Ætas aurea, argentea, ænea, fer- rea, quænam S. Scripturæ & Ovidio?</i>	209
<i>num Germanus?</i>	491	<i>Ætheris gyratio unde?</i>	538
<i>Emilius (Th. Badia) Confilii de emend. Eccles. autor.</i>	478	<i>Agnus paschalis an per domos occisus in Fefte Pasch.</i>	487
<i>Æolipilz.</i>	20	<i>Ainsworth (R.) laudatus.</i>	54
<i>Æolipilarum phenomena.</i>	35	<i>Albedo unde oriatur?</i>	86
<i>Æquitas in quo consistat?</i>	43	<i>Albericus (Jo.) Ant. Woodio ad Athenas Ox. opem tulit.</i>	550
<i>naturalis quatenus in Rep. attendenda?</i>	39	<i>Monast. Angl. auxit.</i>	550
<i>Aer in corporibus delitescit. ut vi spiritus vini evacue- tur?</i>	34	<i>Albertinus laudatus.</i>	78
<i>in oculis ut incurrat?</i>	439	<i>Alexipharmacus pulvis Bellin- geri.</i>	92
<i>Aeris gravitas novo experimen- to probata.</i>	32.32	<i>Allodia a Vet. Germanis ven- dita.</i>	351
<i>specifica determi- nata.</i>	34	<i>Alphonfus X. R. Cast. notatus.</i>	347
<i>elasticitas stabilita.</i>	33	<i>Altaria, Martyrum sepulcra & Martyria & confessiones dicta.</i>	515
<i>per aquam depreffi subti- litas.</i>	36	<i>Althoferi (Christoph.) vita.</i>	459
<i>existentia & proprietates.</i>	81 sq.	<i>Altilii (Gabr.) Epistalamium.</i>	131
<i>gravitatem Aristoteles a- guovit.</i>	539	<i>Amnites Polonia.</i>	12
<i>compressi effectus singula- ris.</i>	436	<i>De Amoso Propbeta varia.</i>	310
		<i>Anathema Maharadata quid?</i>	426

INDEX KERUM.

<i>Antium ferarum magna copia</i>	<i>Corpus promissum.</i>	497
<i>in Volhynia.</i>	<i>Apocalypica Analysis.</i>	95
<i>Anglia censu Pontifici obnoxia.</i>	<i>Clavis.</i>	303
106	<i>Apocryphi libri cur vulgandi?</i>	569
<i>Angliæ Reges ut dominatum</i>	<i>Apostasiz pena.</i>	428
<i>Pontifici admisserint? 422sq.</i>	<i>Aqua cur non super eadem aeris</i>	
<i>In Anglia valida adhuc Pon-</i>	<i>quantitate imprægnetur? 322</i>	
<i>tif. Constitutiones.</i>	<i>marina cur salsa? 539</i>	
<i>Anglicæ Ecclesiæ facies.</i>	<i>materia primæva Telluris.</i>	263
73		
<i>errores qui &</i>		
<i>quando orti? 422</i>		
<i>Angulorum sectio promotæ.</i>	<i>Aquæ gravitas absoluta.</i>	32
362	<i>vi caloris expansio illa-</i>	
<i>Anhaltinæ originis.</i>	<i>strata.</i>	36
100	<i>proprietas.</i>	82
<i>Anima ut corpori unita? 42</i>	<i>theoria.</i>	84-539
<i>mundi universalis de-</i>	<i>pluvialis quantitas ut ob-</i>	
<i>fensa.</i>	<i>servetur? 438</i>	
321	<i>plurimum</i>	
<i>Animæ separata post mortem</i>	<i>annorum.</i>	227
<i>status.</i>	<i>Per Aquam veritatem proban-</i>	
393	<i>di ratio.</i>	216
<i>Animæ præexistens.</i>	<i>Aquarum motus ab ære.</i>	82
394	<i>Martialium Olanicem-</i>	
<i>Animalium in vacuo phenome-</i>	<i>sum ingredientia.</i>	441
<i>na.</i>	<i>Aquearum particularum figu-</i>	
83	<i>ra.</i>	84-538 sq.
<i>Animalcula spermatica defensa.</i>	<i>Aquilo Ovidii, persecutio Labe-</i>	
321	<i>ni.</i>	209
<i>Annus Viterb. (Jo.) accusatus</i>	<i>Arbitrium Numinis quantum</i>	
<i>& defensus.</i>	<i>valeat in universo? 348-349</i>	
474	<i>Arborum tracheæ.</i>	24
<i>Antiquitatis contemptus, seculi</i>	<i>Archimedeum vitrum.</i>	265
<i>depravati indicium.</i>	<i>Architecti Florentini illustris.</i>	553
463		
<i>Antlia pneumatica levi sumtu</i>	<i>Arcuum sectio promotæ.</i>	362
<i>paranda.</i>		
34	<i>Argentî</i>	
<i>Antliæ pneumaticæ novus me-</i>		
<i>chanismus.</i>		
264.265		
<i>Antonini (M. Aur.) nummi cur</i>		
<i>frequentissimi in Prussia? 566</i>		
<i>Apanagiati Ducum filii olim</i>		
<i>non Principes.</i>		
352		
<i>Apanagii & Paragii Juris</i>		

INDEX RERUM.

Argenti puri vena in Corylo. 12	Athei refutati. 297
D ^o Argentre (Bertramus) refutati. 116	Atheismi caufe. 298
Arianorum errores quinam? 392	Atrophia mortui anatome. 444
Aristotelis Ethica notata. 41	Attagenarum magna copia in Polonia & Lithuania. 15
Arithmetica facra. 371	Attractio univerfalis impugna- ta. 319
Arithmetice literalis ufus. 371	Attractionis magnetica caufa. 540
Arlunus (Bernardinus) de Bello Veneto editus. 191	Augustinus (Ant.) notatus. 57
Armorica unde dicta? 117	Avis Nivalis. 16
Arnica vera ufus. 446	S. Remigii. 16
Ex Arnica vera ufu hamoptoe. 445	Austria ex Archivis Mellicenf. illustrata. 283
Arnulphi Mif. Mediol. recufa. 189	Austriæ heres olim femina. 352
Arce experimentandi delineata. 81	Ab Austria (Joannis) sub Carolo II R. Hifp. molimina. 328
Ex Arsenico haufto mors. 388sq.	Auftriaci Juris Codex editus. 351
Arthritis vaga cur lethalis? 444	Avtodidacti. 273
Artium manuarum cura. 38	B ælius (Petr.) notatus. 295. 298
Arvalis nomen pro Arvalo repetitum. 192	Bagliviani systematis inventor est Pacchionus. 543
Arcia cur olim feptulcris incifa? 517	Baieri (Jo. Guil.) vita. 461
Asclepius cur atus. 444	Bamberga quo titulp Cunigunda donata? 432
De Asclepiadis Prufienfis icone Diff. 247	Barnabæ Evangelium explofivum. 493
De Afle & partibus Diff. 57	Barometri inventor. 436
Aftræa Ovidii, Eftber. 209	fructura & ufus. 436
Aftrologia nova Kepleri. 371	Barthias (Casp.) vindicatus. 486. 487
Aftrologiæ judiciaria vanitas. 371	De S. Basilii Operum genuinitate difquifita. 472 ff.
Athages an Darius? 205	Bed-
Afylius Legatorum adibus notatus. 509	
Eccc 3	

INDEX RERUM

Bodfordiæ vitæ ac status.	535	<i>summa differat?</i>	42
Belcarius (Franc.) graviter notatus.	463	Boslu laudatus.	129
Bellarminus refutatus.	278. sq.	Bostoni (Jo.) Speculum Cambi- tarum promissum.	107
Belli jura.	40	Boves copiosi in Russia & Podo- lia.	15
Belus idem ac Phat.	529	Boutanenſis ſcribendi chara- cter.	416
Bembi (Pctri) Hiſt. Veneta re- cuſa.	291	Braccæ a quo inventa?	108
Benivoli nomen.	486	Branchu (Baſch.) Obſerv. ad Jus Rom. illuſtrata.	248 ſq.
Bentlejus (Rich.) notatus & re- futatus.	377. ſq.	Britannia Minor Gallicis Regi- bus ſubjecta.	116
Benzelii (Erici) promiſſa.	357	<i>unde dicta?</i>	117
S. Bernardi zelus injuſtus.	293	Britanniæ Magne topographia nova.	534 ſq.
Bernardus (Eduardus) lauda- tus.	463	Britannicus Theſaurus novus.	49
Bernoulli (Nic.) refutatus.	448	Brixianarum ſeminarum ma- gnificentiæ.	489
(Job.) notatus.	322	Buderi (Chr. Gottlieb.) promiſſa.	414
Berolinienſium morborum hi- ſtoria.	443	Bullarum viſ ingens.	266
Berwick (Jo.) viſa.	547	Buzicus quid notet?	98-103
Betulæ ramus in gleba ſalis.	11	Bzovius (Abr.) qua re provoca- verit G. Herwartum?	480
Bibliorariæ editiones variæ.	196	<i>Ordinis ſui præconi- mius.</i>	480
Bibliotheca Orient. nova pro- miſſa.	281		
<i>Hebræa nova.</i>	194		
Billii (Jac.) Nota Crit. in Greg. Naz. illuſtrata & notata.			
	F 33		
Le Blanc laudatus.	78	De C Abbata Diſſertatio.	200.
Blondus (Flav.) multa quam vera ſcribere maluit.	491.		ſq.
Blondi (Fl.) lib. de origine & geſtis Venet. recuſus.	190. ſq.	Cadaveris virilis ſingularia.	448
Boi vini Ode Anacreontica edita.	571	Cadaverum cruentatio.	17
		<i>ſpectra.</i>	17
Bonum ſummum ut a ſolèitate		De Cajetano (Th. de Via) varia.	476
			Cai-

INDEX RERUM.

Cainanis nomen unde in geneal. Patriarch. apud Lucam irrepserit?	46	Etus?	480
Cainus quo nomine veniat apud Sanchoniatbonem.	528	Campestris (Lamb.) an ediderit Colloquia Erasmi?	476
Calamus Alexandrinus unde Celso dictus?	245	Cancellarii Germania & aula diversif.	352
Calce obductorum parietum exhalationes noxia.	317	Cancrorum magnus proventus in Polonia.	14
De Calculo tractatus.	221	Candelæ sebacea extincta fetor noxius.	317
Calculo mortui anatomis.	444	Canis (Melch.) & Barth. de Carranza amulatio.	479
Calculus humanus dissolvi potest.	223	Canonis Biblici constitutio.	453
Calicis Eucharistici mixtura olim recepta.	337	Cantalupi (Nic.) Hist. de antiqu. Univ. Cantabr.	108
	non necessaria?	Capellanus (Jo.) cur tot autorum odii petitus?	464
	344. sq.	Capellani (Jo.) Puella Aurelian. defensa.	464
Caloris natura.	20	Capita duo inversa in nummis quid?	66
materia.	438	Ex Carbonibus ligneis exhalationes noxia.	317
productio.	ib.	Carolus I R. A. ab Henr. Vanio proditus.	330
quantum imbibant corpora?	434	Carolus II R. H. simulator eximius.	328. sq.
Calorem experimentandi instrumenta.	438	ejus character.	386
Camariotæ (Matsb.) ætas.	274	De Carolo I R. A. omina sinistra.	552
virtutes & vitia.	274	Carpiones magni.	14
Camdeni (Guil.) Annal. Elis. nova ed. quanti Anglis veniat?	107	De Carranza (Barth.) Melch. Canis amulus.	479
Camera obscura.	82	defensus.	ib.
Camini veterum.	271	Cartesii inventa palmaria in physicis.	539
constructio singularis.	226. 264		
Campanella (Th.) ab Atbeismi crimine liberatus.	480		
cur in carcerem conje-			

Cary.

INDEX RERUM.

Caryophili (<i>Blasi</i>) <i>promissa.</i>	Chymia <i>Geometrica explicata.</i>
247 sq.	83
Castitas <i>explicata.</i>	Cisneri (<i>Nic.</i>) <i>vita edita.</i>
37	414
Cave (<i>Guis.</i>) <i>notatus.</i>	Civium <i>numerus ut augendus?</i>
135	38
Celinus <i>Ovidii, Elavus.</i>	officia.
210	40
Cellarii (<i>Christoph.</i>) <i>Diff. de</i> <i>genuina Josephi de Herodi-</i> <i>bis hist. recusa.</i>	Clacii (<i>Georg</i>) <i>Observat. Cbir.</i> <i>Practica sunt Collegium</i> <i>Stablianum.</i>
240	445
Celsitudinis <i>titulum quibus</i> <i>concedant Angli?</i>	Clementis <i>ad Cor. Epistola ge-</i> <i>nuina.</i>
329	46
Centri <i>oscillationis inventio-</i> <i>nem sibi vindicat Taylor.</i>	Clericus (<i>Jo.</i>) <i>notatus.</i>
452	219. 220
Cerevisie <i>Regio- Lotbariensis</i> <i>nomen & virtutes.</i>	Clerici <i>cedes qua pena olim</i> <i>vindicata?</i>
545	106
De Cermenate (<i>Jo.</i>) <i>Hist. Me-</i> <i>diol. recusa.</i>	Coccejus <i>Theol. laudatus.</i>
189	301
Cervus <i>collum reclinans salta-</i> <i>tionis satyrica symbolum</i> <i>in nummis.</i>	Codices <i>antiqui recensiti.</i>
242	2. ff.
Ceteji <i>sunt Pergament.</i>	De <i>Codicum Hebraic. antiqui-</i> <i>tate & bonitate Diff.</i>
64	196
Chaucerus <i>cum Virgilio aut</i> <i>Homero an comparandus?</i>	Cœci <i>eruditi.</i>
130	498
Chirothecis <i>quibus indui debe-</i> <i>ant, quæ reliquias populo</i> <i>ostendunt?</i>	colores <i>distinguentes.</i>
300	17
Christi <i>missio divina probata.</i>	Cœlius <i>Rhodig. illustratus.</i>
295	134
<i>divinitas probata.</i>	Cœmeteria <i>Martyrum & Vet.</i> <i>Christi. illustrata.</i>
392	513. sq.
<i>incarnatio quo scbema-</i> <i>te olim adumbrata?</i>	S. Cœnæ <i>substantialia que-</i> <i>nam?</i>
487	344
De Christo <i>testimonium Jose-</i> <i>phi an genuinum?</i>	<i>institutionis verba nova</i> <i>ratione explicata.</i>
238	506
Christocraticum <i>in Eccl. regi-</i> <i>men probatum.</i>	In S. Cœna <i>precum ad Deum</i> <i>pro Spir. S. necessitas asserta.</i>
453	277. 337
	Collinius (<i>Ant.</i>) <i>autor libri de</i> <i>libert. cogit.</i>
	495
	Colores <i>unde ortum trahant?</i>
	22

Colorum

INDEX RERUM.

Colorum experimenta.	435	gravior.	35
De Coloribus regula.	86	Cornelii (Georg.) Card. & Episc.	
Commodi Imp. nummus explicatus.	344	Patavini vita.	512
Comœdiæ argumentum quod?	128	Corpora electiva que dicantur?	20
recentiorum præ anti-		Corporum regularium dimensio.	230
qua præstantia.	128	Cortii (Gottlieb) in Epist. fam. Ciceronis merita.	270
Gallorum defectus,	128	In Corylo argenti puri vena.	12
usus in Rep.	39	A Colla (Jans) vita edita.	414
Concionandi methodus nova.	67	Coltz tredecim in sinistro pectoris latere.	444
Concubinæ que dicta tempore Caroli M.	431	De Cracovitio fabula.	498
Conglaciationis phenomena.	408	Craffi (Nic.) liber de forma Reip. Ven. recusus.	190
Conjugii definitio.	37	Elogia Patritior. Ven.	
& sponsalium jura.	37	recusa.	191
Conjugum officia.	37	Vita.	193 sq.
Conringii (Henr.) cum Tabore controversia.	414	Crellius (Nic.) cur capite damnatus?	48
Conscientiæ examen commentatum.	71	Crinesii (Christoph.) vita.	458
Constantini M. laudes & nevi.	454	Cromwelli in Cantabrig. furor.	548
cura in corporibus Sanctorum servandis.	522	La Croze (Matur. Veiff.) laudatus.	559
Contareni (Casp.) liber de Rep. Venet. recusus.	190	Crugerii (Pancratii) de re persecutionis causa.	499 sq.
Contraria principia num dantur in universo?	347	Crypta subterranea in Podolia.	12
Convulsio ex delirio periodico hyperico curata.	443	Cujacius illustratus.	255, 256
Corasii (Jo.) vita edita.	414	Cultus divini cura ut instituta?	38
Cordis Thuri os.	15	Cumberlandi (Rich.) odium erga Papatum.	524
Corii materia aqua specificæ			

Ffff

Cum:

INDEX RERUM

Cumberlandi (Rieb.) <i>vita, character & scripta.</i>	532 ff.	Diarium Verodunense <i>comendatum.</i>	571
Cuningamus (Alex.) <i>notatus.</i>	382 ff.	De Diebus Mensium fatalibus <i>carmen vetustum,</i>	551
Curfu <i>veloces sunt monticola circa Cracoviam.</i>	16	Dii tutelares <i>ventriculis conditi.</i>	58
Curva <i>meta secundum axem & se mutuo constantur ad angulos rectos secantes.</i>	396	S. Dionysii <i>Abbatia quando condita?</i>	286
Curvarum <i>descriptio universalis.</i>	323 ff.	<i>Abbatia status corruptus olim unde?</i>	287 sq.
<i>secundi generis numerus demonstratus.</i>	324	Diplomatam <i>Mellicens. collectio.</i>	283 ff.
<i>algebraicarum descriptio per data puncta.</i>	326	Disciplina <i>Eccl. per omnia secula qualis fuerit?</i>	425 ff.
Cyrensiarum. <i>nummus explicatus.</i>	344	Divinum <i>in disciplinis Mathematicis.</i>	371
Dacerius <i>notatus.</i>	129	Dominicanorum <i>calumniarum evadens.</i>	481 sq.
Dallarius <i>laudatus.</i>	78	<i>illustrium vita.</i>	474 ff.
De Daniele <i>Propb. varia.</i>	309	Dominicanum <i>Gynecaeum.</i>	481
De Dario <i>Medo Dissertatio.</i>	201 ff.	Dominorum <i>officia.</i>	37
Dartis (Jo.) <i>vita edita.</i>	414	Domus <i>status.</i>	37
Denores (Jo.) <i>vita edita.</i>	496	Donelli (Hug.) <i>vita edita.</i>	414
Denitates <i>Planetarum.</i>	23	Dortous de Meyran <i>notatus.</i>	320
Deistae <i>refutati.</i>	297	Dotalitii <i>origo.</i>	430. sq.
Dei <i>simplicitas e ratione demonstrata.</i>	391	Drama <i>ut cum Epico carmine conveniat?</i>	127. 129
<i>unitas probata.</i>	392	De Druy. <i>liber contra duella laudatus.</i>	217
Deorum <i>capita in gemmis.</i>	62	Duckstein <i>undo dictum?</i>	545
Defiderii R. <i>Longob. Stemma.</i>	101	Duella <i>quibus de causis olim instituta?</i>	212. 215
Deubelii (Jo.) <i>vita.</i>	457	<i>Principum.</i>	213
Devisus <i>autor libri Mercure Galant.</i>	495	<i>a Pontifice & Concilio probata.</i>	213. 215
			Duello.

INDEX RERUM

Duellorum <i>regula.</i>	215	Elasticitas <i>aeris simplicissimi</i>	
<i>usus.</i>	213	<i>experimento probata.</i>	33
Duellis <i>num Deus praesit?</i>	213	Electricitas <i>vitri experimentis</i>	
<i>quinam exempti fuerint?</i>	215	<i>comprobata.</i>	20
De Duellis <i>Tractatus.</i>	211. ff.	Electricitatis <i>notio.</i>	20
Dupinius <i>notatus.</i>	287. 486. 487	Elementa <i>rerum materialium</i>	
Durrîi (Jo. Comr.) <i>vita.</i>	460	<i>qualia sint?</i>	349
In Dysenteria <i>intestinorum ex-</i>		<i>ex bullulis constant.</i>	266
<i>crefcentia verrucoso - cristo-</i>		<i>qua & quot?</i>	538
<i>sa.</i>	445	<i>Aristotelica quatenus</i>	
Ebionaei <i>a Nazaraeis diversi.</i>	493	<i>locum habeant?</i>	538
Ecclesia <i>num possit errare?</i>	77 sq.	<i>Cartesiana quatenus</i>	
Ecclesiae <i>primitiva unitas in</i>		<i>admittenda?</i>	538
<i>quo consistat?</i>	424	Engelberti <i>Abbatis atas.</i>	5
<i>caput visibile non neces-</i>		Epicuri <i>carmen ut cum drama-</i>	
<i>sarium.</i>	425	<i>te conveniat?</i>	127. 129
<i>per omnia saecula disci-</i>		Epicuri <i>carminis objectum quod?</i>	129
<i>plina.</i>	425. ff.	De Epico <i>carmino Diss.</i>	129
<i>emendatio pridem desi-</i>		Epicuri <i>nummus explicatus.</i>	343
<i>derata,</i>	478	Epicurum <i>refutati.</i>	297
Ecclesiastica <i>Historia nova.</i>	45.	Epicycloidum <i>Theoria promo-</i>	
71. 452		<i>ta.</i>	325
Ecujei, <i>vox Gall. unde dicta?</i>	463	Epigrammatis <i>definitio.</i>	79
Edictum <i>Praesidum illustratum.</i>	271	Epigrammatum <i>selectus novus.</i>	79
<i>Publicianum.</i>	447	De Epigrammaticis <i>judicia.</i>	79
Eduardi VI <i>R. A. Liturgia pri-</i>		Epiphanius <i>levitatis etc. accu-</i>	
<i>or.</i>	343	<i>satus.</i>	493
Educatio <i>liberorum quibus ab-</i>		Esatosthenis <i>Cyrenaei Canon e-</i>	
<i>soluatur partibus?</i>	37	<i>ditus.</i>	525
Elasticæ <i>vis aeris effectus.</i>	34	Eruditorum <i>vita.</i>	272
		Esavus, <i>Celtæ Ovidii.</i>	210
		Esprits <i>forts quinam?</i>	298
		Esliber, <i>Abraa Ovidii.</i>	209
		Ffff 2	Ethica

INDEX RERUM.

<i>Ethica ut a Jure Nat. & Mora-</i>	<i>nione pendat?</i>	213
<i>li doctrina differat?</i>	41	Experimenti definitio. 41
<i>Aristotelis notata. ib.</i>		Experimentosum fines. 31.32
<i>Etymologici Germanici spe-</i>		<i>ad hist. nat.</i>
<i>cimen.</i>	498	<i>usus.</i>
<i>Eva ut dicatur apud Sanaboni-</i>		83
<i>asbonem?</i>	528	Experimentandi enchirifes ubi
<i>Evangeliorum Codex MS.</i>		<i>descripta?</i>
<i>Brix. laudatus.</i>	487	33.34
<i>Evaporatio per diem quanti-</i>		<i>ars delinea-</i>
<i>tas.</i>	438	<i>ta.</i>
<i>Eucharistiae consecratio num</i>		81
<i> sola recitatione verborum</i>		Explicit, vox in fine Codd. quid?
<i> institutionis absolvasur?</i>	278	464
<i>sq. 336 sq.</i>		
<i>De Eucharistia. vet. solemnibus</i>		F abrieli (J. A.) <i>judicium de</i>
<i> restituentis libri Anglici.</i>	334	<i>Josepho.</i>
<i>sq. 336 sq.</i>		139
<i>De Eucharistia ut panis & vi-</i>		(Jo.) <i>vita.</i>
<i> num mutentur in C. & S. C.</i>	279. 338	459. 460
<i>Oratio. Domin. necessa-</i>		Facius (Barth.) <i>de bello Ven.</i>
<i>ria.</i>	339	<i>Clod. recusat.</i>
<i>realis presentia asser-</i>		191
<i>ta.</i>	341	Faderphium <i>quid?</i>
<i>Eunomii liber apologeticus edi-</i>		431
<i>tus.</i>	473	Fanshaw (Rich.) <i>Epistola com-</i>
<i>Eusebii Rom. vero nomine J.</i>		<i>mendata.</i>
<i>Mabillon.</i>	514	327
<i>Excommunicatio qualis &</i>		Falcitelli (Honorati) <i>Carmina</i>
<i>quando olim facta?</i>	426	<i>edita.</i>
<i>Excommunicationis olim effe-</i>		131
<i>ctus.</i>	426	<i>De Fato sententia Plebonis re-</i>
<i>Excommunicationi quoniam</i>		<i>futata.</i>
<i>olim subjecti?</i>	427	275
<i>Exultatio an ab aliorum opi-</i>		<i>De Fatis collectanea.</i>
		550 sq.
		Faverollii (Fr.) <i>in edendo Basi-</i>
		<i>lio opera.</i>
		466
		Febris Miliaris <i>an Veteribus</i>
		<i>cognita?</i>
		273
		Femoris luxatio extrorsum &
		<i>sursum facta rara.</i>
		446
		Ferri fundendi <i>circumstantia.</i>
		223. 229
		Fibulae <i>quosuplex generis.</i>
		57
		Fichardi (Jo.) <i>vita edita.</i>
		414

Fical.

INDEX RERUM

<i>Ficalnea folia protoplastorum</i>		<i>Fridericus Austr. D. uxor ultima</i>	
<i>quid?</i>	209	<i>quanam?</i>	102
<i>Figura Planetarum spherica</i>		<i>Fridericus Barbarossa a Papa</i>	
<i>unde?</i>	23	<i>pedibus non conculcatus.</i>	192
<i>Filamenta Mariae quid?</i>	340	<i>Frigefactio ut fiat?</i>	438
<i>Fistularum in plantis diversif-</i>		<i>Frigoris patientissimi in Polo-</i>	
<i>tar.</i>	26.27	<i>nia.</i>	18
<i>Flamines qui?</i>	490	<i>Fulgur quid sit?</i>	541
<i>Flavedinis generis.</i>	86	<i>Fumi avertendi remedium.</i>	264
<i>Florentinorum ades illustres.</i>		<i>Fungorum comestorum noxa.</i>	
	553		317
<i>Florentis (Fr.) visa edita.</i>	414		
<i>Fluida calefacta in vacuo plus</i>		G <i>ale (Th.) laudatus.</i>	463
<i>acris emittunt.</i>	55	G <i>allosum humanitas lau-</i>	
<i>calore rarefunt.</i>	438	<i>data.</i>	571
<i>Fluidorum aequilibrium exami-</i>		<i>Gatti (Ant.) Hist. Gymn. Ticin.</i>	
<i>natum.</i>	32	<i>recusa.</i>	190
<i>materia in perpetuo</i>		<i>Gandenius (Jo.) num libri Icon</i>	
<i>motu.</i>	33	<i>Regia auctor?</i>	495.549 sq.
<i>pressio stabilita.</i>	ib.	<i>S. Gaudentii vita.</i>	483 sq.
<i>levissimum per gravit-</i>		<i>Gaudentii plures.</i>	483 sq.
<i>ora ascensus.</i>	36	<i>Gaufridi Monumeth. fides la-</i>	
<i>Feminae pauperes concubina</i>		<i>brica.</i>	116
<i>dicta.</i>	431	<i>Gelu mortui anatome.</i>	444
<i>Foliorum anatomia novis in-</i>		<i>Gemaricorum Doctorum cata-</i>	
<i>ventis locupletata.</i>	24	<i>logus.</i>	198
<i>rami ut ex petiolo ex-</i>		<i>Geminæ Ebermayoriana expli-</i>	
<i>orientantur?</i>	28.29	<i>cata.</i>	62
<i>pori detecti.</i>	30	<i>Generationis definitio.</i>	394
<i>materia aqua speci-</i>		<i>Genethliaca fundamenta A-</i>	
<i>fice gravior.</i>	31	<i>strologia eversa.</i>	371
<i>Fons salutaris in Palatinatu</i>		<i>Gentilium corpora num cum</i>	
<i>Cracov.</i>	13.	<i>Christianis permista?</i>	517 sq.
<i>Fontanini (Jussi) Diff. de Co-</i>		<i>Geometria promota.</i>	229
<i>rona terrea recusa.</i>	189	<i>Gigantes Ovidii, corrupti ante</i>	
<i>Fontium origo.</i>	540	<i>diluvium homines.</i>	209

INDEX RERUM.

De Gilberto Porretano <i>contra-</i> <i>versa.</i> 293	Gregorii Naz. <i>Orationum XVI</i> <i>Codex MS. laudatus.</i> 133 sq.
Glacieformatio. 320	Nysseni & Macrina <i>dialogus de anima & resur-</i> <i>rect. recusus.</i> 559
De Glandulis <i>Tractatus.</i> 257	Groti (<i>Aloyfi</i>) <i>vita.</i> 498
De Gog & Magog <i>Disquisitio.</i> 305	Gandling (<i>Nic. Hier.</i>) <i>lauda-</i> <i>tus.</i> 429
Gonorrhœæ <i>sedes.</i> 261	<i>notatus.</i> 496.497
Gothica <i>lingua Sec. IX Italis</i> <i>recepta.</i> 490	Gustus rerum (<i>spiritualium cir-</i> <i>cumstantia.</i> 448
Grabius (<i>Jo. Eyn.</i>) <i>Ecl. Angl.</i> <i>non prorsus addictus.</i> 281	Gynecium <i>Dominicanum.</i> 481
Græcæ voces <i>Latina civitate</i> <i>donata.</i> 488	De Habacuo <i>varia.</i> 311
Grammatica <i>methodus nova,</i> <i>persecutionis dira causa.</i> 499	Hackspan (<i>Theod.</i>) <i>vi-</i> <i>ta.</i> 459
De Grassis (<i>Paridis</i>) <i>promissa.</i> 282	Hæmoptoe <i>ex Arnica vera usu.</i> 445
Gravesandus <i>notatus.</i> 435	Hæretici <i>cur multiplicati?</i> 454
Gravidarum <i>variola ut tra-</i> <i>ctanda?</i> 92	<i>an puniendi?</i> 454
Gravitas aeris <i>novo experimen-</i> <i>to stabilita.</i> 32 sq.	<i>Contra Hæreticos leges in Cod.</i> <i>Theod. quare lata?</i> 426
<i>corporum diversa.</i> 82	De Haggæo <i>varia.</i> 311
<i>universalis impugnata.</i> 319	Hallii <i>merita in Josephum</i> <i>Hudsoni.</i> 239
Gravitatis <i>lex.</i> 23	<i>Von der Harde (Henr.) notatus.</i> 218. 219. 220
<i>causa mechanica num</i> <i>detur?</i> 319	Hartmannus, <i>Prof. Reginom.</i> <i>notatus.</i> 454
<i>causa.</i> 538	Hebræa <i>Bibliotheca nova.</i> 194
Gravium <i>calore ac frigore al-</i> <i>teratorum phenomena.</i> 82	<i>Ab Hebræis litera omnes deri-</i> <i>vata.</i> 61
<i>lapsus per experimen-</i> <i>ta examinatus.</i> 435	Hæctica <i>mortui anatom.</i> 444
Gregorius Naz. <i>cur sede pulsus?</i> 489	Hedeni (<i>Jo. Conr.</i>) <i>vita.</i> 460
	Hegesippus <i>an Nazareus?</i> 494

Helenium

INDEX RERUM

<i>Helonium sanum quodnam?</i>	<i>ptio.</i>	229
245	<i>De Hosea varia.</i>	310
<i>Helvetiorum Jus publ. novum.</i>	<i>De Hottingeri Bibl. Or. judi-</i>	
136	<i>um.</i>	282
<i>Henrici V Imp. iter Romam &</i>	<i>Hudsoni (Jo.) scripta,</i>	235
<i>tractatus cum Paschali II.</i>	<i>vita.</i>	244
289	<i>Huetii (P. D.) vita domus ed-</i>	
<i>De Herbelotii Bibl. Or. judi-</i>	<i>ta.</i>	462
<i>ctum.</i>	<i>amor in litteras.</i>	462
281	<i>commercia cum doctis.</i>	
<i>Hermaphroditicum monstrum.</i>		462
445	<i>Hydropspectoris.</i>	445
<i>Heumannii (C. A.) promissum.</i>	<i>Hydrope pericardii cum vena</i>	
498	<i>pulmonalis ruptura defun-</i>	
<i>Hibernia Anglis qua lege a</i>	<i>cti anatome.</i>	446
<i>Pont. permissa?</i>	<i>In Hydrope fucet Iridis nostr-</i>	
106	<i>is usus.</i>	446
<i>Pontifici censu obnoxia.</i>	<i>Hyems rigida A. 1709 in Polo-</i>	
106	<i>nia.</i>	17
<i>Hieroglyphica lintea cur mu-</i>	<i>Hygrometrorum genera &</i>	
<i>nis imposta?</i>	<i>fundamenta.</i>	438
55	<i>Hyetometria specimen.</i>	226
<i>Hieronymus accusatus.</i>	<i>Hygroscoptorum phenomena.</i>	
493		82-83
<i>Hirandinum bybernacula.</i>	<i>Ex Hyperico delirio periodico</i>	
16	<i>convulsio curata.</i>	443
<i>De Hispanica successione consilia</i>	<i>Hypothesium in physicis utili-</i>	
<i>Portocarreri Card. 385. sq.</i>	<i>tas defensa.</i>	319-320
<i>Historia Eccl. nova. 45. 71. 452</i>	<i>Hyssopus quid sit?</i>	247
<i>Hobbesianæ vita autor Jo. Au-</i>		
<i>brey.</i>	I <i>acobus Patriarcha, Jupiter</i>	
951	<i>Ovidii.</i>	210
<i>Hogostratus (Jac.) vindicatus.</i>	<i>De Jacobo I R. A. vaccinium.</i>	
478		552
<i>Homerus explicatus.</i>	<i>De Jacobo II R. A. presagium</i>	
64	<i>Caroli II.</i>	330
<i>Honoris falsi principia.</i>		62
212		
<i>Hornius refutatur.</i>		
489		
<i>Horologium tempus apprens</i>		
<i>indicant.</i>		
228		
<i>Horologii examinatorii de-</i>		
<i>scriptio.</i>		
228		
<i>repettorii descri-</i>		

INDEX RERUM.

In Jacobi II R. A. coronatione	Inflexio luminis.	292
omina sinistra.	Influxus Luna rejectus.	371
Jannotii (Donati) Orig. Venetæ	astrorum examinatus.	
recusa.		371
Japetus & Alia Ovidii, Abrahæ	Inscriptionis Sigea explicatio.	59
& Sarab.		210
Iconis Regiæ verus autor.	Inscriptionum legibus Digestorum	446
	premissarum utilitas.	
Icones Imp. in nummis Gr. cur	De Inscriptionibus sepulcr. vet.	447
aliter ac in Lat. representa-	Christ. tractatio.	519 sq.
ta?	Insectorum Angl. Historia na-	18
Idiosyncrasia singularis.	turalis.	
Idiololatricæ pena.	Instrumentum anaclassicum.	439
vox ut enuntianda?		439
De Jeremia varia.	uscinum no-	447
De Jelsaia varia.	vum.	
Ignis proprietates.	Interstitiales aqua figura.	84
omnibus corporibus conti-	Intestinatorum excrescentia ver-	445
netur.	rucofo-cristosa in dysenteria.	
in vacuo extinguitur.		445
facultates.	Investituraria hæresis investiga-	287. 288
ex clibano prorumpentis	ta.	
phenomena singularia.	De Joanne Papissa testimoni-	564
acre indiget.	um.	
sub concavo Luna ficti-	De Jobo ejusq; libro varia.	218
us.	De Joele varia.	310
gravitas asserta.	Jordani (Jac.) vita.	457
particularum figura.	Josephus Patriarcha, Phabus	
	Ovidii.	210
phenomena singularia.	Josephi, fabri lignarii, historia	
fatui causa.	apocrypha.	567 sq.
De Imitatione Christi libri ti-	Josephi Editionem qui frustra	
tulus unde?	tentarint?	235
Imperfectiones creaturarum	testimonium de Christo	
num sint mala?	num genuinum?	238
		De

INDEX RERUM.

<i>De Josephi Cbron. falsa Tr.</i>	108	<i>Juris naturalis principia.</i>	273
<i>De Josepho judicium J. A. Fabricii.</i>	239	<i>ab Ethica & doctrina morali differentia.</i>	41
<i>Jovii (Bern.) Hist. Novocom. recusa.</i>	189	<i>Justiniani (Bern.) Hist. Veneta recusa.</i>	190
<i>(Pauli) animus ingratus.</i>	192	K empisii (Th.) <i>liber de Imit. C. illustratus.</i>	498
<i>Iris Lunaris candidi coloris.</i>	18	<i>unde titulum acceperit?</i>	464
<i>Iridis natura explicata.</i>	541	<i>Keplerus (Jo.) Astrologia facta.</i>	371
<i>Hiaca fasciâ explicata.</i>	537	<i>De Keri & Ketib Dissertat.</i>	197
<i>Italix Histor. Thesaurus Grævianus continuatus.</i>	187	<i>Kirchmanni (Jo.) Epistola edita.</i>	500
<i>Judæi cur Christum non putaverint Messiam?</i>	296 ff.	<i>controversia Grammaticum Rhenio.</i>	500
<i>Judæorum readificandi Templi conatus irritus.</i>	73	<i>Kœnigii (Georgii) vita.</i>	457
<i>Judaicæ Historia Breviarium.</i>	295	<i>Κόμης ἐλέγχου formula gentilibus usitata.</i>	76
<i>Anti-Judaicorum scriptorum Catalogus.</i>	199	L abynitus <i>num nomen Regibus commune?</i>	203
<i>Judiciorum constitutio.</i>	40	<i>Lactantius dictus Cicero Christianus.</i>	312
<i>Judicum persona & officium. ib. imponit.</i>	108	<i>Lactantii patria & nomen.</i>	313
<i>Juno Ovidii, Lea.</i>	210	<i>Lactantium de Mort. Persæ emendationes.</i>	314
<i>Jupiter Ovidii, Jacobus.</i>	210	<i>Læxæ Mæstatis crimen.</i>	40
<i>Jareconsulti celebres. 413. 446 sq.</i>		<i>Lamecus, Lycaon Ovidii.</i>	209
<i>Theologi.</i>	273	<i>Lampe (F.A.) notatus.</i>	48
<i>Jaris gentium & civ. differentia.</i>	44	<i>Langii (Jo. Mich.) vita.</i>	461
<i>per semisæculum Professorum.</i>	273	<i>Lapides gentilium sepulcrales a Christianis adhibiti.</i>	520
<i>Austriaci Codex editus.</i>	351	<i>Lapidum genesis experientia confirmata.</i>	540
<i>naturalis extensio.</i>	39	Gggg	Lapi-

INDEX RERUM.

Lapidum generatio.	221	16 §. 4 ff. de hered. pet.	
Larva in dramate rejecta.	127		253
Laternæ magica phænomena.		11 §. 1 L. 13 pr. ff. d. t. 253	
	21. 82	§. 3 l. de in d. et. ib.	
	descriptio.	21	4 §. 1 L. 6 pr. ff. de L.
Latinæ linguæ usus cur pri-		Commis.	254
mum in sacra introductus?		§. 7 l. quibus ex caus.	
	503	man. non lic.	ib.
	cur hodie e	Nov. 119 c. 2.	255
sacris eliminandus?	503	5 §. 1 ff. de Constit. pec.	
Latinus (Latinus) notatus.	475		ibid.
Latonia Ovidii, Dina.	210	8 ff. de iudicis.	ibid.
Laurentius (Jo.) de desponf.		Legum civilium ratio.	39
maris Ven. recusatus.	191	necessitas.	ib.
Lea, Juno Ovidii.	210	differentia.	ib.
Lebus quoniam urbs fuerit?		custodia.	ib.
	447	De Legibus divinis posit. univ.	
Legati bona mobilia num possint		Dissert.	536
arresto affici?	509	Lelandi (Jo.) Itinerarium An-	
Legatorum adibus jus asyli ne-		glia, quanti veneat in An-	
gatum.	509	glia?	107
De Legatorum foro Dissert.		Lentium opticarum proprietate-	
	507 sq.	tes.	82
Legatum ad promovendum		Leonis Africani de Viris Ara-	
Physicam.	321	bia ill. libellus promissus.	282
Leges illustratae aut explicatae:		Lequien (Mich.) notatus.	481
L. 22 C. de fidejuss. &		Lethargo mortui Anatom.	444
mand.	248	Lex naturalis quid?	43
2. §. 2 ff. de hered.		Alimentaria.	271
Vend.	249	fundamentalis Reip.	38
45 ff. de usuris.	ib.	Libanii Epistole quaedam edita.	
1. l. de donat.	251		559
35 ff. de mort. caus. do-		Libido explicata.	37
nat.	252	De Libra Rom. disquisitio.	58
1 §. 6 ff. de postulando.		Ligna petresfacta.	11
	252		

Ligni

INDEX RERUM.

Ligni materia aqua <i>specifice</i> <i>gravior.</i>	35	Luminis <i>divergentis</i> <i>decremen-</i> <i>tum.</i>	82
Linteæ hieroglyphica cur mu- niis <i>imposita?</i>	55	<i>experimenta.</i>	439
Liturgiæ <i>usus.</i>	74	<i>quantitatem ut metiri</i> <i>liceat?</i>	439
Liturgiæ in Eucharistia <i>usitatarum Collectio nova.</i>	333 ff.	Lunæ <i>theoria ex causis physicis</i> <i>explicata.</i>	23
De Liturgiis <i>Diff.</i>	74 ff.	<i>densitas.</i>	ib.
Lobinovius <i>refutatus.</i>	116	Lutetia <i>Parisi. crudita.</i>	570 ff.
Lobkovitii cum Gremonvillio <i>lites.</i>	328	Lycaon <i>Ovidii, Lamecus.</i>	209
Longitudo maris per Lunam <i>observanda.</i>	267	Lymphæ in cerebro <i>usus.</i>	542
Lotharius II <i>cujus ope post Henr.</i> <i>V in Imp. electus?</i>	291	<i>conditio</i>	544
De Lotharii II <i>Imp. anima fa-</i> <i>bula.</i>	108 sq.	Lymphaticorum <i>vasorum in</i> <i>cerebro terminus.</i>	542
Lubecenses <i>Physici.</i>	273	Mabillonius (Jo.) <i>notatus.</i>	2. 519
<i>Scholarum Recto-</i> <i>res.</i>	273	Maccabæorum <i>libros Josephus</i> <i>non scripsit.</i>	238
Lubecensium <i>eruditorum vitæ.</i>	499 ff.	Machinarum <i>hydraulicarum</i> <i>descriptio.</i>	82
Lucius <i>piscis prægrandis.</i>	14	Maffæus (Scip.) <i>laudatus.</i>	211.
Aludewig (Jo. Petri) <i>pro-</i> <i>missa.</i>	353	Maffei (Scip.) <i>Ep. de fabula</i> <i>equ. ord. Constantini cur</i> <i>suppressa?</i>	490 214
Ludi <i>equestres in Conciliis da-</i> <i>mnati.</i>	214	Magistri <i>auctionum & publica-</i> <i>rum.</i>	271
Lumen a corporibus <i>attrabi-</i> <i>tur.</i>	20. 21	Magnès <i>cur ferrum attrahat?</i> <i>cur declinet?</i>	540 ib.
Luminis <i>attritu corporum pro-</i> <i>ductio.</i>	20	Magnetia <i>phenomena.</i>	83
<i>idea unde?</i>	ib.	Magneticæ <i>declinationis theo-</i> <i>ria Hallejana probata.</i>	540
<i>proprietas.</i>	20. 21	Majestas <i>summorum imperan-</i> <i>tium.</i>	39
<i>inflexio probata.</i>	ib.	G g g g 2	Maje-
<i>refractio?</i>	21. 82		
<i>reflexio.</i>	21. 82		

INDEX RERUM.

Majestatis <i>lese crimen.</i>	40	Materiæ <i>quantitas in universo</i>	
Maimburgius <i>notatus.</i>	290	<i>a mero Dei arbitrio pendet.</i>	348
De Malachia <i>varia.</i>	312	Mathematicæ <i>præceus scopus.</i>	83
Mali <i>causa & origo.</i>	346.347	<i>usus.</i>	96.509. fl.
Malorum <i>distinctio.</i>	347	<i>universalis no-</i>	
Manichæi <i>refutati.</i>	556	<i>tio.</i>	371
<i>admittunt N. Test. ib.</i>		<i>incomprehen-</i>	
Manometrum <i>novum Wolfii.</i>	436.437	<i>billa.</i>	371
Monometri <i>inventor, structu-</i>		Ad Mathematicam <i>oratio.</i>	509
<i>ra & usus.</i>	436	In Mathematicis <i>divinum.</i>	371
Manfonus (Fr. Ramos) <i>refuta-</i>		Matrimonii <i>finis.</i>	37
<i>vit Reginz Chr. jura in</i>		Mattiazus Westmon. <i>Trivetum</i>	
Brab.	327	<i>exscripsit.</i>	105.
De Mansfeldica <i>tutela contro-</i>		Matthiæ (Cbristiani) <i>vita.</i>	457
<i>versa.</i>	118	Maurocordati (Alex.) <i>gesta &</i>	
Manuscripta <i>ad Mare Caspium</i>		<i>scripta.</i>	331. fl.
<i>reperta.</i>	375	(Nic.) <i>fata &</i>	
Marani (Guil.) <i>vita edita.</i>	414	<i>scripta.</i>	332 sq.
Marchia Saxonica <i>duplex.</i>	98	Medici <i>Theologi.</i>	273
Marci (Conr.) <i>vita.</i>	458	<i>ante annum 40 mortui.</i>	273
Margaritz <i>Polonica.</i>	12	<i>num interfit Matbcm.</i>	
Maris <i>longitudo per Lunam</i>		<i>tractare?</i>	510
<i>observanda.</i>	267	<i>cur a se invicem dissen-</i>	
Marmor <i>Polonicum.</i>	12	<i>tiant?</i>	446
Martinizii <i>consilia.</i>	388	Medicina <i>consultatoria.</i>	358
Martyrum <i>cæmeteria illustra-</i>		Medulla <i>in petiolis foliorum</i>	
<i>ta.</i>	513 fl.	<i>descripta.</i>	26,27
<i>reliquia ad templa</i>		Mehlthau <i>unde dicatur?</i>	318
<i>& altaria struenda neces-</i>		Meieri (Joach.) <i>promissum.</i>	497
<i>saria.</i>	515	Melchiledecus <i>idem qui Sche-</i>	
<i>ut olim cu-</i>		<i>mus.</i>	210
<i>rodita?</i>	518.519	A Mellen (Jac.) <i>promissa.</i>	501
De Masora <i>Dissertatio.</i>	196 sq.		
Materiæ <i>quantitas in planetis.</i>			
	23		

Melones

INDEX RERUM

Melones <i>perrefacti montis Carmel.</i>	439	Mictus <i>cruentus rarus.</i>	359
Membranz <i>in officam substantiam mutata.</i>	444	Miliaris <i>febris an veteribus cognita?</i>	273
Menes <i>quis?</i>	530	Milii <i>magnus proventus in Ukraina.</i>	13
De Menfium <i>fingulorum diebus fatalibus carmen vetustum.</i>	551	Millennium <i>quid in Apocalypfi?</i>	304 sq.
Menynx <i>dura humana examinata.</i>	541	Millepedarum <i>generatio fubpenda.</i>	321
<i>musculi vices</i>	544	Miltoni <i>poema epicum laudatum.</i>	130
<i>subit.</i>	544	Mingere <i>ad parietem, phrafi biblica vindicata.</i>	497
Menyngis <i>dura corpuscula glandulosa nova.</i>	544	Minifteriales <i>provinciae quae?</i>	351
De Mercaturis <i>veterum Diff.</i>	345	Miniftri <i>Eccl. officium.</i>	68 ff.
Mercure Galant <i>autor quis?</i>	495	Minium <i>Cappadocium unde dictum?</i>	246
Mercurius <i>in tenebris lucet.</i>	20.83	<i>Synopium unde dictum?</i>	ib.
<i>in barometro cur altitudinem variet?</i>	320	Minorellus <i>(Tb.) laudatur.</i>	247
<i>num femper celo fereno afcendat?</i>	436	Mifehnicorum <i>Doctorum Catalogus.</i>	198
Mercurii <i>gravisitas absoluta.</i>	32	Mifnenfiatn <i>Marchionum Orig.</i>	99
Merfeburg <i>vocis etymon.</i>	353	<i>fir-</i>	
Metallorum <i>genesis Cartef. probata.</i>	540	<i>pes varia.</i>	ib.
<i>mixtura aut mechanice fint cognofcenda?</i>	265	De Miffa <i>Diff. hiftorica.</i>	75
<i>transmutatio impoffibilis.</i>	540	Miffae <i>Ambros. Gelaf. Gregor. & Mez arabica fata.</i>	75. 76.
Metamorphofis <i>Ovidii cum Hift. S. comparata.</i>	208	Mocenici <i>(Andr.) Hift. belli Cameracenfes recufa.</i>	191
De Micha <i>varia.</i>	311	Mogulicæ <i>litera unde orta?</i>	415
Microfcopiorum <i>defcriptio. 11 phenomena.</i>	82	Monaflici <i>Anglicani Tomi novi.</i>	552
		Gggg 3	Mons

INDEX RERUM.

<p><i>Mons admirabilis in Palatinatu Cracov.</i> 13</p> <p><i>Monstrum acephalicum & hermaphroditicum.</i> 445</p> <p><i>Montfauconius (Bern.) notatus.</i> 61</p> <p><i>Montfauconii (Bern.) Diss. de veteri Literarum Hist. pro nuntiatione.</i> 198</p> <p><i>Montium in Suecia diversitas.</i> 263</p> <p style="padding-left: 100px;"><i>ortus.</i> ib.</p> <p><i>Moralis doctrina ut ab Eschica & Jure Nat. differat?</i> 41</p> <p><i>Morborum cura que gerenda?</i> 39</p> <p style="padding-left: 100px;"><i>contagiosorum causa.</i> 320</p> <p style="padding-left: 100px;"><i>ortus.</i> 350</p> <p style="padding-left: 100px;"><i>Berolinensium Historia.</i> 443</p> <p style="padding-left: 100px;"><i>causa.</i> 315</p> <p><i>A Morbis preservatio.</i> 315</p> <p><i>De Morgengaba tractatio.</i> 432</p> <p style="padding-left: 100px;"><i>fl.</i></p> <p><i>Morgengabæ titulo que transferantur vel minus?</i> 434</p> <p><i>Moræzi (Plessii) liber de ver. rel. Christi. rejectus.</i> 462 sq.</p> <p><i>Mortis definitio.</i> 394</p> <p style="padding-left: 100px;"><i>origo.</i> 350</p> <p><i>Mortui falso crediti.</i> 373</p> <p style="padding-left: 100px;"><i>cruditi extra patriam.</i> 273</p> <p><i>Super Mortuorum Indices Reflexiones.</i> 443</p>	<p><i>Pro Mortuis preces num efficaces?</i> 338</p> <p><i>Motus ellipticus planetarum unde oriatur?</i> 23</p> <p style="padding-left: 100px;"><i>principium.</i> 322.323</p> <p style="padding-left: 100px;"><i>corporum curvas datas in mediis quibuscunque describentium.</i> 326</p> <p style="padding-left: 100px;"><i>leges arbitrariae.</i> 348</p> <p style="padding-left: 100px;"><i>legum ratio.</i> 349.350</p> <p><i>Motuum caelestium causa physica.</i> 23</p> <p><i>Movendi potentia rebus cogitantibus inest.</i> 323</p> <p><i>Mumizæ Polonicae.</i> 17</p> <p><i>Mumiarum Kempianarum integritas.</i> 55</p> <p><i>Mundi aternitas a Cbeynae male probata.</i> 319</p> <p><i>Ex Mundi imperfectione difficultates orta tolluntur.</i> 349</p> <p><i>Muratorii (Lud. Ant.) de Corona ferrea Diss. recusa.</i> 189</p> <p><i>Myrrha Troglodytica Plinio incongrue dicta.</i> 245</p> <p>N<i>abuchodonosor idem ac Liborosoarchod.</i> 262</p> <p><i>De Nahumo varia.</i> 311</p> <p><i>Naturæ leges quid?</i> 43</p> <p><i>Naturalium rerum principia.</i> 83</p> <p><i>Navigiorum examen,</i> 270</p> <p><i>Nazaræorum historia.</i> 493 fl.</p> <p><i>Nero succini profusus.</i> 566</p> <p><i>Nestorianorum sedes ubi?</i> 341</p> <p><i>Le Neve (Jo.) scripta.</i> 110</p>
--	---

New-

INDEX RERUM.

<i>Newtonus (If.) notatus.</i>	318	<i>Nuptiæ olim emptione factæ.</i>	
<i>Newtoni (If.) inventa Physica</i>			429
<i>ubi explicentur?</i>	20	<i>Nurrius (Nic.) refutatus.</i>	314
<i>merita extolluntur.</i>		<i>Nyxus autor Hist. & defenſ.</i>	
	326	<i>Canonis.</i>	495
<i>Nitri theoria.</i>	86	<i>De Obadia varia.</i>	310
<i>proventus magnus in Po-</i>		O <i>bligatio civilis ut in-</i>	
<i>lontia.</i>	12	<i>ſtituenda?</i>	39
<i>Nobilium diverſa genera.</i>	351.	<i>Oculi ſtructura explicata.</i>	21
	352	<i>Oculorum vitia per remedia</i>	
<i>Nomina propria, etiam Deo-</i>		<i>optica corrigenda.</i>	21
<i>rum, Cbriftianis rotenta.</i>	521	<i>Olei theoria.</i>	86
<i>De Notariis obſervata.</i>	487	<i>Olonicenfium aquarum Mar-</i>	
<i>Notkeri Balbuli obituſ.</i>	58	<i>tialium ingredientiæ.</i>	441
<i>Nubes ut in guttas reſolvun-</i>		<i>De Ominibus collectanea.</i>	550
<i>tur?</i>	436	<i>Opacitas unde oriatur?</i>	25
<i>Nubium pondus ut determin-</i>		<i>Opera Muſica rejecta.</i>	127
<i>tur?</i>	438	<i>unde orta?</i>	ib.
<i>generatio.</i>	540	<i>Orationes variorum collectæ.</i>	
<i>libratio in ære unde?</i>			231 ff.
	540	<i>Ordo Conſtantinianus a quo re-</i>	
<i>Nuenarius (Herm.) an oratio-</i>		<i>vera inſtitutus?</i>	214
<i>nem habuerit coram Carolo</i>		<i>Ordinum equeſtrium origo ve-</i>	
<i>v?</i>	478	<i>ra & imaginaria.</i>	214
<i>Nummi explicati.</i>	53.57.61.	<i>Orientalis Bibliotheca promiſ-</i>	
	242. 372. 565 ff.	<i>ſa.</i>	281
<i>aurei num. S. C. ſub</i>		<i>Oropelanus Comes Auſtriaciſ</i>	
<i>Imp. cuſi?</i>	66	<i>favet.</i>	387
<i>Romani ut in Pruſſi-</i>		<i>Orthopnoea ex hydrope pectô-</i>	
<i>am delati?</i>	566	<i>riſ.</i>	445
<i>Nummorum in Anglia vario-</i>		<i>Oſcula oculorum.</i>	271
<i>rum Theſaurus novus.</i>	49	<i>Oſculum cum Morgengaba</i>	
<i>Nummos ſepulcris inferendi</i>		<i>conjunctum.</i>	434
<i>mor.</i>	566	<i>De Ottone IV Imp. moribundo</i>	
<i>Numus unde dictuſ?</i>	108	<i>prodigium ſuſpectum.</i>	106
<i>Nandina Romane.</i>	271	<i>Oudiauſ (Caſim.) notatuſ.</i>	558
		<i>Ovidii</i>	

INDEX RERUM.

Ovidii cum <i>Historia S. comparatio.</i>	209 ff.	Pax inter Pontif. & Protest. a quibus impedita?	463
Onigur quid?	415	Pearsonii (Jo.) <i>Epist. de falsa Josephi Chronologia.</i>	108
P acchonus <i>systematis Bagli-viani inventor.</i>	543	Pecunia unde dicta?	108
Palma in cœmeteriis <i>signum martyrii.</i>	518	Pelagianæ heresæe propagatio mira unde?	455
De Palz (Jo.) <i>Augustiniani immerito creptus.</i>	482	Perdicum copia in Pol. & Lith.	15
Paris <i>subcineritius videtur speusticus.</i>	487	Peregrinandi vox quid notet?	491
Papa cur Gallis in <i>successione Hisp. faventior?</i>	387	Peregrinationum <i>sacr. antiquitatis.</i>	489
cur <i>Austriaci infensor.</i>	388	In Peripnevmonia <i>diarrhœe salutaris.</i>	443
Papebrochius notatus.	519	Perraltus <i>refutatus.</i>	463
Paracelsi (Theoph.) <i>de thesauro in Russiâ detegendo vaticinium.</i>	376	Perronii <i>Card. character.</i>	462
Parrheliorum <i>causa.</i>	541	De Pervigilio <i>Paschali scriptures.</i>	487
Parthiorum <i>Regum series ex nummis.</i>	243	Pestis <i>causa.</i>	124.320.322
Particulæ <i>sublunares omnes transparentes.</i>	86	Polonica.	17
Particularum <i>elementarium figura.</i>	266	Massiliensis <i>causa</i>	187.441
Passiones <i>animæ explicatae.</i>	322	convenientia cum <i>variolis & morbillis.</i>	442
Pathologiæ <i>fundamenta.</i>	315	Circa Pestem <i>Massil. observati-ones.</i>	441
Patinus (Car.) notatus.	57	Contra Pestem <i>remedia.</i>	88.
Patres <i>scis se fontibus irrigant. se mutuo laudant.</i>	487		125.322
Patris <i>Patriz titulus Sugerio datus.</i>	293	preservatio.	89
illustratus.	498	In Peste <i>num domus occulden- de?</i>	88
Paulicianorum <i>historia.</i>	555	fonticularum <i>usus proficuius.</i>	89
Pauperes <i>femine concubina dista.</i>	431	Pelle <i>defuncti anatomæ.</i>	442
		De Peste <i>dissertatio.</i>	87
		Petavii in <i>Scaligerum edium unde?</i>	464
		Petioli	

INDEX RERUM.

<p>Petioli a <i>sarculo arboris exorsus.</i> 28 Petri M. Mosc. <i>Datis' Epistola ad Acad. scient. Paris.</i> 571 Petrificantes <i>aque.</i> 13. 14 Peziorum <i>Fratrum (Hier. & Bern.) laudes.</i> 1 <i>itiner.</i> 2 Pfizer (Jo. Jac.) <i>vita.</i> 462 Phænomenon <i>singulare.</i> 328 Pharmacopœia <i>Collegii Londin.</i> 121 Phavorinus <i>illustratus.</i> 134 Phereponus (Jo.) <i>vero nomine Clericus.</i> 73 Philastrius a <i>Masbemo promissus.</i> 484. 490 De Philippi I R. G. <i>repudio Bertha narratio.</i> 288 Philippi Fulcri R. G. <i>Oedipatio duellis præscripta.</i> 217 Phœbus <i>vidi, Josephus.</i> 210 Phosphorus <i>in vacuo lucet.</i> 20 Phosphori <i>Hist. & phænomena. causa.</i> 429. 266 Phosphorum <i>lumen unde?</i> 320 Photii <i>Commentatio contra Manicheos seu Paulicianos edita.</i> 554 ff. Physica <i>cœlestis Newtoni. experimentalis Geometricæ applicata.</i> 22. 23. 83 <i>legato promota.</i> 321 Physicæ <i>praxeos scopus. eclectice systema. elementa Mathematica.</i> 83. 537. 19 Physici <i>Lubecenses.</i> 273 Picardi (Jo.) <i>vita.</i> 456 Picturis <i>quibus exornata fuerint cœmeteria Martyrum?</i> 515 Pinatier <i>Bellonii quid?</i> 14 Pineta <i>nulla in Polonia.</i> 14 Piper <i>Libicum unde dictum?</i> 245 Planetarum <i>lumen quis disjunctiri docuerit?</i> 439 <i>theoria.</i> 22</p>	<p><i>Plantarum anatomia illustrata.</i> 22 <i>medicinatum ferax Polonia.</i> 15 Platinae (Barth. Sacchi) <i>Hist. Mantuz recusa.</i> 190 Plethonis <i>de favo sententia refutata.</i> 275 Plicæ <i>Polonica.</i> 17 Plinii <i>locus notabilis.</i> 463 Plumbi <i>theoria.</i> 86. 87 Pluvia <i>accersitur circa Cracoviam, cum prata defecantur.</i> 13 Podagra <i>cur moriantur agri?</i> 444 Poeseos <i>Hebræorum indoles.</i> 217 sq. <i>In Poeticos libros Vet. Test. Introductio.</i> 217 <i>Politices methodus nova.</i> 45 <i>Academia fundata.</i> 570 <i>cum Ethica conexio.</i> 36 Poloniz <i>Historia naturalis.</i> 10 Polyedra <i>nova.</i> 230 Pontifex <i>Rom. poterat in jus vocari.</i> 508 Pontificæ <i>Constitutiones ad huc in Anglia validæ.</i> 423 Portocarreri <i>Caræ. consilia de successione Hispanica.</i> 385 ff. Potentia <i>imperantium ut limitanda? movenda? rebus cogitantibus ineft.</i> 39. 40. 323 Preces <i>pro mortuis an efficaces?</i> 338 Precum <i>in S. Cœna ad Deum pro Spiritu S. necessitas asserta.</i> 277. 337 De Prierio (Sylvestro) <i>Tract. de arte & modo inquir. heret. abjudicatus.</i> 476 ff. Principia <i>rerum naturalium.</i> 83 Principum <i>reditus.</i> 40 Processus <i>forma.</i> 40 Prophetæ <i>veri ut a falsis discernendi?</i> 307</p>
---	---

Hhh

INDEX RERUM

<p><i>Is Propheticoe libros Introductio.</i> 305</p> <p>Protestantium doctrina e Missali Romano demonstrata. 302</p> <p>Providentia divina a Cheynoe male probata. 319</p> <p>Prudentia moralis Systema novum. 40</p> <p>Prunorum in vacuo phenomena. 82</p> <p>Prytanca cui rei destinata? 62</p> <p>De Psalmis Davidis tractatio. 219</p> <p>Psychopannychitarum error. 203</p> <p>Publicii Lucinii verum nomen Nic. Crassus. 194</p> <p>Pulmones nasantes signum infallibile factus vitalis. 444</p> <p>Pulveris pyrii vires unde? 539</p> <p>Puricelli (Jo. Petri) Basl. Ambros. Mediol. Descriptio recusa. 189</p> <p>Quercus sanosa. 14</p> <p>Rationis humana excellentia. 371</p> <p>Receptoratu Academ. mortui. 273</p> <p>Reditus Principum. 49</p> <p>Reflexio luminis. 21</p> <p>Reformationis necessitas e Pontif. Constitut. probata. 422</p> <p>Refractio luminis unde? 21. 22</p> <p>Refrangibilitas luminis Newtoniana. 82</p> <p>Refrangibilitatis in lumine diversitas. 22</p> <p>Regimen literarum quid sit? 37</p> <p>supremi magistratus. 40</p> <p>Reipubl. necessitas adstructa. 38</p> <p>perfectio in quo consistat? ibid.</p> <p>similitudo cum societ. paterina & damo. ibid.</p> <p>Religionis Christiana veritas asserta. 294. II.</p> <p>progressus ad-</p>	<p>mirabilis. 298</p> <p>Reliquia Sanctorum quanam? 521</p> <p>ut dicantur? 522</p> <p>Reliquiarum ostensionis ritus explicatus. 299</p> <p>cultus defensus? 521 ff.</p> <p>De Reliquiis Sanctor. Quaest. variae. 523</p> <p>Renaudotius notatus. 569</p> <p>Repotia Romanorum quid? 433</p> <p>Reumpubl. forma diversa. 38</p> <p>Reubus vox Germ. unde? 430</p> <p>Rheinhart (Luc. Fr.) vita. 460</p> <p>Rheum barbaricum unde dicitur? 245</p> <p>Richter (Dav.) Vita J. Denores 496</p> <p>nota in J. Denores de Pbi- lof. Ciceronis. 496</p> <p>Ritteri (Georgii) vita. 457</p> <p>Riveti acorbitas notata. 463</p> <p>De Riviere vero nomine Mousfarcos. 73</p> <p>Romz destinatio prima. 48</p> <p>Is Romana historia finale. 498</p> <p>Ros venenosus. 318</p> <p>Rodius (Jo.) Irroetum exscripsit. 105</p> <p>Rubedinis genesis. 86</p> <p>Rutei (Octavii) Monum. Brixiana Latine versa. 190</p> <p>Rudbeckii (Olai) Indem vocum Lap- po-Hebraicarum. 198</p> <p>Specimen Thesauri P- lyglotti. 201</p> <p>Rudolphus Henrici IV Imp. Anti- Cesar inter sanctos vitatus. 353</p> <p>Ruhlmannus (Godo) laudatus. 376</p> <p>Ruperti Palatini ardor praecipuus. 330</p> <p>Ruffix & Brunfo. Ducum cognatio. 108</p> <p>Sabaudiz Ducum Origines. 108</p> <p>Sabellici (M. Ant. Cocci) Hist. Veneta recusa. 192</p>
--	---

Sagit-

INDEX RERUM.

Sagittarii (<i>Casa</i>) de <i>Eccardo</i> II	Scholarum cura in <i>Rep.</i>	38
<i>Diff. recusa.</i>	Schopperi (<i>Jac.</i>) <i>vita.</i>	457
Salis communis theoria.	Schumacherus (<i>Jo. Dan.</i>) <i>laudatus.</i>	374, 416
<i>in aqua resoluti ratio.</i>		83
<i>universi volatilis theoria.</i>	Schwageri (<i>Jo. Leonb.</i>) <i>vita.</i>	460
<i>fodinae Polonicae.</i>	Scotia Anglia olim <i>subjecta.</i>	106
<i>marini ortus unde?</i>	<i>a Pontifice vindicata.</i>	ib.
In Salis gleba <i>betula ramus.</i>	Scripturae S. loca <i>explicata aut illu-</i>	
Salium <i>in aquis resolutorum subti-</i>	<i>strata:</i>	
<i>litas.</i>	<i>Genes. XXXVI, 31.</i>	306
De Salomonis Proverbiis, <i>Ecclesia-</i>	<i>XLIX, 10.</i>	301
<i>ste & Cantico Canticorum va-</i>	<i>Num. XXI, 8, 9.</i>	302
<i>ria.</i>	<i>Deut. XXI, 22, 23.</i>	302
Saltationis apud <i>Ephesos symbola.</i>	<i>1 Reg. XVII, 21.</i>	394
	<i>Prov. XVIII, 19.</i>	134
Sanchoniathonis <i>Genealogia Patri-</i>	<i>Ezech. V, 1.</i>	506
<i>arch. cum Moisaica comparata.</i>	<i>Zach. III, 9.</i>	303
Sanctorum <i>vita cur plerumque fa-</i>	<i>Matth. V, 20.</i>	302
<i>bulosa?</i>	<i>XI, 21.</i>	302
Sanctos sub altaribus <i>condendi mos.</i>	<i>XIX, 8.</i>	558
	<i>Joan. III, 14, 15.</i>	302
Sanguis <i>aerem in poris continet.</i>	<i>VI, 26.</i>	507
<i>Martyrum gypso collectus.</i>	<i>63.</i>	337
	<i>Act. VII, 20.</i>	468
<i>quo modo?</i>	<i>XX, 10.</i>	394
<i>quibus vasis custoditus?</i>	<i>Galat. III, 13.</i>	302
Sannazarius <i>cur dicitur Actius?</i>	<i>Jac. V, 14, 15.</i>	568
Sannazarii (<i>Jac. seu Actii Sinceri</i>)	<i>Secutio conica aut pet data quinque</i>	
<i>vita.</i>	<i>puncta describenda?</i>	324
Sarcerii (<i>Erasini</i>) <i>vita.</i>	<i>A Seelen (Jo. Fleur.) vita & scri-</i>	
Saturnus <i>Ovidio Deus unus.</i>	<i>pta.</i>	501
Sauberti (<i>Jo.</i>) <i>vita.</i>	<i>Segmentorum circularium tabule</i>	
Saxones <i>femina forma praestantio-</i>	<i>quando condantur?</i>	229, 230,
<i>res.</i>	<i>Seigneur, vox Gall. unde dicta?</i>	463
Saxonica <i>Marchia duplex.</i>	Semiramis <i>Ovidio Thamar.</i>	210
Saxonica <i>domus origines.</i>	Semus <i>idem ac Melchisedecus.</i>	528
Scachus <i>notatus.</i>	Sengwerdus <i>notatus.</i>	34
Scaligerorum, <i>Patris & Filii, cha-</i>	Senna <i>Alexandr. unde dictum?</i>	248
<i>racter.</i>	Sepulcri <i>fossor apud vet. Cbr. quot</i>	
De Scepticismo <i>Rom. Eccl. liber.</i>	<i>ominibus dicitur?</i>	517
Schemus <i>idem qui Melchisedec.</i>	<i>accurate depictus.</i>	517
Scholz <i>machinicae.</i>	Sepulcra <i>vet. Cbrist. ubi?</i>	518
Scholarum <i>Rectores emeriti.</i>	<i>quibus nomi-</i>	
	<i>nis</i>	

INDEX RERUM.

<i>bus appellari fuerint?</i>	521	Stellata <i>figura in nummis quæ?</i>	59
Servorum officia.	37	Stephanus (Henr.) illustratus.	134
Sharpii (Jo.) vita.	114	Strategi <i>temp. quipom?</i>	488
Siberus (Urb. Godofr.) vindicatus.	491	Stratorum <i>diversitas.</i>	263
Sicilia <i>cur Proserpina obvenerit?</i>	433	Strype (Jo.) laudatus.	109
Siculi (Petri) Hist. Manicheorum	555	Studia <i>permutantes.</i>	273
edita.	555	Stupri <i>malitia apud Bojos.</i>	430
Silesia ante Piaſtum, liber laudatus.	560	Sturmii (Jo. Chriſtoph.) in <i>Phyſi-</i>	537
Situs particularum quot modis vari-	84	can <i>merita.</i>	537
etur?	84	Succinum Prufficum Græcis <i>pridem</i>	563
Slicherus (Janus) laudatus.	211	notum.	563
Societatis definitio.	36	in <i>lacubus & colubis</i>	14
paternæ definitio.	37	<i>fabuloſis repertum.</i>	14
berilis ſingularia.	37	Indicium <i>quid?</i>	441
Societates ſcientiarum & artium.	38	Succus <i>mirritidæ ex foliis in arbo-</i>	28
Societatum beatitudo.	36	rem <i>deſcendat?</i>	28
differentia unde <i>deſu-</i>	36	Sugerius <i>quando mortuus?</i>	286
<i>matur.</i>	36	qua <i>opera reliquerit ge-</i>	286 ſq.
Sociniani <i>refuſati.</i>	392-393	nuina?	287 ſl.
Socinianorum <i>errores uade?</i>	455	Sugerii <i>vita.</i>	287 ſl.
Solida <i>calore rareſcunt.</i>	438	Suiceri <i>Treſaurus illustratus.</i>	135
Soni <i>ortus.</i>	83	Sylvæ <i>lapidea in Polonia.</i>	71
Sonntag (Chriſtoph.) <i>vita.</i>	460	Symmachiani a <i>Nazaræis diverſi.</i>	494
Sophocles <i>notatus.</i>	128	Symposium <i>Lactantio vindicatum.</i>	313
Spectra <i>cadaverum.</i>	17	Syræ <i>Regum ſeries ex nummis.</i>	51
Specularis lapis.	470	Systema <i>Newtonianum de cauſis</i>	319
Speculoꝝum <i>phenomena.</i>	21	<i>phyſicis motuum caeleſtium im-</i>	319
cauſticorum <i>ratio.</i>	438	gnatum.	319
Spelmanni (Henr.) <i>de vocum com-</i>	108	Syſtematis <i>mundanis perfectio diffi-</i>	346
pendiis <i>Specimen.</i>	108	cultus <i>dijudicatus.</i>	346
Spenceri <i>carmina notata.</i>	130	Taboris (Jo. Ott.) <i>vita edita.</i>	414
Spinofa <i>notatus.</i>	219-220	De <i>Talmude tractatio.</i>	198 ſl.
Sprenbergeri (Jo. Cbilian) <i>vita.</i>	457	Tanguticæ <i>lingua elementa.</i>	417
Stagna <i>ampla in Ruſſia.</i>	14	Tartaricæ <i>linguæ veteris characte-</i>	414-415
De <i>Statuſis veterum Diſſ.</i>	56	res <i>detectæ.</i>	414-415
Statura <i>humana decrevit.</i>	463	Taffoni <i>Carmina notata.</i>	130
Statuta <i>quinam condere debeat?</i>	39	Taylori <i>epiſtola apologetica.</i>	452
Stellæ (Ang.) <i>Elogia Venet. reſuſa.</i>	191.	Telescopia <i>rum phenomena.</i>	71
		Telluris <i>materia primæva.</i>	263

Tem-

INDEX RERUM.

Temporis divisiones.	229	Trevoltienſis Diarii ſcripturæ notaſſi.	305 ſq.
medii ab appartente diſſerentia.	229	Trinitatis myſterium rationi non adverſum.	591
Tenniſoni (Th.) vita.	12 ſq.	Tuborum opticorum deſcriptio.	21
Terentius notatus.	128	Turellus (Nic.) notatus.	393
Terræ motuum cauſa.	539	De Tutela dativa ſubvaſallorum Imp. Tract.	117
Tertulliani Apologeticus emendatus.	498	Typographiæ in Suecia initia.	357
Teſtes naribus attrahendi ritus apud Germanos.	352	De Typographiis Judaor. Diff.	199
De Tetzelio varia.	476. 477	V acuum aſertum.	23
Thezæ potus utilitas.	446	diſſeminatum impugnatum.	319
Theologi Jureconſulti?	273	Valacrii (Jo.) Spectacula Veneta re- cuſa.	191
Theologia Mathematic. explorata.	510	Vanniani Regni deſcriptio.	560
Theologorum Altorphin. vita.	455	Vapores quando in nubes coeant? quam figuram habeant? ib.	436. 437
De Theophrati, Delii Præſidis, monumento Diff.	567	Vaporum deſcenſus num gravitatei aeris imminuat?	436
Therapevtæ quinam?	214	De Varel (Edonis Hilderici) vita.	456
Thermometra Mercurialia cum Florentinis concordantia.	437	De Varillaſio (Ant.) judicium.	463
Thermometri ſtructura & uſus. Mercurialis inventor.	437		464
Thermometrorum ratio.	20	Variolæ gravidarum ut tractandæ? epidemica unde dependant?	92
Tillotſoni (Jo.) Vita.	11 ſq.		123
Sermones poſtumi quanti venditi?	113	Variolarum inoculatio. præſervatio.	89
Tiridates in nummis.	67	cura.	91. 123
Tolandus (Jo.) reſutatus.	312. 492 ſſ.	De Variolis tractatus.	90
Tolandi (Jo.) vita.	494 ſq.	In Variolis venæſectio noxia.	90
Tollius (Jac.) notatus.	79	ſalis volatilis ſuccimi uſus.	91
Tormenta pneumatica.	82	De Variolarum conſluentium febre ſecundaria per purgantia curanda Tractatus.	92
Tortus (Marth.) vero nomine Rob. Bellarminus.	73	Variolantium atmophæra ſit temperata.	90
Tracheæ pomorum deſectæ. arborum.	95	hæmorrhagiæ per veſiſicatorium ſiſtendæ.	91
Trachearum in plantis exiſtentia probata.	24. 25		Vaſo
Tragœdia Sætyræ ſpecies.	129		
Tragœdiarum uſus in Rep.	39		
Trajectoriarum problema excuſum.	449. 450		
Tranſclementio num per æolipilas probetur?	85		

INDEX RERUM.

Vasorum, in quibus sunt reliquie Sanctorum, varia nomina.	524	Umbilicalis funiculi sanguis a fetu foras est exprimendus.	90
Vazitenense Diarium vulgatum.	354	Unctio extrema in Gr. & Lat. Eccl. recepta.	568
Vegetabilia petresfacta.	263		568
Velferi Opera ubi prostant?	65		veteribus incognita.
Venenosæ aquæ in Polonia.	14	Ungerti (Jo.) vita.	458
Ventus Ovidii, nuntii Jacobi ad E- savum.	209	Unio hominis cum Deo ut fiat?	275
Ventorum genesis num per æolipi- las explicari possit?	35	In Unionem Protestantium epi- gramma.	80
causa.	540	Univerſi imperfectiones.	347
indicium ex barometro sumendum.	436. 437	Voetius (Gib.) notatus.	309
excitandorum modi.	437	Volearti (Georgii) vita.	456
Veritas quid?	502	De Volkæo Card. omen finistrum.	552
Veritatis probanda media apud ve- teres	216	Voluntas ut ab intellectu differat?	42
Verodunenſe Diarium optimum.	571	Voluntatis morbi unde?	42
	571	Voraces homines.	26
Vertot Abbatis scripta.	115	Uratſlavix res descriptæ.	562 sq.
Uffenbachianus Codex Gregorii Nyſſeni laudatus.	559	Urethræ virilis glandula nova.	257
Viarum securitas.	39	Urnæ fossiles seu nativæ.	11
De Villa (Ant.) Pyctomachia Ve- neta recusa.	191	Urſi vivaces.	15
Vincentii Liberi Batavi verum no- men Nic. Crassus.	193	Utopia literata promissa.	498
Virginum subſtaſtio ubi ſolemnis?	430	Utriculi planſarum descripti.	29. 30
	430	W aldemarus Pſendo-Marchio Brand.	450. 451
Virgulæ divinatoria veritas.	540	Walſinghamus (Th.) Trivetum ex- ſcripſit.	108
Vipsania Agrippina in nummo.	66	Wegleiteri (Chriſtoph.) vita.	460
Virtutis descriptio & ſpecies.	43	Weinmanni (Jo.) vita.	459
Virunculi vitrei in aqua ascenden- dentes & descendentes.	436	Witichindi ſtemma examinatum.	97
Vis centripeta curvarum in medio quovis reſiſtente.	326	Wolfii (Chriſt.) in phyſicis princi- pia.	31
Viſionis ratio.	82	Woodi (Ant.) Athenæ Oxon. de- nuo editæ.	552
Vita ſolitaria cur homini non conve- nias?	36	X enophontis Cyropædia titulus unde?	464
Vites vinifera in Polonia.	13	De Xenophontis Cyropædia judi- cium.	202
Vitrum Archimedæum.	264. 265	De Z acharia varia.	311
Vitrorum cauſicorum ratio.	438	Z eltneri (Guſt. Ge.) vita.	461
Vitrioli ſpiritus copioſe ſuntus an venenum?	361	Zodiaci ſigna apud Ovidium, Jacobi Patr. liberi.	210
		Zwetlenſe diplomatarium.	551

